CORPVS
SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM

EDITVM CONSILIO ET IMPENSIS

ACADEMIAE LITTERARVM CAESAREAE

VINDOBONENSIS

VOL. VI.

MAGNI FELICIS ENNODII OPERA OMNIA EX RECENSIONE
GVILELMI HARTELII

VINDOBONAE

APVD C. GEROLDI FILIVM BIBLIOPOLAM ACADEMIAE

MDCCCLXXXII.



CORPVS
SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM

EDITVM CONSILIO ET IMPENSIS

ACADEMIAE LITTERARVM CAESAREAE

VINDOBONENSIS

VOL. VI.

MAGNI FELICIS ENNODII OPERA OMNIA EX RECENSIONE
GVILELMI HARTELII

VINDOBONAE

APVD C. GEROLDI FILIVM BIBLIOPOLAM ACADEMIAE

MDCCCLXXXII.

Ennodius, Magnus Felix

MAGNI FELICIS ENNODII

OPERA OMNIA

RECENSVIT

ET COMMENTARIO CRITICO INSTRVXIT

GVILELMVS HARTEL.

VINDOBONAE

APVD C. GEROLDI FILIVM BIBLIOPOLAM ACADEMIAE

MDCCCLXXXII.

HERMANNO BONITZ

PROFESSORI QVONDAM SVO DILECTISSIMO

D · D · D ·

GVILELMVS HARTEL

VENERABVNDVS.

PRAEFATIO.

I. DE CODICIBVS ET EDITIONIBVS.

Codices quibus Ennodii opera traduntur cum sat multi in bibliothecis asseruentur, antiquitate pauci sunt insignes nec ullus eorum saeculum p. Chr. nonum superat. sunt autem optimi antiquissimique:

Codex Bruxellensis membr. in 4° saec. VIIII foliorum 206 in catalogo eius bibliothecae (*Catalogue des manuscrits de la bibliothèque royale des ducs de Bourgogne* tom I p. 197) nr. 9845, 9846. 9847 signatus. qui quot fasciculis compaginatus sit, hodie certo definiri nequit, cum integri quaterniones cum singulis foliis coniuncti sint ita, ut quaternionem in fol. 79 exeuntem folia duo 80 et 81, quaternionem in fol. 121 exeuntem tria folia per se posita sequantur, et rara tantum signa in imis marginibus adpicta appareant uelut in fol. 15ᵘ *Q. II*, fol. 89ᵘ *a*, fol. 90ʳ *b*, fol. 98ʳ *c*, fol. 106ʳ *d*, fol. 182ᵘ *a*, fol. 191ʳ *c*. neque certius quicquam meo quidem iudicio de duobus uel tribus librariis, qui codicem scripserunt, ubi quisque eorum scribere inceperit, ubi ab alio exceptus sit, constitui potest. in tanta enim diuersitate tam cognatae eorum manus sunt neque una tantum earum in foliis, quae unius fasciculi sunt, exarandis laborauisse uidetur. codicem autem per singulos fasciculos non ab uno librario ex archetypo descriptum esse inde etiam cognoscitur, quod ante nouum fasciculum folia tota uel foliorum partes uacua sunt, ut fol. 81 et 168ᵘ, aut quod Epistulae III 4 uerba *ENNODIVS ABBATI STEFANO litterarum — proximus est*, a quibus proximus fasciculus incipit, cum in fol. 55ʳ errore praecepta essent, B

deleta sunt spatio quod huius folii restabat totoque proximo 55ᵘ integris relictis. simili causa uerba Dictionis XXI *numquid fas est* p. 483, 18 usque ad *probitas* p. 484, 1 in fol. 161ᵘ deleta eaque insertis foliis 162—168 in folio 169ʳ denuo inde a uerbis *PRINCIPIVM gauderem* p. 484, 9 iterata sunt, ut his turbis eius dictionis capitula duo prima perierint. denique hac fortasse ratione explicatur quod folio 191ᵘ uerbis *perorandi tenebar* (Opusculi V p. 395, 17) finito ea quae secuntur usque ad *reducit* p. 396, 25 desiderantur, cum proximum folium 192ʳ uacuum relictum sit, nisi forte scriba librarius paginam archetypi deperditam uel corruptam cum aliunde suppletum iri speraret, folium 192ʳ in hunc usum reseruabat. postquam editores principes codicem, ut infra demonstrabitur, anno 1569 adhibuerunt, unum folium post fol. 149, quod Epistulas VI 31—34 p. 169, 8 *ferias dari* continebat, intercidisse uidetur. eas enim ex hoc codice, non ex recentissimo libro, unde maximam scriptorum partem illi hauserunt sumptas esse uerborum integritate satis cognoscitur, atque in fol. 149 a manu recentiore non ea quae correcturas plerasque curauit sed Schotti ni fallor, qui cum editionem Tornacensem pararet, codicem tractauit, adnotatum legitur: *hic in excuso sunt amplius quattuor epistolae pag.* (numerus iam delituit); praeterea numeri etiam antiqui foliis 148. 149. 150 appicti scilicet 148. 149. 151 rubroque colore 413. 414. 416 post annum 1569, quo Basileensis editio emissa est, huius folii codicem iacturam fecisse confirmant. contra iam antea unum folium post fol. 153ᵘ, quod uerba Epistulae VII 10 p. 179, 11 *qui raptores* — 13 p. 181, 26 continebat, perierat, cum Basileensis editio stella post uerba *sibi uelit* p. 179, 11 adpicta orationem hiare recte significaret, atque in fol. 153ᵘ *hic quedam desiderantur* et in fol. 154ʳ *fortasse nõ conuenit hoc folium cum p̃cidenti* adnotatum est. codicem olim *Collegii soc. Iesu Andomari* fuisse inscriptione in capite eius posita indicatur. quae uero in fol. 1ʳ litteris obscuris scripta ad codicis possessorem spectant *ex libris Richardi du F(?)a(?)i* extricari posse despero. Schottus qui eum ad adornandam editionem, ut in codice ipso testatus est, anno 1607 contulit, in Epistula dedicatoria, se eum *in Morinis*

Belgarum ultimis pridē inuenisse narrat. praeterea ex eodem libro *Vita Epiphanii* (Opusc. III) in Actis SS. Ianuarii tom. II p. 364 sqq. a Bollandistis sumpta est, quae *ex uetustissimo ms. Franc. Modii* ibi descripta esse dicitur, eiusdemque originis lectiones uariae Panegyrici (Opusc. I) esse uidentur, quae a Franc. Modio Fr. Sylburgo commissae in Bongarsii manus peruenerunt (cf. Hagen, *Catal. cod. Bern. Append.* p. 528).

Codex B uarias correcturas expertus est, quae nisi lineis punctisque exceptis litterarum ductu facile discernuntur. ad uerba emendenda nihil fere conferunt, cum alterius codicis ope correctores destituerentur. primi autem correxerunt illi ipsi qui codicem scripserunt — certe correcturae eiusdem temporis atque scripturae esse uidentur — exiguos describentium errores uel archetypi proprietates, quae ab usu scribendi recedebant mutantes et uerba omissa in margine supplentes, quippe qui non emendationi sed lectioni quam antiqui dicebant studerent. praeter antiquas illas correcturas, quas *corr.* significaui, quae per totum codicem quamquam non constanti aequabilitate deprehenduntur, in nonnullis foliis emendationes recentis munus (significaui *rec. m.*) apparent, quae quin illius sint qui editionem Basileensem parabat dubitari nequit. nam uocabula propter antiquum desuetumque ductum lectu difficilia, praue uel contra usum qui tum erat scripta uel non intellecta non solum radendo et corrigendo mutauit sed plerumque quae sibi recta uidebantur supra textus uocabula plenis litteris scripsit, nempe ut operae codice ipso in officina commode uti possent. inde explicantur etiam quae lingua germanica adscripta sunt fol. 157[r] in fine carminis II 117 *ich weiss nit was das ist* et fol. 161[u] *das lass aus*. huius generis correcturas non omnes notaui, sed tamen non neglexi quas ad significandam scripturarum quae in editionibus obtinuerunt originem, ad inlustrandam rationem editoris uel alia de causa commemorare non inutile habebam. nonnulla etiam Schottus cum codicem cum editione principe conferret, adnotauit. codicem summa liberalitate eorum, qui bibliothecae Bruxellensi praesunt Vindobonam missum fere totum bis contuli eiusque discrepantias etiam minores in apparatum criticum recepi. nam auctoritate

ceteros libros longe superat et, emendatio ut firmo fundamento nitatur, plenam ueramque archetypi omnium codicum imaginem refingi necesse est. ab eo autem Bruxellensis multis gradibus propius abest quam reliqui, qui uariis uiis ex uno codice hodie deperdito descenderunt.

V Codex Vaticanus saec. VIIII—X nr. 3803 in 4° foliorum 156, cuius accuratam descriptionem A. Reifferscheid in *Bibliotheca Patrum latinorum Italica* p. 478—494 confecit. eum in meum usum A. Mau solita diligentia contulit multisque locis, in primis ubi de correctorum manibus dubitatio erat, J. Zechmeister et B. Meyncke iterum iterumque inspexerunt. totus autem constanti fere cura a manu librarii ipsius altero exemplari non in auxilium uocato correctus esse uidetur, nisi quod per pauca folia in Apologetico pro synodo (= Opusc. II) altera manus eaque recentior et interpolatrix dispicitur. correcturae autem pleraeque omnes in emendatione nullius momenti sunt, nonnullae tantum archetypi scripturas describendo leniter mutatas reuocarunt. propinquo cognationis gradu cum codice Lambethano coniunctus est, quem tamen integritate totoque habitu longe superat.

L Codicem Lambethanum nr. 325 membr. in 4° saec. VIIII—X foliorum 144 (cf. K. Zangemeister *Bericht über die im Auftrage der Kirchenväter-Commission unternommene Durchforschung der Bibliotheken Englands*, p. 56 et Pertzi *Archiv* VII p. 237 et 82), in meum usum uiri doctissimi Warner et Nolte contulerunt. is temporum iniquitate grauiter adflictus est: permultae litterae prorsus euanuerunt aut male postea refectae sunt, neque unius tantum corrigentis manus in emendandis aut deprauandis uocabulis grassata est. quae correctiones cum nullius fere momenti sint, ne sine ullo commodo adnotationis criticae perspicuitati officerem, quid manus prima exhiberet ex meis collationibus quam diligentissime enucleare studui, corrigentium tentamina uana et uaria hic illic neglexi. ad cognoscendam autem ueram codicis scripturam liber quondam Claromontanus, qui non sine magno labore in bibliotheca locupletissima Thomae Phillips Cheltenhamensi inuentus est, fol. 90 saec. XII nr. 1715 [508]

signatus, cuius maximam partem H. Sedlmayer in meum usum contulit, non nihil confert: hic enim ex Lambethano descriptus est eo tempore, quo ille lectu multo facilior nec tot correcturis implicatus fuit. codicis L scripturas propter uenerandam inter Ennodianos codices aetatem non seponendas esse duxi. eius enim solius opera nec ullus quod sciam locus grauior corrigitur et ad alterius familiae formam genuinam explorandam Vaticani integritas sufficit. et propter emendationem et propter textus historiam persequendam Trecenses libri quamuis aetate inferiores magis digni sunt quorum ratio habeatur.

Tres codices bibliothecae Trecensis nr. 658, 461 et 469, quorum descriptio in *Catalogue général des bibliothèques publiques des départements* tom. II exstat, saec. XII—XIII. nam qui in hac descriptione codicem nr. 469 uetustiorem significauit, errasse uidetur. uno autem signo tres codices conprehendi, quia secundum ordinem scriptorum, qui in antiquis codicibus obseruatur omnibus atque infra tabula illustratur, tertiam quisque partem continet, scilicet nr. 658 Dictionem I — Epistulam IIII 3 quaternionibus quinque et dimidio inde a folio 104, nr. 461 Epistulam IIII 4 — Epistulam VIII 29 quattuor quaternionibus inde a folio 111 adscriptis in foliis 119^v. 126^v. 133^v. 142^v quaternionum numeris VI. VII. VIII. VIIII, nr. 469 Epistulam VIII 30 — Epistulam VIIII 35 duobus quaternionibus, qui inter duodeuiginti totius codicis quaterniones sunt postremi inde a folio 122. praeter Ennodium in codice nr. 461 exstant Ruperti (Tuitensis abbatis) De uictoria uerbi dei (libri XIII), in codice nr. 469 (Magistri Ruperti) Summa de diuinis officiis (sequitur Ennodius), libri Genesis et Exodi uersificati[1]), Richardi (de S. Victore) de Tabernaculo (federis nonnullae allegoriae), in codice nr. 658 Guiberti abbatis Nouigenti Expositio tropologica in Prophetas minores et in Lamentationes Iheremie (sequitur Ennodius), Explicationes breues in nonnulla Scripturae loca (5 pag.), Explanatio super hymnos quibus utitur ordo Cisterciensis. codices ut eiusdem sunt temporis T

[1]) cf. J. Huemer *Hugonis Ambianensis siue Ribomontensis opuscula* Vindob. 1880 p. VII sq.

idemque eis est habitus — *manuscrit à deux colonnes en belle minuscle tirant sur la gothique, avec initiales colorées et titres à l'encre rouges* catalogi sunt uerba de singulis iterata —, ita eiusdem sunt originis, in monasterio Clarae Vallis scripti. neque tamen quae quisque eorum nunc continet, olim separata et per se exstabant, sed ab initio quaterniones, id quod eorum signa euincunt, hoc ordine sese exceperunt. descripta autem sunt Ennodiana quae tres codices continent a diuersis librariis ex uno archetypo, cuius aequalis indoles scripturis satis cognoscitur. atque id certum est, minus certum quid de correcturis codicum, quae non ipsorum describentium manibus factae sunt, statuatur. cum enim tres codices non una tractare liceret, sed unus post alterum Vindobonam mitteretur, quod nisi accurata frequentique comparatione definiri nequit, num altera manus, quae conspiciebatur, per omnes codices una eademque correctionem curauerit, dicere non possum. certe ea eiusdem fere temporis uidebatur et quas suppeditat scripturas non ex antiquo libro deperdito haustas esse postea demonstrabo. praeterea tres codices conpendiorum multitudine et figurarum in hunc usum adhibitarum raritate pariter insignes sunt, unde librorum saec. XIV—XV, qui ex eis uel codice maxime cognato ŏriginem duxerunt, permulti explicantur errores. sic breuiantur e. g. *añ* = *ante*, *bñ* = *bene*, *bõ* = *bono*, *cã* = *causa*, *coẽ* = *commune*, *coione* = *communione*, *dm̃s* = *dicimus*, *dñt* = *dicunt*, *dt̃* = *dicitur*, *fcm̃* = *factum*, *fĩ* = *fieri*, *ġ* = *igitur*, *gl̃a* = *gloria*, *gr̃a* = *gratia*, *ht̃ hr̃e hãs* = *habet habere habeas*, *hõ* = *homo*, *h'* = *huius*, *mia* = *misericordia*, *in* = *inde*, *lẽgoñem* = *legationem*, *mrm̃* = *martyrum*, *ñ* = *non* uel *noster*, ·*n*· = *enim*, *ṅ* = *naturae*, *neccia* = *necessaria*, *offm.* *ofm.* = *officium*, *õrõ* = *oratio*, *õs* = *omnes*, *ṗ* = *persona*, *patia* = *patientia*, *phiam* = *philosophiam*, *pr̃are pr̃amus pr̃et* = *praestare praestamus praestet*, *pt* = *potest*, *qs* = *quaesumus*, *rio* = *ratio*, *ronis* = *rationis*, *sapia* = *sapientia*, *scia* = *scientia* (item *conscia*, *inscia*), *sigco* = *significo*, *sñ* = *sine*, *spẽs* = *species*, *sr̃ba* = *superba*, *subia* = *substantia*, *sũo* = *sedulo*,

uẽ = *uerte* uel *unde*, *x̊* = *Christus*. conpendia id genus pauca ex archetypo conseruata sunt, longe plurima librariis debentur monasterii; eadem frequentissima etiam in Escorialensi, qui in eodem monasterio Clarae Vallis scriptus est, inueniri G. Loewii conlatione didici. Trecenses libros partim ipse partim V. Thumser contulit, scripturas earum manifestis erroribus et rebus orthographicis exceptis omnes in apparatum recepi.

Codex Escorialensis d. III 22 signatus 8° bipertitis paginis scriptus membr. saec. XIII fol. 139, fol. 1—66 Ennodii scripta continens. carmina quae insunt in meum usum G. Loewe contulit, qui accuratam descriptionem propediem in Annalibus academiae Vindobonensis publicaturus est. ad codicis originem spectant quae fol. 138ᵘ in margine inferiore adscripta sunt: *lib̃ sc̃i Stephani fosse noue quẽ dedit đ' p' tussus tres̃s.* cum artiore cognationis uinculo cum Trecensibus libris coniunctus sit, ad Carmina, quorum permulta in iis desiderantur, eum adhibui et lectiones uariantes exceptis manifestissimis erroribus enotaui. E

Praeter hos libros codices omnia Ennodii scripta eodem ordine continentes mihi innotuerunt: Codices recentiores.

Codex Parisinus nr. 2177 saec. XV fol. 134 unde specimina mecum Antonius Iue communicauit. — codex Reginensis nr. 129 saec. XIIII arta cognatione cum codice Vindobonensi coniunctus. specimina eius diligenti cura in meum usum Zechmeisterus meus confecit. — codex Vaticanus lat. nr. 6057 saec. XVII, qui ex codice Vaticano nr. 3803 (V) descriptus esse uidetur. — codex Escorialensis F II 9 (olim III G 22 et II E 20) 2° chart. saec. XVI fol. 320, quem ex Vaticano descriptum esse subscriptio fol. 320ᵘ testatur: *collatum cum exemplari Bibliothecae ap*ᵉˢ *ex quo descriptum et conuenit.* — codex Vindobonensis nr. 745 saec. XV fol. 70.

Atque codex Vindobonensis (= P) in hoc numero maxime dignus est qui accuratius describatur, quod ex eo uel eius apographo — num codicem ipsum operis imprimendum editores dederint dubito — editio princeps uel certe maxima eius pars defluxit. iacturam enim iam tum nonnullorum quater- P

nionum fecerat, qua post fol. 32ᵘ quaternio, Opusculum III inde a uerbis *nefanda inuenire* p. 348, 20, Opusc. X, Epist. III 13—15, Dict. VIIII et Epist. III 16—18 usque ad uerba *quod deus mandat* p. 85, 19 continens, perierat. maiore uero lacuna post fol. 54ᵘ omnia deinceps scripta quae tabella infra composita enumerantur inde ab Opusc. I usque ad Epist. VIII 2 p. 201, 13 *ferretur in medium* hausta sunt. librum uero olim his lacunis non foedatum fuisse uerba fol. 32ᵘ *indagini consilia* (= p. 348, 20) et 54ᵘ *illum princeps uen* (= p. 259, 3) infra postremam lineam utpote ex primo proximi quater-
b nionis uersu praecepta indicant. in editione autem principe, (= b) quae in uolumine *Monumenta S. Patrum Orthodoxographa hoc est Theologiae sacrae ac syncerioris fidei Doctores numero circiter LXXXV* etc. inscripto et Basileae anno 1569 impresso inter *Epistolas Orthodoxographorum Theologorum Latinorum* post Pontii Paulini Epigrammata p. 269—480 continetur, prior illa lacuna non suppleta est, cum nullo defectus indicio uerba ibi p. 338, 2 in Vita Epiphanii *indagine consilia exuberare dignationem* (*exuberat, dignationem* sunt Epist. III 18 p. 85, 19) legantur. altera uero lacuna codicis Vindobonensis inde ab Opusc. I usque ad Epist. VIII 2 a Basileensibus ex codice B suppleta est. atque hodie etiam codici optimo huius tractationis indicia adhaerere certissima iam monui. quanta autem incuria suis libris Basileenses usi sint et hac re et tota recensione inlustratur, cum neque omnia quae alteruter solus suppeditabat ad totius corporis integritatem restituendam adhiberent et in emendandis uerbis uel corruptissimis consilio et ratione utrumque in auxilium uocare supersederent. melius etiam in scriptis, quae codici B debebantur, qui nullas fere legenti difficultates praebet et usu orthographico semel intellecto nullo negotio leuioribus corruptelis purgari poterat, res successit, quamuis neglegentiae falsique iudicii testimonia, quorum specimina tantum in adnotationem criticam recepi, abunde exstent. maximam autem diligentiam summumque acumen codex Vindobonensis quo principali utebantur exigebat. is enim perneglegenter scriptus tantis mendis inquinatus et tot compendiis scripturae refertus est,

ut uix Bentleianum ingenium ad has labes detergendas uerbaque redintegranda suffecturum fuisse uideatur. illi autem quod non potuerunt ne uoluisse quidem uidentur. adeo sine ulla emendatione codicem operis tradiderunt paucis opinor cum plagulae corrigerentur mutatis et hic illic uariis scripturis codicis B in margine adiectis. quod ut plenius et uno adspectu intellegatur, etsi in apparatu critico ex Vindobonensi multa notaui, ex maxima copia exempla nonnulla delibare placet, quibus, si res apertissima etiam argumentis indiget, Vindobonensem librum editionis fundamentum esse, iam nemo fidem denegabit. cum *u* et *n* litterae atque adeo *iu in ui ni, im mi un nu* plurimis locis sine oculorum intentione in codice P propter similitudinem ductuum distingui fere nequeant, saepissime errauerunt Basileenses, *iudices* pro *indices, nos uos nobis uobis nostrum uestrum* pro *uos nos uobis nobis uestrum* (*urm̃*) *nostrum* (*nrm̃*), *uolui nolui* pro *nolui uolui*, 43, 26 *lenis* pro *leuis*, 86, 5 *ius* pro *uis*, 88, 23 *iusticiam* pro *inscitiam*, 14, 20 *lacunas* pro *lasciuias* (P enim solito errore *insiticiam* et *laciuias* praebet) scribentes. conpendia uocabulorum, quibus P refertus est, errandi copiam fecerunt locis sexcentis. neque mirandum est homines qui in legendis tritissimis e. g. in formis pronominum *qui quae quod quos quem quam quisquis quisque* uel praepositionum *per prae pro post prius* plerumque lapsi sint, prorsus caecutire in rarioribus, exhibentes e. g. 6, 23 *aliter* pro *alicui* (*alic̃* P), 27, 21 *tibi* pro *cui* (*c̀* P), 9, 7 *si* pro *sed*, 13, 23 et 25 *enim* pro *unde* (*uñ* P), 47, 8 *bene* pro *unde* (*bñ* P sed ita ut *b* litteram *u* fere aequet), 71, 14 *auferre* pro *anteferre* (*añferre* P), 15, 20 *sanctum* pro *factum* (*fc̃m* P), 31, 9 *carnis* pro *causaris* (*c̃aris* P), 33, 14 *cum* pro *animi* (*cũ* P, quod ab *ãi* difficile distinguitur), 37, 11 *precio* pro *publico* (*pũ* in exitu lineae P), 5, 16 *si* pro *licet* (*lꝫ* P), 40, 11 *hoc* pro *licet* (*lꝫ* P). 22, 14. 42, 5 *contra* pro *circa* (*cc̃* P, nam *t* litterae *c* in P est simillima), 46, 11 *tenui* pro *teneri* (*eteñ* P), 49, 21 *uerã* pro *naturam* (*ñãm* P), 96, 6 *pares* pro *personas* (*pas* P), 457, 23 *pera* pro *persona.* idem leuiter corrupta in alicuius uocabuli formam usus Ennodiani uel sensus curam nullam

habentes coegerunt: sic corrigendo prorsus deprauauerunt 3, 24. 26, 16 *inscia* pro *inscitia* (*insicia* P), 4, 6 *comitem* pro *cometen* (*cometem* P), 9, 17 *aequalem* pro *aequalis* (*equaī* P), 11, 4 *morderes* pro *incederes* (*mcederes* P *ord* pro *ced* eo facilius legi potuit, quod *m* pro *in* exaratum est), 29, 16 *ignibus* pro *sinibus* (*signibus* P), 42, 2 *Niniuem* pro *Ticinensem* (*titiñẽn* P), 45, 6 *polleret* pro *poliret* (*polliret* P), 47, 6 *prorsus* pro *pressus* (*prossus* P), 51, 1 *hostium* pro *ostrum* (*hostrum* P), 51, 5 *minueret* pro *muniret* (*minuret* P), 52, 15 *sermonis* pro *sine oris* (*sñ oris* P), 56, 16 *germana* pro *germanae* (*germañ* P), 60, 6 *affecta* pro *effeta* (*effata* P), 93, 22 *continuatio* pro *concinnatio* (*continnatio* P cf. 87, 11 ubi *continuatio* pro *concinnatio* Pb), 10, 24. 30, 13. 42, 3 al. *existimare* pro *aestimare* (*extimare* P), 79, 4 *sinceritate* pro *securitate* (*seceritate* P) etc., uel etiam ubi codex mendi suspicione uacabat coniecturis indulserunt. eorum enim inuenta sunt, non ex alio fortasse codice petita 4, 7 *ergo* pro *ego*, 7, 11 *amici* pro *anagnostici*, 10, 10 *adulti* pro *indulti*, 80, 11 *quantam* pro *quantum*, C II 75, 1 *et indigus* pro *et prodigus*, 220, 2 *alloquia* pro *eloquia* (*elloquia* P). sed ne meritis eorum obtrectare uidear, recte emendarunt talia quae facile emendari poterant uelut 259, 19 *amicos* pro *amica*, 317, 18 *uitatis* pro *uitetis*, 345, 26 *exquireret* pro *extiterit* (*exquaeret* B), 416, 26 *reuertentes* pro *reuertentis*, 465, 19 *oneri* pro *onore* (sic P, rell. *honore*), 505, 11 *soboles* pro *sobolis*, C I 1, 50 *pullis* pro *pollis*, I 5, 21 *properare* pro *propera*, I 7, 65 *uellet* pro *uellit*, I 9, 146 *Paestanis* pro *Paestaniis*, II 45, 14 *ad foetus* pro *affectos*, II 63, 3 *reddis* pro *reddes*, II 67, 1 *fideles* pro *fidelis*, II 69, 9 *anhelus* pro *anelos*, II 73, 2 *auis* pro *aues*, II 76, 1 *technis* pro *tegnis*, II 78, 12 *molibus* pro *moribus*, II 143, 1 *potorem* pro *putorem*, II 150, 10 *uincentes* pro *uincentis*. quo uero plenius operae totius ratio, quam in corrigendo Basileenses posuerunt, cognosceretur, in adnotatione critica Carminum I 10—21, quae ex codice Bruxellensi petita sunt, correcturas ibi in operarum usum supra lineas ab iis scriptas adferendas esse putaui.

Ac Basileenses quod ingenio parum profecerunt, utpote in scriptore tam obscuro et fabricato, facile feremus; nullo autem modo excusari potest, quod cum maiorem scriptorum partem ex corruptissimo exemplari typis exprimendam curarent, optimi codicis auxilium tam obstinate aspernati sunt. nam perexiguus est locorum numerus, ubi bonas eius scripturas reuocauerunt, ad lacunas supplendas e. g. 19, 3 *ut*, 45, 7 *qua*, 51, 11 *neque* (sed pro *quia* quod praecedit scripturam codicis P *quod* praetulerunt), 98, 16 *mihi debeat*, 120, 21 *formam*, 387, 18 *per*, rarius ad menda tollenda e. g. 27, 20 *Crispi* pro *crisippi*, 425, 1 *maritota* pro *maritatus* eo usi. carmina ibi distincta titulisque insignita integro uersuum ordine decurrere, dum ea in P inter se coniunguntur et confunduntur, ut disiecta eorum membra in ordinem redigi posse saepius ipsi desperauerint, ne obseruasse quidem uidentur. quasi eos haec neglegentia paenituerit, inde a pag. 332 codicis B lectiones in margine adscripserunt, quas Schottus de origine eorum ut uidetur incertus in adnotationem marginalem suae editionis recepit.

And. Schottus de Societate Iesu post Basileenses Tornaci CIↃ.IↃC.XI edidit '*Beati Ennodii Ticinensis episcopi Opera quae reperiri potuerunt, omnia: in auersa pagina recensita. Partim edita nunc primum, partim emendata notisque illustrata*'. de his quae noua accesserunt in Epistola dedicatoria ad Card. Borromaeum Mediolanensium Archiepisc. eorumque fonte haec habet: *interiectis et Orationibus habitis, ut nūc quidem integre ex optimis membranis in Morinis Belgarum ultimis pridē a me repertis, edēdum curauimus. Poemata ad haec sacra nimis lacera, conuulsa, ac disiecta olim Basileenses operae in Ortodoxographorum uolumine supina quadam ῥαθυμίᾳ euulgarant*, et paullo post: *Poemata ad hanc diem nimis lacera atque traiecta, quae nunc, quantum unius ope codicis licuit, constituimus: reliquaque libris et Epistolis distinximus, in ordinemque digessimus, notatis diligenter ad oram uariantis scripturae, ut componi commode possent, lectionibus, ac coniecturis, quarum plerasque in Notas coniecimus, sicubi aqua, quod aiunt, hae-* Editio Schotti.

reret. Vitam adhaec B. Epiphanii dimidiae amplius partis accessione locupletiorem damus, ut nunc demum typis edita uideri queat. praefationem secuntur Epistolae in XII libros digestae p. 1—310, *Ennodii a morbo uotum et narratio uitae* (= Opusc. V) p. 311—319, Vita Epiphanii p. 321—378, Vita Antonii p. 379—391, Panegyricus clementissimo regi Theodorico p. 393—419, Orationes et Declamationes XXX, quo nomine reliqua maiora opera conprehenduntur 420—507, Apologeticus pro synodo (= Opusc. II) p. 508—553, Declamatio (= Dict. XXII) p. 554—557, postremo ea loco adiecta, *quod serius haec Ennodii declamatio in manus inciderit.* in calce *Notationes* additae sunt. Carmina Ennodii peculiari uolumine antea edita esse, ex epistula ad V. CL. Ant. Salmatium collegii Ambrosiani Mediolani doctorem theologum praemissa Tornaci Neruiorum Kal. Augusti CIƆ.IƆCX data apparet. *subsequentur* (sc. carmina), ibi inquit, *propediem, Deo bene iuuante, Ennodii reliqua: Epistolae, Orationes, Declamationes, et pro Synodo IIII. Romana sub Symmacho Apologeticus.* in exemplaribus quae uidi cum reliquis opusculis coniuncta sunt et paginas 79 complent. secuntur deinde foliis non paginatis *In Ennodii poemata Notationes* et Indices ad utrumque uolumen pertinentes.

Ne fallaci illo plurali *membranis* in errorem inducaris, Schotto unus tantum codex in Morinis ille Belgarum ultimis repertus, idem quem Basileenses usurpauerant atque hodie in bibliotheca Bruxellensi asseruatur, praesto fuit, cuius in fronte Schotti manu haec scripta leguntur: *Contuli hunc Ennodium Ticinensem episcopū ad editionem Germanicā inter orthodoxographos magno operae precio, cum et quaternionē integrū in edito desiderari obseruauerim: carmina omnia traiecta esse totumque adeo opus uitiose excusum deprehendi. Honos itaque habendus scriptis libris et amicis gratia qui utendum dederunt, et nunc restituo. Andreas Schottus Antuerpianus de societate IESV. 1607.* atque apud alterum editorem ille eadem fortuna usus est. quod enim in uiro satis docto, qui inscitiam neglegentiamque Basileensium, antiqui libri praestantiam integritatemque cognitam habuerit, explicari uix potest, euenit ut

poematis exceptis pessimam editionem ad uerbum fere repeteret, optimas autem lectiones suasque coniecturas in margine apponere satis haberet. nam paucas in textum recepit et nonnulla uerba eius libri auctoritate uncinauit. scripturae autem codicis B selectae tantum neque eae satis accurate notantur. inter coniecturas quae probari possunt paucae deprehenduntur et quod non pleraque obliuione qua dignae sunt sepeliuerim ne nonnullis displiceam ualde uereor. solum igitur huius editionis meritum eo continetur, quod scripta quae Basileensium incuria omissa uel lacunosa exhibita erant recepit et suppleuit, quamuis et ipsa Epistulas III 13–18, Opusculum X, Dictionem VIIII, Carmina II 23—28, quae codex suppeditabat, intacta reliquerit; et ea et quae in B desiderantur Epistulas VII 10 p. 179, 11—13 p. 181, 26 Sirmondus demum ex suis libris praestitit, post quem praeter singulos uersus nihil ipse noui inuenire potui.

Iacobus Sirmondus soc. Iesu presb. qui eodem quo Schottus anno 1611 *Magni Felicis Ennodii episcopi Ticinensis opera* Parisiis recensuit [1], quamuis mediocribus in ea re subsidiis uteretur, quid doctrina diligentia sanumque iudicium ualerent luculento exemplo demonstrauit et ut obscurus scriptor tandem legi atque intellegi posset grammaticis emendandi distinguendi enarrandique officiis strenue et cum cura functus effecit: quamquam ille, cum optimi codicis auxilio destitueretur et alterius familiae testibus parum integris niteretur, permultis locis genuinam orationis formam non assecutus est. ad purgandum Basileense exemplar, quo nihil deprauatius, nihil inquinatius in lucem exierit, in epistula dedicatoria ad Nicolaum Fabrum se duos codices adhibuisse narrat: *conatus equidem sum, quoad potui, ex duobus spectatae fidei exemplaribus, Vaticano et tuo, quam emendatissimum reddere, lacunas quae multae et maximae erant implere, ac praue detorta et traiecta suis locis reponere, omnia etiam opera ex pristina perturba-* Editio Sirmondi.

[1]) Editio Sirmondi repetita est in *Iacobi Sirmondi operibus uariis, quae ex ipsius schedis emendatiora notis posthumis auctiora* Parisiis a. 1696, Venetiis a. 1728 uol. V p. 1365 sq. edita atque hic illic Schotti lectionibus aucta sunt.

tione in certos ordines et quasi classes digerere. eorum autem raro in notis mentionem fecit, ad Epist. II 3 Vaticanum *Erdui*, ad Epist. VIII 15 et VIIII 9 Fabri librum *potentiae* et *uenulam*, ad Epist. IX 17 p. 241, 7 *laenam et racanas* ita distincte Vaticanum, *laena metra canas* reliquos, Opusculum V in uno codice *relatio cursus uitae suae* inscriptum esse, Dictionem XXIII titulo carere in duobus antiquis, in tertio qui recentior esset inscribi *inuectiua in Orestem qui occidit Clytemnestram matrem*, ad Carm. I 5, 14 unum codicem *parcarum*, alterum *parumper*, tertium *parum* ferre testatus. unde tribus illum codicibus usum esse apparet, neque eum fortasse editionem principem codicis nomine nuncupauisse conicere licet. quos autem ad Epist. V 1 Symmachi codices et ad Opusc. II (Not. p. 15) codicem Tilianae bibliothecae adduxit, iis Pseudo-Isidoriana collectio, in quam Opusc. II et illa epistula recepta sunt, non Ennodii opera continentur. qui uero illi tres codices fuerint, definire non ausim, quamuis inter meos p. 241, 7 duo tantum T et Cheltenhamensis *laena metra canas*, Carm. I 5, 14 unus Cheltenhamensis *parumper*, reliqui *parum*, nullus *parcarum* exhibeat et Fabri liber Cheltenhamensis esse possit; ne Vaticanum quidem ipsum antiquissimum V, cuius conplura hodie asseruari apographa supra docui, ei praesto fuisse contenderim. Trecenses uero ignorauit, cum locis, ubi illi certa emendatione corruptelas sustulerunt, aut eas retinere aut alia ipsum tentare uideamus uelut p. 84, 13 (431, 6). Schottianae denique editionis uolumen quod carmina continet atque anno uno ante alterum publicatum est, cum carmina recenseret, inspexisse uidetur, cum in emendationibus permultis rerum sane pusillaıum mirum quantum consentiant. quoscumque autem codices habuit, neque optimo B usus est neque ullus eorum quibus usus est ex B uel ex simili libro descenderat, ut quae B solus exhibet ex editione principe ei repetenda essent [1]) et eius quidem uitia recte perspiceret, uirtutes autem,

---

[1]) cf. Sirm. ad Epist. VII 23 Not. p. 34 *septem quae secuntur epistolae desiderantur in exemplaribus, quibus usi sumus*, ad Carm. I 10 Not. p. 86 (*hymni*) *aberant a manuscriptis quorum ope nixi sumus.*

quibus opera ex B desumpta excellunt, ne diuinare quidem posset. suorum autem codicum ope et quae Basileensis editio omiserat in lucem prodire iussit et orationem si non ubique genuinam tamen latinam reddidit, qua in re accurata posteriorum scriptorum cognitione adiuuabatur. quem denique operum nouum ordinem instituit, is quidem non ex omni parte probari potest, cum in Carminum numero posuerit quae Dictionibus adnumeranda erant et fallacibus lubricisque indiciis usus quae Epistularum Carminumque genere non continentur in Opuscula et Dictiones diuiserit; eum tamen, ne in re admodum dubia nouis coniecturis indulgerem et legentium commoditati magis obesse quam prodesse uiderer, retinendum esse duxi. antiquus enim codicum ordo, qui non ab auctore ipso, sed post eius mortem opinor a discipulo, qui magistri scripta unde unde collegit profectus et hic illic describentium incuria immutatus est, nullo pacto editione repraesentari potuit.

Antiquus ordo scriptorum.

In codicibus autem quos descripsi Ennodii scripta hoc se ordine excipiunt:

Dictio I
Carmen I 6
Dictio VII
Epistulae I 1—4
Opusculum VII
Epistulae I 5—9
Opusculum VIIII
Epistulae I 10—20
Carmina I 7. 8
Epistulae I 21—II 9
Carmen I 9
Epistulae II 10. 11 — Epist. II 10 om. T adnotans: *hic deest captm*
Carmen II 1
Epistulae II 12. 13
Opusculum II
Carmen II 2
Epistulae II 14—III 3

Dictio VIII	
Carmen II 3	
Epistulae III 4—12	
Opusculum III	om. inde a uerbo *nefanda* p. 348, 20 usque ad finem Pb
Opusculum X Epistulae III 13—15 Dictio VIIII [1]	om. Pb
Epistulae III 16—23	om. usque ad uerba *deus mandat* Epist. III 18 Pb
Dictio X	
Epistula III 24	
Carmina II 4—9	Carmen 4—7 om. B, carmina 5 et 7 om. E
Dictio II	
Carmina II 10—16	Carmina 15 et 16 om. E
Epistulae III 25—30	Epist. 26 et 27 om. L (et Cheltenh.)
Carmen II 17	
Epistulae III 31—IIII 6	
Opusculum VIII	
Dictio XI	
Epistula IIII 7	
Carmina II 18—28	Carmina 23—28 om. b [2]) (exh. P); carmen 26 om. T; carmen 28 ante 27 exh. ET
Epistula IIII 8	

[1]) B fol. 81ʳ desinit in uerba *pater et* p. 454, 23, omissis quae secuntur usque ad finem Dictionis VIIII; quattuor lineae fol. 81ʳ et totum folium 81ᵘ uacua sunt. cf. supra p. I.

[2]) b ea neglegentia omisit quae optimo ordine P exhibet sic

fol. 37ᵘ col. I	col. II
Carm. II 18, 1—4	18, 5. 6
19, 1. 3. 4. 5	19, 2
	24, 1. 2
fol. 38ʳ	
19, 6	24. 3—13
20, 1—8	25, 1—5
21, 1. 2	26, 1. 2
22, 1—4	28, 1. 2
23, 1—7	

Carmina II 29—31 [1]	
Epistulae IIII 9—11	
Carmen II 32	
Epistulae IIII 12. 13	
Carmen II 33	
Epistulae IIII 14—16	
Carmina II 34. 35	
Epistulae IIII 17—23	
Carmen II 36	
Epistulae IIII 24—28	
Carmina II 37—49 [2]	om. T
Epistulae IIII 29—31	
Carmen II 50	om. T
Epistulae IIII 32—V 5	
Carmina II 51—89 [3]	om. T, carm. 87 om. B

[1] b uersus 29, 1. 2. 31, 1. 2. 30, 1. 2, 31, 3 in unum carmen *VERSVS* inscriptum coniungit, dum ita dispositi in P exstant:

fol. 38r col. I	col. II
29, 1	31, 1
2	2
fol. 38v	
30, 1	31, 3
2	

[2] In b carmina hoc ordine se excipiunt: 37. 38. 39. 41. 42. 43. 40. 44. 45. 46. 47 et 48 (in unum coniuncta). 49; contra in P

fol. 40v col. I	col. II
37, 1. 2	41, 2
38, 1. 2	42, 1—4
39, 1. 2	43, 1—3
40, 1. 2	
fol. 41r	
41, 1	43, 4
44, 1—12	45, 6—16
45, 1—5	46, 1—3
	47, 1. 2
	48, 1. 2
	49, 1. 2

[3] In b hoc ordine carmina se excipiunt: 51—55 (56 om.); 57—65 (66—69 om.); 70—76; deinde 77, 1—3. 84, 10. 80, 7—10 in unum con-

Dictio XXIIII	
Carmina II 90—94	om. T
Carm. I 2	om. T
Dictio III	
Carmina II 95—97	om. T
Epistulae V 6. 7	
Dictiones XXV. XIIII. XV. XVI	
Epistulae V 8—12	
Carmina II 98—104	
Epistulae V 13. 14	
Carmina II 105. 106	om. T
Dictio XVII	
Opusculum IIII	
Epistulae V 15. 16	
Dictio XVIII	
Epistula V 17	
Carmen I 1	om. T
Epistulae V 18—27	
Carmina II 107—109	om. T
Epistulae VI 1. 2	
Carmen II 110	om. T
Dictio XVIIII	
Carmen I 3	om. T

---

iuncta; 81—83? in unum 84, 1—8. 89. 88, 9. 10 coniuncta; deinde uersus 1 et 2 Dictionis XXIIII; carmina 56. 66—68; in unum 69, 1—6. 77, 4—14. 69, 7—10 coniuncta; 78, 79, 80, 1—6; 85—87; in unum 88, 1—8 et uersus 3—6 Dictionis XXIIII coniuncta. ex parte tantum turbae illae, quae codicem P possederunt, sublatae sunt, qui exhibet

fol. 42ª col. I	col. II
51, 1. 2	56, 1—10
52, 3	
51, 4	
52, 1. 2	
53, 1. 2	
54, 1. 2	
55, 1. 2	
57, 2	57, 1

Opusculum I	haec om. P usque ad uerba *ferretur in medium* Epist. VIII 2 p. 201, 13	
Carmina II 111—116		om. T
Epistulae VI 3—11		
Dictio IIII. XX		
Epistula VI 12		
Epistula V 25		
Epistulae VI 13—VII 14		epistulas VI 31—34 om. B; epist. VII 10 p. 179, 11 *qui raptores* — ep. 13 p. 181, 26 *ecce* om. Bb; cf. supra p. II
Dictio XII		
Epistulae VII 15—18		
Carmina II 117—128		
Epistula VII 19		
Carmina II 129. 130		om. T
Epistulae VII 20. 21		Epist. VII 21 uersus om. T
Dictio V		
Epistula VII 22		
Carmina II 131—133		om. T
Carmina I 10—21		om. omnes praeter Bb (Carmina I 10—21; Carmina II 134—136; Epistulae VII 23—29)
Carmina II 134—136		
Epistulae VII 23—29		
Dictio XXI		
Carmina II 137—143		Carmina 137—141 om. T
Epistulae VII 30—VIII 1		
Carmina II 144—148		om. T
Epistulae VIII 2—4		
Carmen II 149		om. T
Dictio XXII		

---

fol. 43r col. I	col. II
58, 1. 2	65, 7—10
59, 1. 2	66, 1—10
60, 1—10	67, 1—10
61, 1—4	68, 1—10
62, 1—6	69, 1—5
63, 1—4	
64, 1—6	
65, 1—5	

Epistulae VIII 5—11	
Carmen I 4	om. T
Epistulae VIII 12—36	
Dictio XXVI	
Epistulae VIII 37 — VIIII 1	
Carmen I 5	om. T
Epistulae VIIII 2—13	
Dictio XXVII	
Epistula VIIII 14	
Opusculum V	uerba *cupiditate* p. 395, 7 — *reducit* p. 396, 25 om. B; cf. supra p. II
Epistulae VIIII 15—25	
Carmen II 150	

---

fol. 43^{u} col. I	col. II
65, 6	77, 3—14
69, 7—10	78, 1—12
70, 1. 2	79, 1—10
71, 1—4	
72, 1—6	
73, 1—4	
74, 1—6	
75, 1—5	
76, 1—6	
77, 1	80, 5
fol. 44^{r}	
77, 2. 3	80, 6. 7
80, 8. 9. 10	84, 9. 10
81, 1—10	85, 1—10
82, 1—10	86, 1—10
83, 1—10	87, 1—10
84, 1—4	88, 3
fol. 44^{u}	
84, 5—8	88, 4. 5. 6. 7
88, 8—10	Dictio XXIIII
89, 1	

haec speciminis causa ad illustrandam rationem quae inter b et P intercedat sufficiant; in reliquis carminibus discrepantias ordinis iam non notabo.

Dictio XIII	
Opusculum VI	uersus om. T
Carmen II 151	om. T
Epistulae VIIII 26—33	
Carmen II 5	om. hoc loco omnes praeter B
Epistula VIIII 34	
Dictio VI	
Carmen II 6	om. hoc loco omnes praeter B
Dictio XXVIII. XXIII	
Epistula VIIII 35.	

Qui Trecenses libros nr. 461 et 469 confecerunt, quod carmina fere omnia omiserunt, si quis miratur, certum quoddam consilium secuti esse uidentur, quippe qui ea non omisisse sed seposuisse putandi sint, ut, cum in tralaticia operum serie omnis ordo desideraretur, eiusdem generis scripta suis conprehenderentur fasciculis. inceperunt igitur quod postea Schottum et Sirmondum perfecisse uidimus, quorum ille nimio studio abreptus quotquot uersus inuenit, etiamsi singulis epistulis aliisue scriptis ab auctore adiuncti erant neque separari debebant, peculiari uolumine congessit; et si quid titulo tribuendum est, carmina sola codex bibliothecae Laureshamensis continuit, quem Catalogus eius bibliothecae antiquus ab A. Wilmanns in Mus. Rhen. XXIII p. 388 publicatus uerbis fol. 29r l. 4 *Liber ennodii poetae* describit. maiore etiam diligentia quam illi antiqui librarii idem consilium persecuti sunt qui saec. XIIII et XV Ennodii apographa curauerunt, cuius rei testes sunt codices Magliabechianus J, 6, 29 membr. 8° mai. fol. 143 saec. XIIII (olim. S. Marci 524) fol. 1—116 Ennodii opera exhibens, codex Urbinas lat. nr. 61 saec. XIIII, codex Monacensis nr. 110 chart. saec. XVI, in quibus singula hoc ordine digesta sunt: O(pusculum) III, II (II om. Mon.), IIII, D(ictio) I, C(armen) I 6, D VII, O VII. VIIII, C I 9, O X, D VIII, C II 3, D VIIII, X. C I 7. 8, D II. XI. XXIIII. III. XXV. XIIII. XV. XVI. XVII. XVIII. XVIIII, O I, D IIII. XX. XII. V (omittunt hoc loco duo capitula p. 439, 7—440, 17). XXI. XXII, O V, E(pi- *Nouus ordo scriptorum.*

stulae) I 1—IIII 6, O VIII, E IIII 7—V 27 (uersus epistulae V 7 om.), C II 107, E VI 1—12, V 25, VI 13—VII 21 (uersus om.), D V (eam partem quae supra omissa est hoc loco inserunt), E VII 22, D XXI (p. 483, 8—16), E VII 30—VIII 36, D XXVI, E VIII 37—VIIII 13, D XXVII, E VIIII 14—25, C II 150, D XIII, O VI, E VIIII 26—34 (30 in duas partes diuisa), D VI. XXVIII. XXIII, E VIIII 35, C I 6 (altera pars), II 1. 2, II 4—26. 28. 27—35. 37—89, D XXIIII uersus, C II 90—94, I 2, II 95—97, uersus epistulae V 7 praemissi, C II 98—106, I 1, II 107—110, I 3, II 111—130, uersus epistulae VII 21, C II 131—133, II 137—148, I 4. 5, II 150, uersus opusc. VI (uersus dictionis XXVIII et C II 149 add. Urb.).

Eiusdem generis esse uidetur codex Ottobonianus lat. nr. 687 saec. XIII, qui hoc ordine inde a fol. 13r haec continet: *Usu rerum uenit inter homines* etc., C I 6, D VII, E I 1—4, O VII, E I 5. 6 (epitomatam). 7—13 (usque ad uerba *est. si mise* p. 24, 7, in quae fol. 20u desinit); fol. 21r incipit a uerbis Dict. XXII p. 496, 16 *merentur hac extremitate qui indignus*, secuntur E VIII 6—36 (sed omittuntur 13. 16. 17. 18. 21. 25), D XXVI, E VIII 37—VIIII 13, D XXVII, E VIIII 14—17 (in uerba *nobilitate perficiant* desinens. — Ottobonianus nr. 2366 saec. XVI, in quo haec exstant: E III 13—18, O III. X, D VIIII, C II 23—28, E VII 10—12, D XXI.

Praeter hos codices fortasse unus aut alter etiam in bibliothecis latet, ut unum saec. XVI bibliothecam ducis de Iua Granadae possidere G. Loewe me docuit, aut in miscellis libris singula etiam scripta exstant, ut O III. II, D II, O IIII, D XVIIII in codice Reginensi nr. 129 saec. XIIII, O III in codice Vallicellianae H. 9 et in aliis codicibus, Carm. II 16—18 in cod. Parisino nr. 8071 saec. X et Vindobonensi nr. 9041. uerum magnum commodum inde redundaturum esse non sperauerim. neque quicquam ad uerba emendanda excerpta ex Ennodii epistulis, quae Escorialensis Q III 18 signatus saec. XIIII in fol. 178u praebet atque G. Loewe descripsit, contulerunt.

Iam uero antiquo tempore Ennodiana in alias collectiones receptae sunt, quae ideo accuratius inspiciendae erant, quia eis melioris codicis quam qui nobis praesto sunt memoriam seruatam esse suspicari licebat. sed spes falsa est; ex mediocribus enim uel pessimis fontibus ea fluxerunt. sunt uero haec. Collectiones quae singula opera exhibent.

Panegyricus Theoderici (= Opusc. I), *cum praeter natiua uitia tot aliunde uulneribus scateret, ut non maioris modo otij sed et integrioris exemplaris ope indigere uideretur* (fol. 40), tamen inter Magni Aurelii Cassiodorii opera, quae anno 1579 cura Guilielmi Fornerii apud Sebast. Niuellium Parisiis prodierunt, locum accepit neque ea recensio a Basileensi paucis quae facile corrigi poterant exceptis differt. ad adornandam uero alteram Cassiodorii editionem, quae Parisiis a. 1583 publicata est, uariantes unius codicis, qui Monacensis nr. 110 uel Magliabecchiani J, 6, 29 simillimus erat, in margine appositae sunt easdemque tertia Parisina a. 1588, qua Schottus usus est (cf. eius praefationem p. 393), retinuit. quae ad intellegendas has rationes necessaria uel ad constituendam orationem utilia uidebantur, inde in apparatum recepi signo *p* usus. reliquae autem Cassiodorii uel Panegyricorum editiones, in quibus hoc opusculum exstat, non dignae sunt quae commemorentur. idem opusculum denique Manso in libro *Geschichte des Ost-Gothischen Reiches in Italien* inscripto, qui Vratislauiae a. 1824 prodiit, p. 437 sq. Monacensi codice adiutus edidit et enarrauit. cui scriptoris obscuritatem expugnare quam parum sucesserit, Fertigius demonstrauit, qui cum alia tum hunc panegyricum in tribus programmatis gymnasii Landshutensis et Passauiensis (*Magnus Felix Ennodius und seine Zeit* I Passau 1855, II Landshut 1860, *Ennodius Lobrede auf Theoderich*, Landshut 1858) uernacule interpretatus est et explicauit. Opusc. I.

Opusculum II, quod Ennodius *aduersus eos qui contra synodum scribere praesumpserunt* confecit, in Isidori Mercatoris collectionem una cum Dictione III Epistula II 13 et V 1 receptum permultis huius syllogae codicibus, quorum nonnullos, non omnes Hinschius in *Decretalibus Pseudo-Isidorianis* (Lipsiae a. 1863) p. XI. XV. XVII. XXVIIII. LXI recenset, Opusc. II, Dict. III, Epist. II 13 et V 1.

traditur, quorum ex numero duos antiquiores qui parabiles
R erant, R = Vaticanum nr. 630 saec. XI uel XII accurate
A collatum ab A. Mau et A = Parisinum nr. 9629 (= Supplem. lat. 840) saec. X ab Antonio Iue descriptum in recensendo libello adhibui, non quo inde quicquam lucri ad sordes, quibus hic libellus aliis magis infectus est, diluendas redundare putarem, sed ut fraudulenti in mutandis et interpolandis uerbis collectoris consilia et summa eius audacia et inscitia nouo exemplo patefierent. ex codicibus multo peioribus editiones Conciliorum Colonienses (de quibus cf. Hinschii praef. p. LXXII sq.) anni 1530 (= m) et 1538 (= c), cuius Schottus uarias scripturas in margine notauit, haustae sunt. ex iisdem libris A et R uariantes scripturas ad Epist. V 1 et Dict. III recepi. contra epistula II 13, quae cum reliquis tribus scriptis in aliis huius collectionis codicibus, ut in Sangallensi 670 s. X, Bambergensi s. X—XI, Darmstad. 2113, Colon. 114 s. XI, Vercell. 80 s. VIIII—X, Carnot. 67 (bis) s. X, Paris. 3852 s. XI, Pistor. XI, Rotomag. s. XI, Paris. 4280 AA s. X, Brixiensi B II 13 s. XI, Lucan. s. XI aliis exstat, in codice R desiderari uidetur. ea uariis scripturis instructa in Hinschii libro p. 497 lin. 19 sq. inuenitur.

Opusc. III. Opusculum III, quo Vita Epiphanii narratur, Bollandistas ex codice Bruxellensi petiisse et nonnulla recte emendasse, iam supra p. III dixi. — contra ab editionibus prorsus pendent qui in Hymnorum collectiones Ennodii Carmina I 10—21 adsciuerunt, nec mirum est ea ex hymnorum codicibus exclusa esse, quippe quae ad ecclesiarum usum parum accommodata uidentur. (Carm. I 10—21.)

Carm. II 5. 79. 80. 82. 83. 87 syllogis inscriptionum tradita. Magna autem erat spes ea alterius libri carmina, quae in syllogis inscriptionum leguntur, 5. 79. 80. 82. 83. 87 ex lapidibus ipsis in eas migrasse et pristinum uerborum splendorem maioremque iis quae per librariorum manus propagata sunt integritatem conseruasse, praesertim cum epitaphium Rusticae II 5 superesse etiam Mediolani insculptum in lapide, qui nunc insertus esset Ecclesiae S. Francisci, Sirmondus adfirmaret (Not. p. 88). qui etsi eum ipse non uiderit totumque epigramma, id quod Mommsenus ad Corp.

inscr. lat. V 2 nr. 6266 perspexit, ex Alciatinis traxerit, cum ibi haec memoriae prodantur: *tumulus a nobis repertus hic adscribendus fuit . . . quod ab hisdem aedituis* (de ecclesia S. Francisci Mediolani sermo est) *iam male habitum offendimus, ut alieno loco imposita mensa ineptum quoddam aliud sepulchrum contegeret necessariumque fuerit uetustam hanc inscriptionem a recentibus quibusdam naeniis separare*, et codicis Laudensis manus posterior (de qua cf. Mommsenum p. 629) tres uersus 7—9 lectos *in candido lapide* addat, quis de origine huius carminis dubitabit atque ex libris illud manuscriptis in syllogas Alciati aliorumque transiisse suspicabitur? carmen sane ipsum hanc suspicionem remouere uix possit, cum quas peculiares habet scripturas in us. 4 *nam* pro *sic* et in us. 5 *sat* pro *sic* non ita comparatae sint, ut per se probabilitatis momentis commendentur. huius igitur et reliquorum carminum syllogis epigraphicis conseruatorum aestimatio, nisi de origine et pretio illarum constiterit, de quibus Mommsenus in Corp. inscr. lat. V 2 p. 617 sq. egit, incerta iactabitur. exstant autem collectiones duae, Alciati c. a. 1508 Mediolani instituta et Fontanae, qui c. a. 1560 eam confecit, in quas cum alia tum quinque illa de episcopis Mediolanensibus epigrammata ex uetustiore codice sumpta sunt, quem ea ex lapidibus ipsis excepta habuisse Mommsenus opinatur. neque inde eum de hac origine dubitatio subiit, quod Alciatina a Fontanianis ualde differunt et neutra recensio cum ea, quam codices Ennodiani suppeditant, cuius praestantiam ille recte intellexit, consociari potest. *quaestio*, inquit, *propter summam utriusque recensionis diuersitatem admodum perplexa etiam magis eo complicatur, quod inter Ennodii epigrammata in laudem duodecim episcoporum Mediolanensium ab Ambrosio ad Theodorum* (*Carm. l. 2 ep. 77—89*) *quinque ex his redeunt* (*nr. 3* [*= 79*]. *4* [*= 80*]. *5* [*= 82*]. *6* [*= 83*]. *8* [*= 87*], *sed forma admodum diuersa et ut modo Alciatina, modo Fontaniana recensio propius absit ab Ennodiana edita, quae sane praestat utrique. at auctorem sylloges huius ea carmina ex codice Ennodii sumpsisse non crediderim, immo composuit syllogen ad ipsos lapides per ecclesias Mediolanenses pro-*

stantes. atque grauibus Mommseni iudicium argumentis inniti non negauerim. nam si quis carmina ex Ennodiano codice in syllogen antiquissimam migrasse sumpserit, ad intellegendas maximas illas discrepantias, quarum uix una aut altera Ennodianorum librorum uarietate explicetur, non multum proficiet. neque hac ratione difficultates expediri et diuersissimam utriusque recensionis formam explicari posse putauerim, ut Ennodium ipsum uel nescio quem alium, cum epigrammata insculperentur, ea retractasse credamus; contra ea ex misero lapidum habitu, quem corruptam antiqui codicis condicionem aequare necesse erat, et inmoderata uirorum illorum in constituenda oratione supplendisque hiatibus audacia aliquanto facilius enasci potuit. his enim uerbis Mommsenus Alciati imaginem adumbrauit (p. 627): *ubi legere nequit, saepe diuinat, hiatus autem non tam explet coniectura quam celat et aliqua arte abscondit, ut tituli lectu difficiliores quos accepimus ab uno Alciato plerumque ablegandi sint inter insanabiles*, atque ea cum carminum forma, quam sylloge prae se fert, apprime conuenit, quod haec exempla demonstrare possunt: C II 79, 6 *disseruit populis dogmata cana puer* (*cana p. p. d. disseruit* codd.), 80, 1 *Tigridis extremae potator Marolus undae* (*Marolus e. p. Tigridis undae* codd.), ubi uerba incuria fortasse transposuit, 79, 10 *et cibus haud deerat lactis apostolici* (*non deerat pastus lactis apostolici* codd.), 87, 10 *haesit ad adspectum luminis alterius* (*h. a. a. lampadis a.* codd.) propter insolita *pastus* et *lampadis* uocabula licentia mutare potuit, quae quanta sit carminis 80 uersus 4—8 declarant, quos Ennodiano colore insignes libri sic exhibent:

Orditur uatem dotibus innumeris,
Peruigil intentus ieiunus prouidus ardens:
Quod morem tenuit sat fuit officio.
Os tenerum quotiens gustus contingit honesti,
Transit ad adfectum quod fuit imperii.

Alciatus


Dotibus innumeris conspiciendus erat,
Peruigil intentus ieiunus prouidus ardens
Officio atque omni maior honore pater.

Sic fuerat quoniam teneris eductus ab annis,
Ad maiora senex transiit imperia.

cohaerentiam carminum 82 et 83, quae carminis 82 uersu 10 *sed rursus magni missus ad obsequium* (sc. *populus*) efficitur, manifesto consilio sustulit scribendo *quae nimis excellunt ocyor hora rapit.* si quis igitur discrepantias omnes accurate inspexerit, quadratarii opera eas ad nos peruenisse uix sibi persuadere poterit. sed uereor ne in re aperta plura uerba fecisse uidear. utcumque de horum carminum origine cogitaueris, ad recensenda Ennodii uerba nihil adferunt, nec ullum minimum uerae scripturae indicium in Alciatina uel Fontaniana recensione dispici potest.

II. DE EMENDATIONE ENNODIANA.

Codices quos enumeraui omnes ex uno archetypo descendere scriptorum ordine, lacunarum communione, frequenti in maximis minimisque rebus similitudine euincitur. discedunt autem in duas familias ita, ut unius testis singularis exstet liber Bruxellensis, alterius sint quamuis integritate inter se diuersi reliqui omnes. quae cognatio hoc stemmate depingitur: Codicum cognatio.



B autem non solum eo, quod nonnulla scripta solus conseruauit, sed etiam scripturarum integritate ita ceteris praestat, ut eum ducem fidissimum sequi debeamus. reliquorum eo potissimum continetur utilitas, ut eorum opera lacunae sin-

gulorum uersuum uerborum syllabarumque, quibus B saepius foedatur, suppleantur, errores quibus ille abundat maximam partem sane leuissimi tollantur, quamquam in iis ueri uestigia temeraria emendatione et interpolatione non raro oblitterata sunt. hanc codicum aestimationem uereor ne quis in dubitationem uocaturus sit, melioris familiae memoriam quamuis tenuem adhuc superesse ratus, si codicem T saepius cum prioris familiae teste unico B contra reliquos conspirare, nonnullis locis etiam ueram scripturam solum prae se ferre animaduerterit. quare primo de singulari eius condicione et uirtute, quatenus bonis scripturis continetur, disputandum esse uidetur.

Codicis T auctoritas.

Atque T manus prima uel altera cum B in conseruandis genuinis lectionibus consentit, dum reliqui, quorum testimonia inter parenthesis notas collocaui, a uero declinant, 59, 5 *amantes* BT² (*amantis* rell.), 68, 7 *uestra* (*uestram*), 69, 22 *principe* BT² (*principis*), 87, 25 *quando* BT² (*quomodo*), 94, 6 *uoto satis faciam* BT² (*uotis faciam*), 94, 11 *eloquendam* (*eoquendam*), 100, 1 *sed* exh. BT (om. rell.), 116, 20 *utilitatis* BT² (*utilitas*), 126, 11 *parendi* BT² (*pariendi*), 150, 10 *pudoris* B et T in marg. m. 2 (*furoris*), 175, 22 *spero* B et T in marg. m. 2 (*sperans*), 182, 11 *proximus* (*proximis*), 203, 11 *suo* (*sua*), 230, 8 *largos* (*largus*), 250, 23 *orandum* T² (*horandum* B, *hortandum* rell.), 274, 14 *uideris* BT² (*uideres*), 275, 5 *possessas* BT² (*possessos*), 326, 11 *corporatos* BT corr. (*comparatos*), 353, 18 *dominiorum* BT² (*dominorum*), 431, 6 *cui* exh. B et T in mg. m. 2 (om. rell.), 469, 5 *parcitis* BT² (*parcetis*), 474, 17 *fasce* BT² (*face*), 501, 7 *summitte* BT² (*summitti*). cf. 128, 19. 204, 8. 206, 1. 270, 18. 335, 7. 505, 17. quae scripturae ita comparatae sunt, ut ab aliquo correctore sine exemplo inueniri potuisse concedendum sit, praesertim cum inter eos locos, ubi T m. 1 uel m. 2 sola uerum praebet, conplures multo grauioribus laborent mendis, quae felici tamen coniectura in T sublata esse non negabimus. genuina autem lectio ex T uel solo uel uetustissimo inter recentiores teste repeti potuit his locis: 11, 21 *memorato* (*memorati* LV, *memorat* B), 26, 4. 34, 16. 42, 19. 48, 6. 68, 17. 77, 7. 110,

6. 118, 6. 159, 23 *mi* (*mihi*), 45, 6 *qua quid* T² (*quia quid qua* B, *quia quid* rell., quamquam de emendatione huius loci etiam dubitari potest), 78, 20 *direxi* T² (*direxit*), 79, 5 *expendere* (*explandere* L, *expludere* V), 81, 11 *paginalem* (*paginale*), 84, 12 *accelera releuare* T corr. (*accelerare*), 87, 18 *debeo* (*debebo*), 92, 11 *quod* (*quid*), 94, 6 *onerem* T² (*honerem* LT¹V, *honorem* B), 99, 11 *subrogares* (*subrogaris*), 112, 2 *solos* T² (*solus* BLV, *solas*? T¹), 132, 26 *intentiones* T² (*intentionis*), 134, 11 *fouete* (*fouite*), 138, 23 *gratuletur* (*gratulentur*), 144, 9 *ad* add. T, 164, 11 *cedit* (*cedet*), 167, 15 *pendet* T² (*pendit*), 174, 7 *arriperes* T² (*arriperis*), 178, 3 *me* add. T m. 2, 197, 25 *te* exp. T m. 2, 206, 1 *peruenisses* (*puer uenisses*), 206, 4 *qua* (*quam*), 209, 24 *non* T corr. (*nam*), 214, 14 *genua* (*ianua*; quod ibi conieci *genas* nihili est, nam *genua osculari* simili loco 336, 26 *lambere uestigia* confirmatur), 222, 22 *eligitis* (*eligetis*), 226, 24 *mee* T² (*mea*), 235, 9 *accenderes* (*accenderis*), 236, 11 *accepimus* T² (*accipimus*), 237, 23 *dabant* (*dabunt*), 244, 11 *breuem* (*breue*), 247, 26 *nuptialis* (*nuptiales*), 249, 21 *rescindit* T² (*rescindet*), 250, 18 *honeris* (*honoris*), 253, 9 *superantis* T² (*superantes*), 268, 11 *felicis* T² (*felices*), 270, 18 *militis* (*milites*), 273, 9 *feriendum* (*feriend̄* LV, *feriendos* B), 273, 12 *lituorum* T² (*litorum*), 273, 13 *legiones* T² (*legionis*), 274, 11 *commeares* T² (*commearis*), 275, 5 *conscientias* T² (*conscientia*), 283, 23 *cederet* T² (*cedere*), 285, 14 *solus es* T² (*solues*), 326, 11 *obsoleta* T corr. (*obsolita*), 337, 19 *committit* (*committitur*), 351, 22 *iussu* (*iusso*), 361, 19 *auctoritati se* T² (*auctoritatis*), 366, 10 *nostri* T² (*ñ* BT¹V, om. L; cf. 335, 7. 368, 22. 376, 16. 377, 14. 382, 27), 399, 21 *esset* (*isset*), 399, 22 *corrigitur* (*corrigit*), 407, 1 *hac* (*hoc*), 410, 5 *oculus* T² (*oculos*), 416, 1 *misterio* (*ministerio*), 422, 3 *omnes* T² (*omnis*), 427, 1 *paris* (*pares*), 433, 5 *quot* T² (*quod*), 435, 1 *alios* T² (*alius*), 445, 2 *pendet* (*pendit*), 448, 6 *arbustis* T² (*arbutis*), 448, 16 *homine* T² (*hominem*), 449, 14 *ad uos* (*auos*), 451, 20 *occupationes* T² (*occupationis*), 457, 19 *paliuros* T² (*paliurus*), 458, 16 *meliores* T² (*melioris*), 460, 4 *uellet* T² (*uelit*), 469, 1 *pendet* (*pendit*), 469, 5 *parcitis* T² (*parcetis*),

478, 5 *quedam* (*quodam*), 493, 11 *scimus* T² (*sicimus*), 497, 12 *famam* T² (*fama*), C II 5, 5 *sic* (*sit*) —, et repetenda fortasse etiam his locis fuit: 103, 7 *indicit* (*indicet*), ubi praesens tempus propter praecedens *ludit* et sequens *perducit* orationi accommodatius est. — 365, 17 *dimittimus* T² (*dimittemus*). — 380, 21 *sed quid formidas, oratio? quid uelut nauis fragosos* (*naue fragos* B, *nauis fragos* LV) *scopulos perhorrescis?* quibus uerbis *quid uelut* ⟨*nauta*⟩ *nauifragos scopulos perhorrescis* scribendo succurri posse putaui; sed T scriptura proxime sequentibus *quamuis uelut Scyllaeos canes et patulas Charybdis fauces fragoso discrimina murmure minitantes uelificans carina diffugiat* commendatur. acuta etiam mente hic illic codex T, ut hoc nomine ipsius eiusque archetypi emendatores comprehendam, in mendis indagandis usus est, uelut 453, 19 ubi *magis* inseruit, dum genuinum quod intercidit uocabulum *plus* B exhibet uel 234, 14 (*adnueram quod per Patricium diaconum, quantum ipseruit, postulasti*), ubi quantum *imperauit* praebet, genuinam autem lectionem simili quo codex T 84, 12 *accelera releuare* usus est remedio *ipse asseruit* codex P restituit. neque uero inter hos fines se continuit, ut luculenter deprauata lenibus medelis tractaret, ad quod illustrandum pauca, quae ex qualibet commentarii pagina petendis nullo negotio augentur, sufficient exempla: sic 27, 24. 51, 19. 171, 9. 176, 16. 359, 1. 364, 10. 369, 24. 454, 18 al. genitiuus participiorum in *tum* exiens, quem Ennodius saepissime admisit, in-*tium*, 90, 15. 119, 5 *salutem debendam* in *debitam* mutauit; 49, 8 (*honorem salutati exhibens*) pro rariore uocabulo *salutati*, cuius exempla in indice p. 705 congessi, *salutationis* et simili consilio 64, 13 (*si pagina nostra res crepera atque anceps est*) *retia parat* pro obsoleto *res crepera*, 142, 4 *domine mi, accipiens* pro *domine mi, accipientes*, 232, 25. 396, 7 *correctione* pro *correptione*, 273, 9. 396, 7 *remedium* pro *solatium*, 342, 12 *cognoscitis* pro *agnoscitis*, 359, 22 *infamia* pro *infamio*, 361, 10 *sufficeret* pro *sufficiet*, 370, 6 *gubernationem gessit* pro *gubernatorem gessit*, 378, 26 *praesentia tua* pro *praesentia tui*, 385, 13 *ereptus* pro *exemptus*, C II 3, 8 *iure* pro *iustē* supposuit; 357,

14 *ipsius* quod rariore usu pro *eius* usurpatur, omittit (*eius* Bollandistae reposuerunt); cf. etiam 7, 11. 36, 19. 47, 9. 59, 17. 81, 17. 82, 23. 89, 7. 104, 3. 131, 10. 168, 16. 209, 5. 228, 20. 243, 1. 272, 6. 273, 20. 281, 14. 285, 15. 338, 22, 345, 7. 349, 12. 349, 26. 351, 18. 361, 7. 381, 6. 409, 18. 412, 15. 415, 25. 452, 13. 472, 20. 480, 18. 481, 27. 499, 4. 14, quibus locis certum quoddam emendantis consilium neminem fugiet. quanta autem sedulitate et animi intentione in ea re persequenda elaborauerit, 505, 21 optime indicari uidetur, ubi pro *anxietate* cum ille quod L et V exhibent *etate* in suo archetypo inueniret ineptumque intellegeret, *etate* quidem exarauit, sed ante *etate* aliquot litterarum spatium ad recipiendam emendationem uacuum reliquit. haec igitur sunt, quibus codex T insignis est neque propriam quandam auctoritatem eius confirmari, sed maximam partem arbitrariae recensionis inuenta contineri putauerim, quamquam nonnullas emendationes ex codice unde descriptus est, qui scripturas alterius familiae inter uersus adscriptas haberet, qua de re infra dicam, haurire potuit.

Idem etiam in uno alteroue recenti libro, qui cum proprii boni alioquin nihil habeat neque ulla fide dignus sit, minuta tamen et facilia uera coniectura emendauit, alibi in corruptelis iure offendit, plura interpolando corruptiora reddidit, obseruatur. ita nemo erit opinor, ut uno recentissimi codicis P exemplo utar, quia hic non solum faciliora menda suo arbitrio sustulit scribendo 10, 24 *extimo* pro *stemo* (i. e. *aestimo* quod restituendum fuit, non *existimo*), 13, 3 *superna* (*supera*), 21, 18. 223, 5 *mi* (mihi), 27, 8 *suspenderes* (*suspenderis*), 35, 7 *statu* (*statum*), 56, 16 *illuc* (*illic*), 133, 12 *disceditis* (*disciditis*), 142, 4 *accipientes* (*accipientis*), 145, 12 *decidit* (*decedit, decidet*), 211, 14 *oneri* (*honeri*), 214, 17 *classique immittit* P^2 (*mittit*), 227, 19 *parentem* P^2 (*et parentem*), 241, 25 *indociles* (*indocilis*), 309, 22 *inpudentissimi hominum* et 468, 30 *inpurissime hominum* pro *omnium* (saepissime enim Ennodius cum superlatiuis genitiuum *hominum* coniungit ut *emendatissime, inlustrissime hominum*, nusquam *omnium*, uelut 22, 6. 110, 24. 112, 23. 122, 19. 178, 22.

Codicis P auctoritas.

181, 15. 245, 9. 257, 7. 289, 17. 304, 8. 307, 27. 309, 22. 457, 17. 468, 12. 472, 22. 477, 4. 482, 4. 495, 12), 327, 6 *gaudentem* (*gaudente*), 387, 22 *delegit* (*diligit*), 395, 12 *deliniunt* (*diliniunt*), 413, 1 *credentes* (*credentis*), 413, 7 *actos* (*actus*), 467, 22 *pones* (*ponis*), 478, 2 *principes* P² (*principis*), 478, 16 *impetitos* (*impetitus*), 480, 18 *uindictae* (*uindicta et*), 495, 24 *expectantes* (*expectantis*), 505, 18 *meos* (*meus*), 505, 20 *collegam* P² (*colligam*), 532, 27 *fauete* (*fauente*), C I 7, 48 *unca* (*uda*). I 9, 70 *stemmata* (*stimmata*), I 9, 135 *dominum expectat* P² (*expectat dominum*), II 17, 2 *flumine* (*flamine*), II 65, 9 *crescis* (*cresces*), II 66, 9 *marcentes* P² (*marcentis*), II 74, 4 *Cinthia* P² (*quintia*), sed etiam grauiora feliciter aggressus est uelut 50, 3 *lacrymoso* (*lacrimo*), 88, 16 *instructam* (*structam*), 234, 14 *ipse asseruit* (*ipseruit* BLV, *imperauit* T), 327, 8 *effusio* P² (*effusione*), 470, 22 *matrem mentita* (*matrem* om. rell.), 503, 7 *non illam* (*non* om. rell.), C II 11, 1 *antiquum* (om. rell.), nemo inquam erit qui has lectiones non ex ingenio hominis sensu et doctrina non prorsus destituti, sed a libro melioris notae repetendas esse censeat. ad minuendum igitur pondus reliquorum indiciorum, in quibus arta codicis T cum altera familia nititur cognatio, speciosae eius scripturae, inter quas illa 84, 12 *accelera releuare* enitet, nihil ualent, quae si ex codice emendationis latius patentis experti eruderentur, eius fidei et auctoritati et fortasse ne tunc quidem adscribantur.

Codicum LVT cognatio. Quae si recte disputata sunt, ad alterius familiae archetypi imaginem restituendam codex T non sine cautione adhibendus erit, quam eiusdem familiae libri V et L multo fidelius repraesentant, quamquam ne in T quidem omnis communis originis memoria oblitterata est. L et V enim fere gemini ab eo proxime absunt, qui cognationis gradus conseruata omnibus apicibus similitudine lectionum, mendorum communione, quae maximam partem nullo negotio tolli poterant, glossarumque in codice parente supra scriptarum receptione cognoscitur. cuius rei nonnulla apponantur exempla, quae secundum genera sua digesta etiam ad adumbrandam utriusque familiae communem archetypum, unde eorum bona pars pullulauit,

aliquid conferant. exhibent igitur: 45, 13 *quod*] *quod*[ri] V, *uel si* L, *quod si* T, 133, 1 *conualescant*] *inualescant*[con] V, *coninualescant* L, 161, 13 *occupatus excubiis*] *occupatus studiis*[excubiis] V, *occupatus excubiis studiis* L, *excubiis occupatus* T, 256, 20 *exhibeamus*] *referam*[exhibeam'] V, *exhibeam referam* L, *referamus* T, 270, 18 *auspicii*] *officii*[auspi] V, *o aut officii* L, 288, 7 *negotii*] *negotii*[intentionis] V, *intentionis negotii* L (sed huius opusculi in diuersis codicibus latius patet interpolatio et quae ibi V s. l. exhibet recentioris manus esse uidentur omnia), 466, 20 *stimulis*] *studiis*[stimulis] LV, *studiis* P, C I 4, 43 *dum negat*[abigens] V, *dum abiens negat* L. — 18, 1 *nolis*[b] V corr. m. 1, *nolis* L, 49, 18 *Auieni*] *aueni* V, *auini* L, 82, 4 *mutanter*[i] V, *mutinter*[a] L, 153, 23 *reualescam*] *recalescam*[u] V, *recalescam* L^1, 238, 21 *tribuat*] *contribuat* V exp. m. 1, ****tribuat* L, 445, 15 *a*[pud] V, [a]*pud* L, 487, 15 *op***tionem* L, *optionem* (˜ add. m. 2) V, 505, 17 *suspendor*] *sustentor*[p] V, *suptentor* L, C II 151, 5 *ne*] *ne*[c] V, *nec* L. — 79, 5 *expendere*] *explandere* L, *expludere* (*lu* in *en* corr.) V, 128, 19 *animam*] *adimam* LV, *adunam*[animam] T, 149, 19 *mearum*] *metrum* LTV, 153, 1 *secundus*] *secundis* LT^1V (cf. 161, 20. 182, 11. 174, 7 al.), 177, 3 *absentiae*] *essentiae* LT^1V, 190, 15 *opicis*] *obicis* LTV, 250, 20 *sola manet*] *solam̄ et* LTV, 413, 17 *sit*] *est* L^1V^1, 490, 6 *refuto*] *rerum* LTV, C II 6 post us. 6 spatium plus 20 linearum in L et V, C II 19, 4 *mandit*] *landit* uel *bandit* V^1, **nandit* L, C II 55, 2 *feminaeum* B, *feminacum* LV. — 6, 25 *discretas*] *diuisas* LTV, 9, 7 *foditis*] *fouetis* LTV, 60, 13 *manifestus*] *securus* LTV, 153, 22 *spem*] *opem* LTV, 163, 9 *nescirentur*] *nesciuntur* LTV, 274, 3 *puritatis*] *ueritatis* LTV, 340, 24 *ex tempore*] *extemplo* LTV, 395, 16 *adsurgere*] *occupari* LTV, 429, 14 *decisionem*] *firmitatem* LTV, 430, 9 *conpone*] *conpesce* LTV, 435, 10 *plebem*] *populum* LTV, C I 7, 17 *Myronem*] *maronem* LTV. — 94, 4 *fallendi*] *felli* LTV, 94, 11 *eloquen-*

dam] *coquendam* LV, 101, 18 *inluserunt*] *luserunt* LTV, 136, 5 *per hanc*] *per hac* LV, 151, 12 *insistat*] *instat* LTV, 153, 9 *resignent*] *signent* LTV, 156, 18 *consideratione*] *ratione* LTV, 175, 22 *praesentans*] *praestans* LV¹, 190, 14 *natura*] *terra* LTV, 196, 21 *mei*] *me* LT¹V, 204, 8 *iuxta*] *iux* LV, 219, 14 *syllaba*] *sylla* LV, 257, 9 *regis*] *reis* LV, 263, 12 *munimina*] *munima* LV, 283, 14 *habere*] *hare* LV (cf. 300, 18), 305, 17 *humanum*] *manum* LTV, 335, 19 *puer*] *per* LTV, 363, 22 *litui*] *tui* LTV, 365, 1 *duras*] *duas* LTV, 452, 15 *itinerum*] *iterum* LTV, 484, 13 *liberauit*] *liberat* LTV, 494, 17 *quaecumque*] *quaecum* LTV, 494, 23 *cuius intuitu*] *tu* LTV, C II 128, 1 *populus*] *polus* LV. — 19, 1 *pectorum*] *peccatorum* (cf. 54, 16), 27, 20 *Crispi*] *crisippi* LTV, 29, 23 *filium*] *fidelium* LV¹ (cf. 71, 18), 30, 10 *coepta*] *coepita* LV¹, 32, 7 *conlata*] *conlocata* LT¹V, 52, 11 *sentiam*] *sententiam* L¹V¹, 66, 18 *temperem*] *temperiem* LV¹, 104, 3 *qui deo*] *qui ideo* LT¹V, 177, 6 *terrarum*] *litterarum* LV, 205, 23 *tot*] *tota* LV, 206, 1 *an*] *ante* LV¹, 245, 4 *potissimis*] *positissimis* LV¹, 364, 9 *restitue*] *restituere* LT¹V¹, 365, 15 *inpune*] *inpunire* LV¹, 368, 23 *spondes*] *respondes* LTV, 376, 23 *raperetur*] *rapueretur* LV, 403, 22 *sociate*] *societate* LTV, 420, 2 *penetralia*] *penetrabilia* L¹V¹ (cf. 454, 13), 432, 5 *censu*] *censura* LTV, 439, 12 *decoris*] *de corporis* LTV, 454, 22 *praestare*] *praesentare* LTV, C I 9, 139 *inseret*] *indeseret* L¹V¹, C II 16, 5 *seruasset*] *reseruasset* LV.

His exemplis apparet codicem, unde alterius familiae libri prouenerunt, quem littera X signaui, glossis uel uariantibus lectionibus et singularum litterarum correcturis supra uersus adscriptis refertum fuisse, quas summa simplicitate L et V receperunt quarumque opera is qui codicem T confecit, emendandi ille studiosissimus, cum 18, 1. 79, 5. 82, 4. 161, 13. 238, 21. 270, 18. 288, 7. 466, 20 ueram eamque cum B consentientem scripturam inuenire potuit, tum aliis etiam locis, ubi T uel solus uel cum B uitiis non laborat, adiutum fuisse probabile est, quamquam plurima quae correxit suo eum correxisse ingenio patet.

Lacunae codicum LTV Nullo autem mendorum genere codex ille magis quam lacunis non tantum syllabarum, id quod exempla modo congesta de-

monstrant, sed totorum uocabulorum foedatus fuit, quae iam maximam partem alterius familiae teste uno codice B suppleri possunt. sic omisit 3, 3 *perfectionem*, 3, 7 *sedulo* (nam hoc uocabulum et nonnulla eorum, quae deinceps enumerabo, quae de summa codicis B integritate cum primas plagulas curarem etiam dubitans non recepi, genuina esse casuque in altera familia intercidisse, iam omni pignore contenderim), 4, 2 *in*, 8, 2 *usus*, 13, 24 *non*, 14, 11 *elata*, 19, 3 *ut*, 23, 21 *forte*, 24, 12 *alter*, 24, 16 *aurei*, 36, 19 *ergo*, 48, 7 *constitutis*, 50, 21 *quod*, 51, 11 *neque*, 62, 14 *operi*, 92, 10 *tuae*, 94, 7 *mi*, 96, 7 *sufficienter*, 98, 16 *mihi debeat*, 120, 21 *formam*, 130, 4 *mi*, 152, 12 *etiam*, 156, 20 *ut*, 176, 9 *a*, 219, 5. 221, 21 *et*, 219, 23 *a*, 222, 2 *acceptis*, 254, 5 *effluens*, 302, 24 *spem*, 318, 23 *de*, 334, 25 *potissimum*, 340, 4 *cuius*, 345, 7 *cum*, 369, 17 *aut*, 386, 26 *ei*, 387, 18 *per*, 388, 12 *dum*, 400, 22 *subiugari*, 23 *in*, 427, 6 *magis*, 431, 2 *esse*, 6 *cui*, 432, 7 *factorum*, 436, 19 *et apostoli*, 456, 12 *infantia*, 462, 3 *non*, 490, 26 *et*, 493, 8 *non*, 497, 14 *rem*, 524, 9. 524, 12 *tamen*, C I 4, 102 *rogus*, C II 119, 1 *tam*; duobus uero locis totas lineas, 399, 6 *et cognitus peregrinantium mala tolerarem* unam, 314, 7 *non—dispensatione* duas et subscriptionem, quae in B fol. 179r post Dictionem XXI *Ennodius emendaui meam deo meo iuuante* legitur, dum alterius subscriptionis reliquiae *legi* post Epist. V 17 in omnibus codicibus conseruantur, omisit. lacunarum uero exempla non exhausi; restant etiam uocabula nonnulla, quae cum B, qui omni interpolationis suspicione immunis est, solus exhibeat, errore in alterius familiae archetypo intercidisse quam in B ab interpolatore adiecta esse probabilius statuetur, his locis: 15, 9 ubi lacus Larius describitur: *maria fluuium Adduamque laudastis, quos* (*quo** T, *quod* Sirm.) *per confusos ductus discrimen in* (*in* om. LTV) *lacum tumoris ostendit, qui agnosci in eo* (*eum* B) *numquam nisi per turbida fluenta potuerunt.* quod ipse dedi *quorum* pro *quos* iam dubito num necessarium sit; nam *quos per confusos ductus* (sc. *aquarum*) ad *maria fluuiumque Adduam*, quae particula *que* insolenter posita coniuncta sunt, eodem modo quo *quorum per ductus*

referuntur. subiectum potius circumspiciendum erat, cum *discrimen tumoris lacum ostendere* pro *conspicuum reddere* uel *inlustrare* uix recte dicatur idque, quod B exhibet *in lacum*, suspicionem augeat. atqui si *ostenditur* leni medela reponimus, *in lacum*, quod pro *in lacu*, ut *in eum* et hoc loco et 359, 9 pro *in eo* dictum est, iam teneri potest. — 23, 19 orationem mancam esse in LTV (*ubi sunt illae conscientiae tuae in conseruatione ueneranda penetralia?*) et codicis P lectione *conuersatione* mendum magis uestiri quam sanari apparet; quod B praebet *in conseruatione amoris* omni integritate commendatur. pauci contra exstant loci, ubi B uocabula inserit, quae quidem a genuina scriptoris oratione aliena putanda sunt, propter paucitatem tamen et per se interpolandi studium nullum arguunt. sic 49, 14 (*meritum meum regnator caelestis si adtenderet*) *si meritum* B exhibet particula *si* post caelestis omissa, ubi ea, id quod scriptura V *caelestisi* indicat, facilius intercidere potuit. sed res incerta est. — 195, 23 in B legitur: *non erubescas etiam aliquibus, praecipue tamen dominae et merito domnae Barbarae paginam meam recensere,* ubi prius *dominae* quid sibi uelit non extrico, nisi ex altero *domnae* errore a describente praeceptum esse conceditur. — ib. l. 26 (*et uota*) uocula *et* ut alibi uelut 209, 14. 217, 14. 400, 9. 403, 7. 408, 22. C I 5, 26 falso inrepsit. — 231, 9 (*erit uilium superba condicio, si plus a potentibus quam uerba praestolentur*) ubi B *si plus simplex a* praebet, *simplex* ex *si plus* enatum esse et in archetypo $\overset{si\ plus}{simplex\ a}$ extitisse probabile est, ut falsa uocabuli alicuius specie deceptus librarius archetypi uel codicis B saepius errauit scribendo e. g. 372, 6 $\widetilde{nri}$ pro *nutristi*, 384, 21 *profici* pro *profetici*, C II 17, 7 *sed nos triumphans* pro *sic nostrum pande*, C II 30, 2 *ad mortis* pro *admotis;* neque aliter 44, 25 *ecclesiam* et 418, 5 *ergo huius* enata sunt — 343, 20 (*ad patientiam laboris tempore otii ut necessitati ut sufficeret, corpus aptauit*) propter hanc codicis B lectionem, quae sublato priore *ut* sanatur, Schottus peruersissimas coniecturas *otii et necessitatis ut, otiiue necessitati ut* effutiuit. simili errore 267, 17 *ne* ante *serus* iteratum est. — 418, 5

ille abundat, sed in loco, quem nondum expedire contigit. — 432, 2 *praesentiam tuam tuae maiestatis intersere*, C I 14, 1 *Caelo ferunt haec Ambrosium* et C I 15, 1 *Quid Stephano potentius est* uoces *tuam*, *est* et *haec* si interpolatoris sunt, nulla arte ille sua obtexit additamenta.

Cum tanta igitur integritate B excellat, quin ea quae solus exhibet genuina sint et casu quodam in alterius familiae archetypo interciderint, dubium non est, neque ipse talibus lacunis immunis est. nam etiam in LTV codicibus solis singula uocabula uel totae lineae extant, quae in B omissa sunt omnique interpolationis indicio carent, uelut 7, 16 *manus*, 7, 19 *uobis*, 18, 2 *me*, 52, 1 *te*, 73, 3 *quid*, 99, 15 *precum*, 125, 10 *potui*, 128, 6 *rebus*, 139, 2 *dei*, 154, 15 *me*, 172, 20 *mihi*, 203, 24 *fusa*, 218, 7 *honore*, 224, 16 *uide*, 17 *exigunt*, 236, 4 *etsi*, 238, 2 *esse*, 244, 13 *uos*, 247, 4 *uestrae*, 257, 7. 299, 11 *in*, 280. 9 *tuis*, 305, 20 *quibus*, 325, 23 *et*, 328, 29 *non*, 337, 1 *ad*, 338, 29 *non*, 344, 9 *tamen*, 344, 19 *omnes*, 347, 9 *si*, 359, 23 *ingenti*, 362, 13 *ad*, 387, 16 *sua*, 396, 27 *eo*, 398, 1 *tamquam*, 409, 17 *se*, 426, 28 *te*, 429, 12 *calamitatis*, 24 *patuit*, 433, 8 *semper*, 438, 25 *ad*, 457, 11 *libertas*, 496, 22 *socii iuuate*, 487, 19 *me*, 504, 18 *de*, C I 8, 41 *ah*; 211, 19 *quae—impetratione*, 216, 20 *medicina—destitutis*, 221, 15 *enim—nisi*, 237, 10 *quae—redderer*, 238, 17 *plenius—studium*, 399, 6 *et—tolerarem*, 424, 3 *sed—pretium*, 453, 13 *talis—redeas*, 504, 7 *magnus—nescio*, quamquam alia nonnulla in suspicionem cadunt. ita uereor ut 403, 6 auctoritatem eorum secutus recte scripserim: *iure enim in affectionis supercilio conlocatur quem benignitas corrigendi promptius adserit, quam ipsa natura generis. genuisse etenim libidinis testimonium est, erudisse pietatis*, in quibus uox *generis*, quae in B desideratur, languet, qui *natura generare etenim* exhibet, unde in archetypo *generare* (supra scriptum *genuisse*) fuisse, deinde uocabulo supra scripto *genuisse* falso inter uerba recepto et accedente correctione *generis generare* factum esse opinari licet. in mutatis temporibus *generare erudisse* certe non est quod haereamus. — quid 219, 8 (*quamuis dictionum et inperitiae meae bene sim conscius, te tamen nec scire aliquid nec sci-*

Codicis B lacunae.

turum ante didiceram), ubi *aliquid*, cuius loco B *se* exhibet, ad tegendam lacunam inuectum uidetur, faciendum sit haesito; fortasse *te* pro *se* reponendum est, se scire autem idem quod se metiri i. e. suae imperitiae conscium esse significat. — praeter hos locos interpolationis suspicione uerba non prorsus immunia sunt 439, 21, ubi LTV *ei*, 489, 13 ubi *cum* inserunt. nam uocabula, quae in uno alteroue ex his codicibus uel adeo in duobus adiecta aut arbitrio mutata apparent, uelut 126, 8. 314, 9, ea archetypo adscribere dubitaui.

Syllabae omissae et additae in codice B

Verum non tantum uocabulorum omissione maxima inter utramque familiam intercedit similitudo, sed etiam in neglegendis adiciendisque singulis syllabis — nam de aliis mendorum generibus infra dicendi locus erit — idem concentus obseruatur. ita B exhibet: 1, 13 *deposcit*] *poscet*, 2, 20 *aestimatione*] *stimatione* (cf. 1, 10. 25, 19), 35, 7 *reppererit*] *repperit*, 113, 14 *salutati*] *saluti*, 133, 22 *obtinet*] *tenet*, 161, 18 *subleuetis*] *subletis*, 174, 23 *obtestatione*] *testatione*, 175, 6 *propositum*] *positum*, 182, 22 *amplificatas*] *ampliatas*, 187, 4 *Simpliciano*] *simplicio*, 205, 12 *importunus*] *inpor*, 206, 19 *iniuriis*] *inriis*, 209, 14 *ceteris*] *teris*, 23 *tacerem*] *tarem*, 219, 2 *domnus*] *dom*, 220, 9 *poposci*] *posce*, 226, 25 *pene*] *pe*, 228, 19 *imperitorum*] *peritorum*, 231, 15 *tamen*] *tam*, 232, 24 *deserit*] *derit*, 233, 16 *inscitiam*] *insciam* (cf. 245, 25. 342, 20), 235, 2 *debeo*] *deo*, 236, 21 *intellegebat*] *intellebat*, 238, 2 *nosse*] *nos*, 241, 8 *celeritate*] *ceritate*, 243, 10 *gaudio*] *dio*, 247, 16 *apostolorum*] *apostorum*, 257, 5 *circa*] *cir*, 298, 13 *dispositione*] *disposione*, 304, 5 *iuuenilibus*] *iuuenibus*, 335, 19 *puer*] *per*, 342, 25 *sententiam*] *sentiam* B[1], 348, 13 *dabimus*] *damus*, 354, 17 *uesci*] *ues*, 365, 16 *assentiunt*] *sentiunt*, 384, 21 *profetici*] *profici*, 386, 16 *hospitibus*] *hostibus*, 399, 23 *sententia*] *sentia*, 400, 6 *itinere*] *itere*, 409, 5 *canam*] *cam* B[1] (cf. 447, 17), 409, 7 *pueritiae*] *peri*^{ti}*ae*, 417, 20 *lanista*] *lata*, 451, 14 *existimare*] *extimare*, 466, 24 *munitio*] *munio*, 494, 4 *istis*] *is*, 499, 4 *cui umquam*] *cuiquam*, C II 4, 16 *historiam*] *storiam*. — 22, 13 *degere*] *degerere*, 42, 25 *fertilibus*] *formitilibus*, 44, 4 *nolui*] *non uolui*, 75, 20 *edecumata*] *edocum̃ta*, 92, 23 *inexplicanda*] *inexemplicanda* B[1], 94, 16 *penetralibus*]

penetrabilibus, 106, 29 *legibus*] *legitibus* (cf. 187, 27), 132, 25 *diuinitas*] *diuturnitas*, 135, 28 *habere testimonium*] *haberetis testimonium*, 150, 5 *ualitudine*] *ualiditudine* B¹, 169, 24 *seruitium*] *seruitionum*, 151, 26 *tristia*] *tristitia* (cf. 112, 8), 176, 3 *permisi*] *per mihi si*, 179, 2 *praestaretis*] *praesentaretis*, 181, 27 *salutis*] *salutatis*, 224, 17 *tarditatem*] *tarditate mi*, 170, 19 *amorem*] *amatorem* B¹, 196, 6 *hanc tumulis*] *haec totum olis*, 203, 3 *exposuit iam*] *exposui etiam*, 213, 10 *intepuisse*] *inteposuisse*, 214, 8 *stili*] *simili*, 219, 7 *eam*] *amet*, 231, 26 *itinerum*] *itinererum*, 232, 11 *pectoris*] *peccatoris* (cf. 239, 20), 245, 25 *scientibus*] *sentientibus* B¹, 301, 7 *ad uniuersas*] *aduersus uniuersas*, 311, 16 *cautio*] *causatio*, 336, 13 *senile nimis*] *senihile minis*, 362, 18 *itur*] *igitur*, 369, 19 *proximabat*] *proximabatur*, 385, 8 *flatibus*] *flagitibus*, 394, 9 *abitione*] *habitatione*, 403, 11 *ad eam*] *audeam*, 417, 9 *glutino*] *glutinato* B¹, 485, 3 *post*] *potest*, 494, 12 *tamen*] *uitā en*, C I 4, 100 *Dionaeum*] *ditioneum*, C I 7, 34 *nauita*] *natiuita* B¹, C I 8, 10 *exploratis*] *exemploratis* (cf. 92, 23).

Archetypi omnium codicum indoles.

Ennodii scriptis ex uno archetypo per duas stirpes propagatis id iam lucramur, ut unius defectus alterius ope certo sanentur et non solum de indole utriusque sed etiam de archetypi ipsius condicione et habitu certius et plenius, quam si alterutra exstaret sola, iudicari possit. ita totarum linearum in una aut altera familia omissarum comparatione codicis archetypi lineas ca. 40 litteras complexas esse apparet. deinde frequentissimas illas singularum syllabarum uocabulorumque lacunas non ab oscitantia librariorum repetendas esse, sed plerasque ad archetypum referri probabile est, siue ille ipse iam his defectibus laborabat, siue corrosis hic illic foliis aut humore alioue modo corruptis lectu erat difficilior et uberiorem errandi offerebat occasionem, cuius rei etiam cum alia indicia tum haec esse uidentur, quod ille qui codicem B descripsit 79, 4, ubi *meo* pro *mereor* exarauit, 495, 9 ubi *aequitatem* et 424, 3 ubi totam lineam *sed—pretio* omisit, satis spatii uacuum reliquit, nempe ut uerbis secundis fortasse curis corrigendis supplendisue locus esset. aliquid etiam scripturae forma contulisse uidetur, quae cum nec uerbis diuisis nec sententiis

interpunctis decurreret, minus facile recta uerba describentibus suppeditabat, id quod cum in codicibus L T V tum in B, saepius tamen in hoc libro, qui summa religione archetypi apices depinxit et cognationis gradu etiam propius ab illo abest, obseruatur, uelut 136, 18. 138, 20. 150, 14. 172, 18. 177, 9. 182, 2. 185, 14. 186, 9. 221, 4. 228, 6. 230, 5. 236, 4. 24. 238, 4. 254, 3. 256, 17. 265, 13. 274, 16. 285, 5 al. archetypum uero litteris uncialibus scriptum fuisse non crediderim, quia praeter lacunas illas certa eius rei indicia desunt et compendia scripturae, quae in eo frequentius admissa fuisse patet, ab antiquis illis quadratae scripturae libris aliena esse uidentur.

Archetypi compendia.

Atque de iis, quibus omissarum adiectarumque syllabarum pars non nulla qua uia procreata sit intellegatur, accuratius agendum est, ne quis, id quod nuper in alio scriptore factum est, uera cognitione in emendandis uerbis abusus ultra fines progrediatur utilisque, dummodo suo loco adhibeatur, remedii fidem inminuat. probatur uero compendiorum usus archetypo peculiaris uel certis nostrorum codicum erroribus uel compendiis ipsis modo in utriusque familiae modo in alterius utrius codicibus adhuc conseruatis. quae in uno alteroue codice solo exstant, nisi alio indicio accedente nihil probare concedendum est. sed origine non incerta haec uidentur: 335, 7 *nostri non*] *ñ. non* L, *non non* T^1V, 366, 10 *nostri*] *ñ* BT^1V, om. L, 368, 22 *nostro*] *ñ* BT^1V, *non.* L (cf. 365, 18 *nostrum*] *non* (superscr. *nr̃m*) B, 435, 13 *non*] *ñ* B et 49, 17 *ne*] *non* L), 376, 16 *nostri*] *nost̃* T, *ñ* BLV, 377, 14 *noster*] *ñ*^t T, ·*ñ*· BLV, 382, 27 *nostrum*] *ñ* BLT^1V, 394, 19 *nos*] *ñ* B^1, 532, 8 *nunc* EP, *ñ* LT, *non* BV, 224, 6 *uestram*] *uram* B (cf. 224, 18 *ure* B et 296, 13 *uestrum*] *ũ* R), 345, 18 *qm̃* B, *quõ* LV, *q̊m̊* T (*quo* b, *quomodo* Sirm.), 354, 11 *quõ* LV, *qñ* T, 411, 12 *quõ* BL, *qñ* T, 411, 19 = 414, 5 *quõ* BL, *quomodo* V, *qñ* T (cf. 87, 25 *quando* BT^1, *quomodo* T^2V, *quomo* L, 349, 11 *quoniam* B, *quomodo* L, *quando* TV), 277, 21 *unde*] *ue* LV, *uae* B, *ne*^e T (cf. 70, 11. 99, 19 *uñ* = *unum* T, 102, 17 *uñ* = *undae* T), 426, 9 *hoc*] *h̄* T, *haec*

BLV, 21, 15 *post*] *p'* B (cf. 404, 26 *per* ex *post* corr. L, 416, 26 *per*] *pro* B cf. 431, 5. C I 13, 4), 95, 16 *salutationis* B, *salutis* V, *salutis* LT (cf. 113, 14. 181, 27), 388, 9 *tempore*] *tempr* LV (cf. C II 105 et 424, 24 *tp* T, *tepore* V), 135, 16 *Iuniori*] *IVNI* B, *iunior* L, 55, 19 *diaconum*] *diac* BL (cf. 156, 4 *diac* B), 177, 2 *diacono*] *diaci* B (cf. 205, 18 *diaci* B, *diaci* L, 239, 2 *diaci* B), 225, 13. 231, 24 *diacs* B (cf. 221, 2 *diacono*] *diaconus* BL et 520, 2 *d* BLV), 422, 1 *Mediolanensis*] *mediolan* B, *mediolani* L, 264, 14 *ingressum*] *ingress* L, *ingraes* B, 203, 1 *scripturum*] *scriptur* T, *scripturarum* L (cf. 474, 6 *tuor* V), 262, 6 *proximos*] *proxim* V, *proximum* LT, *proximus* B, 273, 9 *feriendum*] *feriend* LV, *feriendos* B, 126, 3 *eminentissimos*] *eminentissim'* B, 471, 22 *deos*] *ds* B (cf. 11, 21 *memorato*] *memorat* B, *memorati* LV, 73, 3 *feriat* B, 23, 23 *prosper* B, 106, 25 *sincer* B, 131, 19 *git gurgitis* B, 303, 5 *distriction* B, *districtionem* LTV, aliosque exitus confusos 150, 16. 174, 7. 223, 21. 259, 16. 19. 370, 20), 430, 1 *accusant* LTV (cf. 506, 8), 80, 11 *afferunt*] *affer* L, 454, 20 *ferunt*] *fer*| B, 279, 22 *uiderunt*] *uider*|*bant* L, 428, 2 *remeau* B (cf. 155, 10 *iubeatur*] *iubeatis* TV[1], 184, 19 *estis*] *est* B, 243, 6 *captiuos*] *captiuat* B), 425, 5 *comitur*] *comit* TV, *comitor* B. etiam scripturae *scanctus*, quae saepius in B inuenitur, archetypi compendio *scs* facile explicatur; nam a compendiosa scriptura ad plenam in scribendo uerbo ipso librarius deflexit.

Aliquid praeterea momenti ad compendiorum usum archetypo uindicandum uocabula afferunt syllabis singulis aucta, qualia supra pag. XXXIIII et XXXVIII ex codicibus congessi uelut *tristitia* pro *tristia*, *salutatis* pro *salutis*, *sententiam* pro *sentiam*, *habitatione* pro *abitione*, *exemploratis* pro *exploratis*, neque ea quae B exhibet 112, 8 *uestris laetitia* pro *uestri silentia* et C II 9, 13 *necessaria* pro *nescia*, si *uri si letia* et *neccia* in archetypo fuisse sumpseris, forte fortuna enata esse putabis. facilius enim hae uerborum species librariis obiciebantur, si easdem litterarum comprehensiones compendiorum indicibus pleniorum uocabu-

monitio), 225, 17 *quae* pro *quai* quod est in B, dum *cui* reliqui exhibent (*quae* enim paullo obscurius ad spem refertur), 475, 11 *quae* pro *quod* (*quae* ad beneficia pertinet), C II 43, 1 *quae* pro *quod*, 421, 1 *quo* pro *quod* (nam unico sacramenti solacio aquae diluunt peccata telluris), C II 131, 3 *quo* pro *quod*, 448, 23 *quocumque* pro *quodcumque*, nisi quis 449, 1 *quod* pro *quos* praetulerit, 457, 8 *quot* aut *quae* pro *quod*, C I 1, 32 *quos* pro *quod* (labyrinthei recessus sunt quos qui descriptos relegent metuent), C I 13, 25 *quot* pro *quod* (praecedit *tot uiis*), 158, 5 *quam* pro *quia*, C II 8, 6 *cum* pro *quam*.

Terminationes uerborum permutatae. Maior etiam locorum numerus relictus est, ubi orationis forma uocabulorum terminationibus, quae compendiis ut supra uidimus obscurius significatae erant, falso intellectis corrupta est. sed ne totum hoc errandi genus, quod in Ennodii codicibus latissime patet, ex una eademque causa repetatur, cauendum est. itaque cum uocales *e* et *i*, *o* et *u* in mediis uocabulis saepissime permutentur, syllabas *os* et *us*, *es* et *is* etiam in exitu uerborum pronuntiatione uocalium indiscreta confundi potuisse magis probabile uidetur: atque exempla eius generis ex hoc capite secludenda esse putaui. alii eiusmodi errores, qui per omnium scriptorum Latinorum codices peruagati sunt, littera *m* in fine uocum addita detractaue aut uocibus casu genere numero ad uicinas accommodatis procreati sunt, quos tamen, ne materia nimis dispertiatur, cum illis, qui sine dubio in compendiis positi sunt, hoc capite una tractare placet, quo terminationes corruptas congessi. sunt uero haec, quorum de nonnullis confirmandae emendationis uel etiam dubitationis proferendae causa plura dicam, ubi me ordo ad ea deduxerit: 15, 8 *quorum* (*quos* codd.)... *ostendit⟨ur⟩*. cf. supra pag. XXXV. — 18, 15 *Antaeum fabella senior*, *ne elisus uinceret⟨ur⟩*, *matris solacium*, *postquam coepit non cadere*, *loquitur perdidisse* (cf. St. V. II 238 sq.) uix recte; oratio enim membris quae arte cohaerent disiunctis obscurior facta me fefellit; nempe pudore Antaeus cadere non coepisse, ne elisus uictor euaderet, narratur. iniuria etiam 440, 9 ex codice B *uociferatur* recepi. exigua enim in his rebus eius est auctoritas

et 297, 24 codices omnes *uociferat* exhibent. certius est 399, 23 *redigit⟨ur⟩* (*seditur* B, *sedetur* rell.), ut paullo ante codex T *corrigitur* recte pro *corrigit* emendauisse uidetur. — 19, 3 *nobis uiuendum potius quam obeundum est, matris ecclesiae ope sociatis* (*sociata* B, *sociatu* LTV). cf. St. V. II 240. — 21, 11 (*litterarum oblatio*) *quodam mentis artificio pingit scriptione quocum* (*quos* codd.) *loquitur*, i. e. eum quocum (cf. St. V. II 243); possis etiam scribere *quos* ⟨*al*⟩*loquitur*. — 45, 12 *si indigenis* (*indigenas* codd.) *et inter studiorum suorum palaestra uersatis* (sic L, *uersatus* BV¹, *uersatos* TV²) *fulgit latinitas*. cf. 66, 17. 158, 18. 370, 20. 380, 23. 387, 22. 403, 23. 441, 26. 453, 2 et St. V. II 244. — 68, 20 *solus census est meorum plenissimus* (*plenissime* codd.) *conmodorum, qui celsitudinem uestram ad fastigia quae debentur extulerit*. census aestimatio est publica, quae Liberii dignitatem augeat, quae eadem Ennodio plurima commoda impertire dicitur. in archetypo fuit *plenissim'* ut 126, 3 *eminentissim'* in B exstat. cf. etiam 188, 16. 373, 10. — 117, 7 *dignitatis uestrae pollicitatio non frangatur uariata persona* (*personis* codd.) *domini mei*. possis etiam scribere *uariatis personis*. cf. St. V. II 231. — 175, 5 *nunc uale, mi domine, et animum meum* (*animo meo* codd.) ... *ad potiorem gratiae partem* ... *inuitate*. cf. St. V. II 256. — 189, 8 *aut par fides est liberae scriptioni* (*scriptionis* codd.) *et famuli?* ante *famuli*, quod non tentare debui, intellegendum est *scriptioni*, id quod in datiuo minus durum uidetur quam in genitiuo. — 192, 4 *spero ut reparata opportunitate de bono me faciat⟨is⟩ uestrae prosperitatis adtolli*. hoc enim probabilius est quam ex praecedentibus subiectum *filius* supplere. idem mendum tollendum est 230, 19 *nolo putet⟨is⟩ apud nos quod hac sit familia potius inueniri*. Meribaudum enim, *cui quicquid praecipuum habet nobilis terra* commissum est, Ennodius alloquitur. cf. 184, 19 *estis*] *est* B et 155, 10 *iubeatur*] *iubeatis* TV¹. — 197, 14 *par quidem fuerat silentio degeneri uicem taciturnitatis opponi et per ipsum callem, per quem uenerat error, uindictam* (sic B, *uindicta* LTV) *exire* (*exiret* codd.). T m. 2 et B m. rec. *ut—uindicta exiret* dederunt.

indicia uerae scripturae, quae B praebet, sequi malui. per se utrumque probabile est. — 242, 9 *uisus* (*uisum* codd.) *mihi est non esse in hominum numero conputandus.* — 252, 21 *dignus regnator, digni* (*dignus* codd.) *in quorum aetate uotorum summa contigerit.* nam utrique et rex et ei qui cum eo ecclesiae unitati studuerant laudantur. — 256, 7 *sed tantum* (*tanta* codd.) *me domni Auieni perculit pro eius caritate discessio, ut lacrimis prosequerer et ad optata tendentem.* uerba enim *tanta discessio* coniungi nequeunt; *tantum* uero pro *tam* altero loco (334, 2) *tantum enituit ut* confirmatur. — 262, 10 *dicite, si non opifici sua* (*suo* codd.) *lingua blandiar* (sic B, *blanditur* L T V). *sua lingua* i. e. lingua quam deus fecit. possis etiam scribere *suo lingua blandi⟨a⟩tur.* — 263, 21 *aduersus te nec campestris habitatio pares protulit nec quos amplexa sunt inuia, nisi extiterunt supplices, a depraedatione subduxerunt* (*subduxit* codd.). loca natura munita (*inuia*) obsistentes contra Theoderici·impetum tutari nequibant. in archetypo *subdux̄* exstitit. — 266, 9 *quid mihi, uetustas, obicias agrestis membra paludamentis decorata*, ubi propter pluralem *paludamentis* alterius uocis pluralem *agrestibus* desiderari putabam, ut agrestes candidatos paludamenta decorasse diceret. editio Parisina huius panegyrici *agrestia* dederat. sed in eis quae praecedunt de uno Serrano sermo est neque iam in plurali offendo. — 271, 20 *repente aequora fugacium discursus obnubit . . . : interea acies tuae* (*tua* b) *aspectu consummarunt* (*consumarit* B V, *consummarit* L, *consummant* T, *consumauit* b) *proelia non labore.* nempe in archetypo *consummar̄* uel *consummart̃* scriptum erat, ut 274, 9 in T *acquisiuert̃* exstat, unde uariae formae facile explicantur. quod uero in notis proposui *consummarent*, cum *interea* pro *dum*, ut *mox* pro *simulatque*, de quo usu in St. V. II 247 egi, dictum esse certo exemplo probari nequeat, iam non defendam. — 359, 18 *si qua necessitas inter undas certaminum accesserit, tutum est apud istum matres* (*matrem* codd.) *familiasque deponere et expeditum excursibus militare bellorum.* pluralis numerus necessarius est atque proxima uoce *familias* flagitatur, siue *familiasque* tenetur siue quod in notis proposui

familias placet. matres plerumque cum familiis suis in exercitu fuisse alio huius panegyrici loco (268, 20 *oneratae fetibus matres inter familias tuas* (sc. regi seruientes; an *suas?*) *oblitae sexus et ponderis parandi uictus cura laborabant*) discimus. — 368, 12 *in quanta remuneratione huius factum suscipis pro tot milium* (*milibus* codd.) *oppressorum libertate tractantis!* de liberandis enim tot milibus captiuorum agitur. ablatiuus autem *libertate*, si *pro tot milibus* scribitur, non habet quo explicetur. — 389, 26 *interneciuo fratris furore constrictus* (*constricti* codd.) *uitam* e *sedibus suis, dum infert faucibus uincla, dissoluit.* licet inuicem se fratres oderint mutuaque ira incitati fuerint, interneciuum tamen furorem tantum interfectori apte adscribi patet. — 407, 13 *per me fusca splendet* (*splendorem* B L V, *splend'orẹ̇* T) *conscientia*, de quo loco infra agam. — 408, 16 *cum Faustum et Auienum* ... *aulicis districtos* (*districtum* codd.) *teneat sors secunda consiliis.* uterque tum Rauennae morabatur. — 413, 20 *qui peccandi fomenta tribuit ipse iugulum morti* (*mortis* codd.) *inpingit.* — 428, 1 (*Christus*) *fractas Romani nominis uires artifici medela solidat* (*solidata* codd.). — 429, 15 *te praesule factum, ne sacerdotes ministros acciperet furor alienus nec ruentum* (*nec ruentem* B, *ne cruentae* rell.) *indignationi pontificum sententia militaret.* pontificum sententia est synodi decretum, quo ne furor pontificum, qui Symmachum aggressi sunt, augeretur, factum est. — 446, 9 *dextera, inpacti oneris subleuare* (*subleuaris* codd.). praecedit enim *erigere, mens, fasce depressa inperitiae.* — 457, 1 *fornacis beneficio de latentium fetibus uenarum quod in solidi transit speciem ferro domatur et effera hominum corda domitrice adfectione captiuat.* falso *ferro* in *ferri* mutaui. nam non de solido ferro, sed de *solidi specie* i. e. de nummo aureo sermo est, qui fornacis beneficio ex metallis fit, quae ferreis instrumentis de latentibus uenis excisa sunt; nummo autem homines domantur qui pecunias affectant. — 474, 14 *necesse est optari quod modum ponit amaritudini* (*amaritudinis* codd.) — 479, 22 *non tibi licuisset domos ultimas pro abducti* (*abducta* codd.) *ab hostibus pignoris tui redemptione distrahere.* redemptio abducta nihili est. de redemptione

filii, qui a piratis abductus erat, agitur. — 493, 7 *sed procul opinionis insidiis* (*insidias* codd.) *cessent malignorum commenta tractatuum.* — 495, 22 *indicunt* (*indicit* codd.) *eorum reuerentiam, quos agnosci uolunt diuina pontifices.* nam *diuina* subiectum est idemque quod *deus* significat, ut 216, 27 *tirocinia canae dignitatis suis muniant diuina consiliis,* atque similiter uox *superna* usurpatur 152, 14 *sed augeant superna quae tribuunt,* 245, 18 *iuuerunt uenerabile superna consilium.* in archetypo *indic̄* fuit ut 263, 21 *subdux̄.* — 506, 8 *feci ut ageret dominum profugus imperantis* (*imperant* BL, *imperantem* PT, *imperator* Sirm.). Didonis uerba sunt, quae profugum Aeneam suum imperantis dominum fieri passa est. — 506, 11 *ergo Apollinis auguriis uocatus abscedis et sortis Lyciae casum certis et apud te iam manentibus* (*manentis* codd.) *praeponis imperiis.* nam *iam manentis* ad Didonem referri nequit, quippe quae Aeneam non erat desertura. sed regnum Didonis illi certum est et apud eum iam manet. — C I 4, 60 *primaeui tremulos, fractos* (*fractis* codd.) *imitantur ephebi* (*efoebis* BLV, *ephebis* rell.). — C I 6 p. 521, 16 *diuinorum patescunt secreta librorum, quorum ianuam sensus pulsanti* (*sensu pulsante* codd.) *dum reserat, populis se duce peruium facit iter ignoratum.* nisi *sensus* reposueris, subiectum in utraque sententia desiderabitur. — C I 7, 24 *Helices* (*elicem* codd.) *uernis sibilat aura modis.* Helices aura aura glacialis significatur. — C I 8, 39 *Mi quotiens uitreis Heliconis* (*Helicon mihi* codd.) *fluxit in herbis Adridens labiis quae facit unda sitim.* certe Helicon alicui fluere inepte dicitur neque si *fulsit* reposueris, reliqua apte decurrent. ineptius etiam Heliconem poeta alloqueretur. — C I 9, 5 *nam more poetae Seruantes quod crimen habet uetuere pudorem* (*pudore* codd.) *Vera loqui, carmenque fidem* (*fides* codd.) *despexit ubique.* agitur de poetarum fabulis quibus ueritas et fides laeditur. illis igitur carminibus deorum crimina memoriae prodere solebant et pudorem suum i. e. honestatis sensum uera loqui uetuerunt; poetae ubique fidem contempserunt. contra si *fides* teneretur, haec uox ut us. 18 pro religione accipi deberet sententiaque hoc loco aliena inculcaretur.

— C I 9, 15 *illos a ueri tramite fugat* (*fugit* codd.) *Sensus et errantes uisus delusit imago.* falsis quas sectabantur opinionibus et superstitione antiqui poetae a ueritate repulsi errauerunt. — C I 9, 86 *Turba sacerdotum uenerandaque curia saecli* (*saeculis* B, *saeclis* rell.) *Elegit uoluit.* utraque pars et sacerdotes et saeculares Laurentium episcopum elegerunt. — C I 12, 32 *Nec tardat ira lenior Christum uolentem* (*uolentes* B) *uisere.* de uno Cypriano sermo est, qui ne remissa quidem Maximi proconsulis ira quominus mortem celeriter subiret impeditus est. — C I 17, 8 *Nec iura sexus fractaque mens ei, Quae corde Christum concipiet* (*conciperit* B[1], *conciperet* B[2]) *semel.* uerbum *concipiet* pro *conceperit* dictum est; id enim ipsum antepaenultima correpta ut Ennodius admiserit uereor. — C II 3, 20 *sed Faustum dicere summa Laudis* (*ludus* codd.) *erit semper, si bene nota loquor.* nam de ludo poetico cogitari nequit nec uox summa habet quo referatur. cum *laudus* pro *laudis* scriptum esset, *ludus* se sponte obtulit. — C II 4, 1 *Antistes summus, plaustrum* (*plaustro* codd.), *te, nobile, donat.* nempe plaustrum, quod episcopus donum offert, poeta alloquitur. si *plaustro* tenemus, quem alloquatur obscurum erit et *nobile* pro *nobili* nullo exemplo probatur. — C II 75, 2 *nomina qui digna* (*dignis* codd.) *studio superante caballis Subtrahit, opponens ad sancta uocabula clunem.* nam non nomina in uniuersum subtrahit sed ea quibus caballi digni sunt eorumque loco sanctis abutitur. — C II 78, 3 *Successoris ope* (*opes* codd.) *spoliati uiscera regni creuerunt merito temporis alterius.* neque *successoris opes* appositionis instar esse neque *opes* a uerbo *spoliati* aut *successoris* a *merito* dependere posse apparet. apte autem successoris laboribus incrementa regni adscribuntur. *ulterius* autem, quod pro *alterius* proposui, necessarium non est, cum Simpliciani regnum *alterius temporis* nomine recte significetur. — C II 111, 18 *Peruigil Hesperidum quae seruas iugera serpens, Aurea ieiunis munera das* (*dant* codd., *dans* Sirm.) *epulis.* — C II 113 tit. *DE EQVO SVI* (*SVO* codd.) *DOMNI SENE.* codices praeter B omnes uocabulum *DOMNI*, quod non intellegebatur, omiserunt; sed id forte fortuna irrepsisse quis credat? fortasse

equum Ennodius praedicat, quem a domno suo Agnello donum acceperat. sane plerumque Faustum dominum suum appellare solet. — C II 127 *Discrimen generis iunxerunt foedera partus: Ingenii stirpes* (*stirpem* codd.) *permixta lege coacti.* stirpes ingenii i. e. indoles asini et equae coactae i. e. coniunctae sunt. conferri potest C II 91, 1 *uisceribus lapidum permixta lege coactis.* genus masculinum uocis *stirps* satis constat. — C II 130, 7 *Haec thalamis fecunda fuit, uiduata pudoris* (*pudori* codd.) *Exemplis natam fecit amare deum.* ipsa pudoris exempla praebuit filiolae. — C II 145, 1 *Si te, Messala* (*messalam* codd.), *studiis mihi pandere uelles, Non deerant libri, quos tibi, dulce, darem.* insulsum est quod libri praebent: si Messala i. e. clarus orator euadere uelles, neque alibi hoc nomine ita utitur.

Syllabae uocesque in archetypo omissae.

Pro tanta multitudine uocabulorum, quae singulis syllabis litterisue truncata esse supra ostendimus, pauca sunt, quae compendiorum usu explicari potuerunt. in longe plurimis mendorum originem in alia qualibet causa positam fuisse magis probabile est atque archetypum omnium librorum ipsum quamuis pleraque in alterutra familia integra exstent, magnam partem his defectibus laborauisse crediderim. facile enim talia supplebantur neque desunt ubi uetustas erroris falsa medela, quam omnes codices prae se ferunt, arguatur. praeterea non minus frequenter tota uocabula omissa sunt, cuius rei causa eadem, quae ut tot syllabae interciderent effecit, putanda erit. ea uero quaecumque fuit, nullum aliud mendorum genus in his libris magis peruagatum esse in aperto est eoque semel cognito plurimis corruptelis facile certumque remedium paratur. atque hic illic recentiores codices T et P eo feliciter usos supra uidimus, alia editores inuenerunt uelut 209, 9 ⟨*prae*⟩*stare*, 216, 24 *adie*⟨*ci*⟩, 345, 26 *exqui*⟨*re*⟩*ret*, 380, 23 *dila*⟨*ta*⟩*tionibus*, C I 5, 14 ⟨*ri*⟩*parum*, C I 5, 21 *propera*⟨*re*⟩. quae ipse tentaui haec sunt, quae breuiter recensere possum, cum de plerisque in St(udiis) V(indobonensibus) accuratius egerim:

2, 18 *fa*⟨*s*⟩*tigari* cf. St. V. II 233. — 2, 19 *si te natalibus reddid*⟨*er*⟩*is* ⟨*t*⟩*uis* uel lenius etiam *reddidis*⟨*ti t*⟩*uis.* cf. St.

V. II 334. quae Barthius in Aduers. p. 944 proposuit *reddi uidissem* uel *re addidisses*, ut alia ad hanc epistulam prolata 1, 6 *fabricae catus*, 1, 11 *dum* ante *timere* transpositum, 2, 12 *censuum*, 16 *pretii*, 3, 1 *praeteritis* (pro *pernix*) omni probabilitate carent. — 9, 20 *anno* ⟨*suo*⟩. propter *annos*, quod est in LTV, in archetypo *anno s̃* fuisse suspicari licet. cf. St. V. II 234, III 132. — 18, 13 *loquendi* ⟨*se*⟩ propter *loquendis*, quod est in LTV, *se* om. B. sic 361, 19 ex *auctoritatis* quod B exhibet T m. 2 *auctoritati se*, quod reliqui in *auctoritate* falso mutauerunt, recte emendauit. cf. St. V. II 238. — 28, 7 *qua e*⟨*a*⟩. *quae* enim LTV, *qua* B exhibet idque tenere maluerim, si *facere* pro *agere* ab Ennodio dictum esse apto exemplo demonstrari possit. cf. St. V. II 242, III 132. — 45, 7 ⟨*be*⟩*ne scimus*. cf. St. V. II 245. — 47, 9 *quae*⟨*so*⟩ *ut*. quae autem secuntur extricare mihi non contigit. cf. St. V. III 135. — 50, 3 *lacrimo*⟨*so*⟩ *gaudio* ⟨*ad*⟩*dixi*. cf. St. V. III 135. — 51, 8 ⟨*nec*⟩ *credo*. cf. St. V. III 136. — 56, 22 *nam abiurans Italiae communionem, non solum* ⟨*curam*⟩ *circa amicos, sed etiam circa interna pignora reppulisti*. hoc in St. V. II 248 proposui praeter necessitatem, si genetiui dependere possunt a uoce *communionem* supplenda, quod quamuis durum uideatur, ab hoc scriptore alienum non esse talia, ut 189, 8 *par fides est liberae scriptioni et* (sc. *scriptioni*) *famuli*, 317, 20 *per animarum stupra carnis* (i. e. *stupra carnis*) *accusat*, demonstrant. — 61, 22 *absit*. ⟨*si*⟩. cf. St. V. II 248. — 67, 9 ⟨*a*⟩ *quo si* ... *temperem*. nam *temperare* alibi praepositionem secum habet. — 72, 21 *dic*⟨*t*⟩*atur*. cf. St. V. II 250. — 82, 24 ⟨*ea*⟩ *causa*, nisi forte *cura* pro *causa* scribendum est. cf. St. V. II 252. — 86, 7 ⟨*e*⟩*lapsus*. cf. St. V. II 253. — 93, 25 ⟨*i*⟩*u*⟨*d*⟩*ix praesumit*. sic enim *ix* pro *ex* in archetypo scribi solebat. cf. St. V. III 136. — 94, 16 *alii affectum, quem mente nesciunt, ore testantur et pingunt inlecebrosis epistularum mo*⟨*nu*⟩*menta commerciis*. hoc remedium paullo lenius est quam quod in notis tentaui *commenta* proponens. certe uox *momenta* si exempla in indice collecta perlustraueris, suspecta uidebitur. — 115, 26 ⟨*al*⟩*legationem*. cf. St. V. III 136. — 116, 14 *ego desiderii inpatientia m*⟨*e*⟩ *ad uerba*

conuerti. — 131, 6 *posses me, amice, de ignoratione culpare, si quid tibi de apice meo promiscuis dedicata nuntiis fama suppressi⟨sse⟩t. sed ego.* coniunctiuus enim praestat neque infrequens est talis deprauatio (cf. 278, 12). — 139, 1 ⟨*alter*⟩. cf. Stud. V. III 132. — 143, 4 *qua opi⟨nione⟩m exuistis* (*quam opime texuistis* codd.). cf. St. V. III 136. — 162, 12 ⟨*a*⟩*rationis.* cf. St. V. II 255. — 162, 19 *placere ⟨re⟩signasti*, 206, 1 *directione ⟨re⟩signares*, 225, 25 *scriptione ⟨re⟩signetis.* cf. 153, 9 et St. V. III 137, sed uid. indicem s. u. *signare.* — 173, 2 *nostram ⟨uestra⟩.* — 177, 21 *antiquum qui⟨a⟩ me.* unam enim litterulam supplere probabilius est quam *qui* ex sequentibus *uide qua mecum* in B praeceptum esse putare; quod autem *qui* in L T V desideratur, huic rationi non obstat. cf. St. V. III 137. — 178, 3 *conpulsam.* ⟨*me*⟩. cf. St. V. III 137. — 180, 6 ⟨*nos*⟩ *non* fortasse non necessarium. — 187, 22 ⟨*sec*⟩*un*⟨*d*⟩*us.* cf. St. V. II 256. — 187, 25 *blan⟨di⟩ta.* — 188, 8 *dum prelorum famuli autumni dote ⟨lacus⟩ conplerent.* cf. St. V. III 133. — 191, 15 *te ciuitati adhuc ⟨et⟩ meis oculis subducis.* — 194, 13 *conquesta ⟨est⟩. conquestam* exh. B, uerba autem *non . . . conquesta est* errore post *culpatum* adieci, quae in codice post *honoratum* exstant. — 197, 23 *aestima⟨n⟩s ⟨si⟩.* cf. St. V. III 132. — 200, 2 *inter Ciceronis gladios et Demosthenis enituit et utriusque propositi acumina quasi natus in ipsa artium apice* (*pace* codd.) *collegit.* nempe litterula *a* abiecta ex *pice* factum est *pace*, quod uereor ut sententia praecedente, qua Faustum non bella uidisse sed in pace euasisse uictorem Ennodius dixerat, defendatur. quod autem *apice* usurpauit, non *arce*, quae uox de summo in aliqua re loco usitatissima est, proximo uocabulo *artium* explicatur. — 204, 2 *est ⟨et⟩* (*est* exh. B, *et* rell.). — 205, 22 *Atticam eruditionem ad epistolas Latia* (*alia* codd.) *garrulitate producam.* uox *latia* uel *latina* *l* littera sublata facile in *alia* transiit. — 211, 5 ⟨*dei*⟩ *dici.* contra ibidem *sed* tenendum fuit, quod particula *quamuis* explicatur (cf. St. V. II 246 sq. et indicem s. u. *quamuis*). — 212, 8 ⟨*ac*⟩*cessit.* i. e. *contigit*, qua de significatione in St. V. II 228 docui exemplaque in indice congessi.

— 214, 8 ⟨*eum*⟩ *morderem*. sed Ennodius consilio personam omittere potuit. — 215, 4 *medici destit⟨u⟩erunt*. cf. 216, 21 *nisi mihi subuenisset destitutio curantium*. — 216, 12 *quam⟨uis⟩*. cf. St. V. III 137. — 216, 24 *adie⟨ci ea⟩*. syllabam *ci* iam Sirmondus addidit. cf. St. V. III 137. — 216, 25 ⟨*statu*⟩ *subleuetis*. cf. St. V. III 137. — 217, 13 *quamuis adhuc inter postrema sim positus et pro peccatorum meorum mole ⟨d⟩omni* (*omni* B, *somni* LV, *sũptus* T) *beneficia, dum mereor in longum conteri, non sequantur, reuerentiae tamen uestrae obsequiis quod debet anima pendens non omisit*. dei beneficia sunt quae exspectat atque ea ut sibi tandem contingant domnum suum apostolum eiusque fratres in fine epistulae orare iubet, *ut per eos exorata dei potentia clementiae suae, quae tarda esse non solet, beneficia non refrenet*. praeterea cum constructio *pendens non omisit* insolens sit neque ullo exemplo quod sciam probetur, nescio an *pendere* restituendum sit. — 222, 11 *absentiae ⟨in⟩felicitatem*. falso; nam de rebus tristibus certior factus qui earum auctores sunt eos feliciter abesse recte dicit. — 228, 9 *amaritudinem tempor⟨is sapor⟩ibus legitimi amoris amolire*. quod antea proposui *teporibus* re quidem palaeographica, sed usu minus commendatur. cf. St. V. III 138. — 231, 25 ⟨*dis*⟩*iunctos*. cf. St. V. III 138. — 268, 1 *saeuiente in* (*saeuientem* codd.) *ambitu pauper dominus odia effusione contraxerat, sed nec defrudatis uiribus quod minuebat opulentiae iungebatur affectu⟨i⟩*, in quibus *saeuiente* cum *effusione* coniungendum esse uidetur; neque enim lucido ordine uerba ponere solet et effusio rectius quam ambitus in domino suorum prodigo aerariique incrementis ciuium depraedatione prospiciente saeuire dicitur; datiuus autem qui desideratur apud Ennodium in *ui* exit. — 272, 1 *apparat ⟨lo⟩cum belli* uel *bell⟨and⟩i*. sic *felli* pro *fallendi* 94, 4 LTV exhibent. cf. St. V. III 139. — 272, 4 *et ⟨qua⟩si*. — 276, 19 ⟨*scire*⟩ *disposita*. cf. St. V. III 139. — 281, 13 ⟨*aqua*⟩ *hactenus*, nisi aqua eis quae praecedunt sponte commodatur. — 288, 3 *ut ... nesci⟨a⟩t*. — 291, 5 *ad ⟨ad⟩stipulationem*. cf. St. V. III 139. — 294, 10 *archi⟨tectum⟩ Chrysippum*. cf. St. V. III 140. —

306, 15 *intrau⟨er⟩it.* — 308, 21 *⟨a⟩ uobis hostiliter disruptis opibus.* — 310, 10 *de accusato quicquid spe⟨i⟩ tenuistis effugit.* cf. indicem s. *genitiuus* p. 669. contra 247, 22 *sed aliud spe* (*spei* codd.) *de sollicitudine uestra praeceperam* et in eadem locutione 259, 3 *spe* (*ipse* codd.) *praecipiebam* reponendum erat. cf. indicem s. u. *praecipere. ipse* pro *spe* solito errore 351, 27 L exhibet. — 323, 5 *sumus ⟨sunt⟩.* sed fortasse *sunt* non tam addendum quam supplendum erat. — 324, 2 *reperiunt. ⟨ea sunt⟩.* — 324, 25 *per ⟨n⟩im⟨iam⟩ pietatem.* — 325, 18 *affect⟨us aut c⟩ui.* — 331, 12 *⟨ut⟩ turpe,* nisi forte l. 13 *sič* (= *sicut*) pro *sic* praefertur. — 343, 5 *cibos iussit sibi placere uiliores, nihilque in apparatione ferculorum nares saporemque suum posse⟨t⟩ offendere, nisi quod aromatibus condiretur,* in quibus *iussit* idem quod *uoluit* uel *placuit* ualet, cuius significationis exempla in indice s. *iubere* collecta sunt, a quo accusatiuus cum infinitiuo *nihilque nares saporemque suum offendere* apte pendere posset, *offendere posse* non item. — 351, 6 *tunc inter eum* (*Nepotem*) *et Tolosae alumnos Getas, quos ferrea Euricus rex dominatione gubernabat, orta dissensio est, dum illi Italici fines imperii, qu⟨i su⟩os trans Gallicanas Alpes porrexera⟨n⟩t, nouitatem spernentes non desinerent incessere, e diuerso Nepos, ne in usum praesumptio malesuada duceretur, districtius cuperet commissum sibi a deo regnandi terminum uindicare.* nam Getas fuisse qui Nepotis regnum aggrederentur illumque suos fines defendere contentum fuisse, diserte narratur. atqui si librorum scripturam *quos — porrexerat* tenemus, nisi de Nepote fines porrigente Getisque bellum inferente cogitari nequit, cum de Eurico Getarum rege ea quae praecedunt *illi* (i. e. Getae) *Italici fines imperii* cogitare uetent et *retorserat* pro *porrexerat* exspectetur. — 353, 9 *commenda⟨ba⟩t.* — 353, 18 *dominiorum antiqui⟨tus uicini⟩tas.* cf. St. V. III 140. — 357, 16 *quod ⟨dum⟩* (cf. St. V. III 140), 398, 2 *ipse ⟨dum⟩ suggerit,* 425, 7 *nunc ⟨cum⟩* (cf. 388, 12. 532, 6. 7), 485, 17 *qui ⟨dum⟩ unum,* 490, 8 *⟨dum⟩ duo.* — 357, 23 *consummato maioris ecclesiae ⟨opere⟩ reparationem orditus.* haustae uocis uestigium scrip-

tura codicum LTV *preparationem* etiam conseruauit. cf. St. V. III 140. — 359, 11 *qui ⟨quo⟩que* uix recte. — 362, 22 *⟨itur⟩ igitur* falso; cf. supra p. XXXVIIII, l. 13. — 375, 3 *⟨i⟩lice[a]t* (*liceat* libri). — 378, 12 *tamquam a portu cumba al⟨ti⟩us* (*aliis* libri) *inlata tempestate propellitur.* — 379, 24 *in⟨p⟩licitet.* — 380, 21 *⟨nauta⟩ nauifragos*; sed cf. supra p. XXX. — 388, 23 *credid⟨er⟩it.* — 390, 9 *ad⟨pro⟩perauit* (*adparauit* BLTV, *arripuit* P). — 392, 17 *quasi ⟨si⟩.* — 394, 2 *si⟨c⟩* (*si* LPTV, *di*[c] B). — 395, 9 *labiorum ⟨in⟩-lusus.* cf. 101, 18. — 395, 17 *⟨laudem⟩ mercari.* — 398, 8 *abnuere⟨m⟩.* — 399, 21 *qui ⟨fu⟩isset.* quia BLV *isset* exhibent, syllabam intercidisse quam *isset* ex *esset* corruptum esse statuere malui, sed hoc tamen in permutatione uocalium *e* et *i* tam late patenti iam probabilius uidetur. — 407, 15 *⟨per me⟩ est* ut anaphora continuetur; praecedit enim bis: *per me fusca splendet conscientia*, *per me luce sua radians aduenticia nocte tegitur*, in quibus error codicibus communis *splendorem*, quem T corrigendo *splendore*[s] emendare studuit, nescio an ex *splend̄* enatus sit; *splendet* certe, quod reposui, contrario *nocte tegitur* flagitatur. — 410, 10 *ergo si pomposa ⟨per⟩oratione non ualui, oratione uos memor professionis adiuui.* memineram eorum quae 395, 16 leguntur: *erat orandi fastidium, dum perorandi tenebar cupiditate,* sed ea plus ualent, ubi simili modo in diuersis eiusdem uocabuli significationibus luditur, uelut 89, 15 *orationum pompam qui orationem diligit non secutum,* 286, 16 *ecce satisfaciens debito et obsecutus officio orationem meam oratione conclusi*; nam et 286, 16 et hoc loco in iustam deprecationem decurrit oratio. — 413, 24 *suspicio ista est interitus suspicantis atqu⟨e e⟩am non caret peccato qui dederit.* in B exstat *at quam*, in LTV *et quam*, quod qui receperunt per exclamationem haec dicta esse suspicati uidentur, a uerbo *dederit* obiectum desiderari non curantes. si in archetypo *atq;* scriptum fuit, ut 427, 22 *antiq;* et 412, 29 *neq;eat,* facilius etiam mendi origo cognoscitur. de insolita autem positione pronominis *eam* (pro *atque non caret peccato, qui eam dederit*) cf. ind. s. *positio.* — 416, 25 *quis haec omnia et fecit ex nihilo ...*

fecitque perenniter laudanda dispositione, ⟨nisi⟩ piissimus, post lucis claritatem non horreri tenebras reuertentes per dierum dies? nam *piissimus* pro *summa pietate* propter ea quae uicina sunt *perenniter laudanda dispositione* uix apte Ennodius dixerit. similiter uero interrogatio responsumque in praecedentibus coniuncta sunt: *quis nisi deus noster succidua iunxit temporibus tempora?* quod autem pro *dierum dies* proposui *dierum series,* iam relinquo, cum scriptori exemplum *per saecula saeculorum* obuersari potuerit. — 417, 8 (*cereum*) *in quo species trino conpaginata⟨e⟩ consortio societatis propemodum glutino coniunguntur.* cera papyrus lumen sunt species illae conpaginatae. — 421, 12 *facem tibi, domine, mancipamus, in qua trium copula munerum primum de inpari numero conplacebit, quae quod ⟨a⟩ gratis deo ueniat auctoribus, non habetur incertum.* munera illa non auctoribus deo gratis contingere, sed ab iis deo offerri Ennodius dicit. altera emendatio *qua* pro *quae* necessaria non uidetur. — 423, 11 *pudori ⟨amori⟩s.* — 424, 5 *uena, quae est per naturam torrida, ⟨fecunda⟩ frequenter currit a themate.* nam currendi uerbo solo abundantiam significari, quae per sententiam desideratur, mihi persuadere nequeo. — 428, 9 *tu⟨nc⟩.* — 436, 20 *in beati Iohannis prophetae et apostoli ⟨laudem⟩ . . . uel muta ora laxari.* lacuna aperta est; utrum *laudem* interciderit an aliud uocabulum uelut *honorem* uel *gloriam* incertum. — 442, 16 *fluxa ecclesiasticorum corda aut turbant quae in praesenti uita sunt aut delectant: quibus ⟨subiacuit⟩ Acacius, qui diro diaboli a sententia sua motus imperio, erubuit diu propugnatorem se fuisse ueritatis . . ., qui solis praemiis suis paene tempore adeptionis inuidit* etc. tale supplementum necessarium uidetur. nam ne *quibus Acacius erubuit* coniungamus, duo sunt quae dehortantur, cum neque Ennodius in enuntiatis relatiuis uerbum substantiuum omittere soleat et si uocula *est* addatur (*qui — motus est*), totius periodi aequabilitas tollatur, quam per duo enuntiata relatiua *qui — erubuit, qui — inuidit* optime decurrere manifestum est. de uocabulo *solis*, quod in transcursu moneam, ne quis offendat, simile conferatur exemplum quod est p. 377, 18 *quibus* (*nobilibus*) *immanior apud suos*

poterat constare calamitas, si uitam inopem reduces sustinerent et de peregrinationis incommodis s o l a *misericordiae solacia perdidissent.* — 444, 15 *narrationis pelagus non* ⟨*ex*⟩*pendentem.* alibi enim *expendere*, cuius exempla in indice congessi, non *pendere*, reputandi significatione usurpari solet. — 447, 1 *nec futurum ambigo, splendor*⟨*em e*⟩*i te istum suorum posse reddere, quem aliis contulisti.* sic iam legere maluerim quam quod auctoritatem codicis B secutus dedi *splendori te istum suorum posse reddere.* nam erroris suspicionem reliquorum scriptura *splendor* mouet, et non tam de adulescente in suorum maiorum splendidum statum restituendo quam de splendore adulescenti reddendo cogitari ea quae secuntur *quem aliis contulisti* spondent. — 447, 10 *quae* (sc. *terra*) *feret* (*fit* codd.) *tuis profecto laboribus responsura.* syllaba *er* omissa ex *feret* uel *ferit fit* enatum est. — 451, 23 *meus sermo quod scaber est et nullo splendescens dictionis adtritu, intellegentiae* ⟨*defectus*⟩ *est et exercitii quod dedisco.* exiguam de qua hoc loco queritur dicendi artem rem intellegentiae dici non posse patet, immo contrarii, ut *exercitii quod dedisco* studii defectum significat. si quis autem *ieiunae intellegentiae* uel simile praeferat, non repugnem. — 463, 9 *uos instrumenta memoriae, uos causa*⟨*e*⟩ *pietatis.* sic reliquis locis plurali utitur: *uos religionis auctores, uos hostes criminum.* sed ne *causae* quidem omni ex parte commendatur, si quidem litterae, quarum laudes praedicantur, quae ad testificandam sustentandamque pietatem inuentae sunt, ut alibi ita hoc loco *remedia pietatis* aptius audiunt. quare haud scio an *uos* c u r a e *pietatis* scribendum sit. — 463, 13 *uobis ducibus quae per usum subripiunt dediscuntur scelera, perqu*⟨*e u*⟩*os bona discuntur.* codices *per quas* exhibent, quod sponte ex *perquos* uel *perq;uos* factum est. — 470, 21 *quotiens subdolis priuignum fouisti* ⟨*matrem*⟩ *mentita conplexibus? quotiens innoxiis potionibus egisti, ut de manu tua mortem securus acciperet? capta*⟨*sti*⟩ *sitis tempus et bibendi necessitatem:* ⟨*te*⟩ *forte, ut citius letum porrigeres, exorabat.* quod recepi *matrem*, codici P debetur. reliqua, quae sententia flagitabat, ipse restitui; eo enim nouercae scelus augetur, quod illa offerendae potionis occasione

circumspecta sitienti fortasse priuigno uenenum dedit. cum codices *captata* exhibeant, etiam scribi possit: *captata sitis et bibendi necessitas: te.* equidem illam coniecturam praefero, qua et appellatio non sine ui continuatur (*fouisti — egisti — captasti*) et mendi origo facilius explicatur. — 471, 3 *decedentibus matronis uirorum prouidentia⟨e⟩, dum ad educandam posteritatem curarum participes quaerunt, sic nouercas inueniunt.* hoc lenissimum est remedium, quo subiecti numerus uerbis *quaerunt* et *inueniunt* accommodatus recuperetur. *prouidentiae* autem idem atque *consilia* ualet, quae nouercas inuenire ita dici possunt, ut 10, 11 *fastus huiuscemodi putantur inuenisse consilia.* cf. etiam 284, 16 *Rutilium et Manlium conperimus gladiatorium conflictum magistrante populis prouidentia contulisse.* — 471, 9 *uestras, infausta⟨e⟩, blanditias iure respuimus.* — 478, 14 *ubi munus pro patria dimicantis, si aereas formas, ⟨quas⟩ arcis possessor exhibet, et qui genitoris funus procurat optineat?* iam uariati modi *exhibet optineat* haec uerba non pari ratione a particula *si* pendere demonstrant neque id ullo modo ferri posse dicitur, quod tyranno statuarum honorem impertire licet, sed quod haec praemia etiam sceleratis offeruntur. — 479, 17 *si mausolea praecedentium minor posteri cultus ornaret, esset plectenda neglegentia et ⟨ex⟩pectaret de illis poenam iudicibus, qui filiorum suorum mores in alienis cupiunt emendare.* nam si quis in spectandi uerbo eam significationem, quam respiciendi uerbum apud Ennodium pluribus locis prae se fert, inesse opinatur, *et eum spectaret poena* reponere debebit. cf. 305, 25 *ne una uos ex desertione sacerdotis culpa respiceret* et indicem s. u. *respicere.* — 482, 22 *⟨se⟩gregatim* iam non defendo; nam *gregatim* praestat, cum una per incestarum uirginumque gregem munera oblata sceleris magnitudinem augeant. — 484, 19 *uiam culparum germani decedentis adtendite: ipse magis genitoris moribus par ⟨f⟩uit qui praelatus est.* codicum scriptura, siue per *oboediuit* siue per *apparuit*, de qua significatione index s. u. *parere* inspiciatur, interpretamur, inepta est. contra uerba *uiam culparum*, quorum loco *inuidiam culparum* i. e. inuidiam, quam culpabili uita conflauit,

proposui, tentanda non fuerunt, cum uia quam ille ingressus est culpis referta recte dicatur. — 485, 9 *mer⟨u⟩eris.* — 488, 16 *quicquid non dare praeuales, ceu ⟨s⟩incer⟨um⟩ munus conputa, si dedisti.* quae maiore uulnere adflicta esse codicum discrepantiae arguunt, quorum B *ceu* omittit et *inutermunos* exhibet, reliqui *ceu intermunus* praestant (cf. 106, 24 *sincer*). sententia manifesta est, id demum uerum munus dici, quod quis cum negare potuerit, tamen obtulit, quae supra ita expressa est: *quod non licet subtrahi non possumus dicere liberalitate conferri.* et hac de causa et quia particula *ceu*, quam in B potius casu omissam quam in reliquis libris consilio adiectam esse probabilius est, reici nequit, accuratior muneris definitio requiritur. uerba enim *inter munus conputare quod dedisti* simili exemplo quod Carm. I 7, 67 legitur *thyrambos inter triuiale murmur pendere* satis defenderentur. — 492, 9 *⟨non⟩ debitor.* — 493, 11 *sic ⟨sc⟩imus.* sed rectius T m. 2 *scimus* restituit. nam *sic* abundat. — 497, 13 *nos ruptam patri ce⟨rui⟩cem* (*patriae cem* B, *patriae* rell.), *nos scelerati iter ostendimus.* — 502, 2 *in tenera⟨e⟩ aetatis primordiis.* — 502, 4 *uideo Troiae fumantis excidia et ⟨de⟩ statu eam manente subuersam.* Schottus *statu* in *fato* correxit. fortasse nihil mutandum. *status* enim locum ubi Troia fuit significat. Troiae, inquit, excidium urbisque subuersae manentes ruinas uideo. — 504, 16 *metuerit ⟨erit⟩.* cf. St. V. II 250. — 505, 4 *⟨nec Dardanus auctor⟩*, quae non interciderunt in codicibus, sed uersus ab auctore non plene descriptus erat. contra 214, 17 totum uersum ab Ennodio receptum fuisse et *habenas* intercidisse probabilius est, quamquam ad rem demonstrandam, de qua ibi agitur, penthemimeres *sic fatur lacrimans* sufficiebat. — 506, 1 *quae eloquar nescio, ⟨nescio⟩ quae relinquam.* — C I 5, 25 *reddebant, ⟨t⟩urbis peperit quae semper Auerni.* de usu uocabuli *turbae* cf. ind. s. u. *turba.* — C I 7, 31 *nescio* (*iam scio* codd.) *Castalii quo me traxistis amores.* nescit enim poeta quo furore diuino abreptus sit. in initio uersus facilius etiam syllaba prior intercidit falsaque adiecta est. — C I 15, 7 *in carne nil carnis ⟨r⟩egit.* dum Ambrosius uiuit, nihil humani mentem eius subigit et gubernat, sed

Regina mens in corpore Confregit omne lubricum. — C I 19, 30 *⟨quae lau⟩de Christi dignior Quam sunt superna crederis.* syllabae quas adieci et uersu et sententia flagitantur, qua maior propter Christi gloriam Mariae dignitas celebratur. — C II 61, 1 *lingua⟨e⟩ sordibus horres.* — C II 135, 3 *indignis ⟨ingentes⟩.* — C II 151, 9 *quam bene flammarum ⟨ac⟩ constanter, respice, bella Excipiunt.* uix recte; nam *quam bene* idem fere esse quod *quam*, exemplis in indice s. u. *quam* congestis docui.

Syllabae in archetypo adiectae.

Contraria his mendis, de quibus adhuc disputauimus, ea sunt quae syllabis totis litterisue adiectis in archetypo enata sunt; in uniuersum tamen angustis finibus hoc errorum genus continetur. certa eius exempla his locis deprehendisse mihi uideor: 111, 12 *uos si mecum pari cura in deuinctionem conuenitis* (*conuenientes* codd.). cf. St. V. II 254. simili errore 255, 22 B *trudentis* pro *truditis* exhibet. — 246, 8 *uenerabilem domum et summates filios cum uniuersis Italiam possidentibus* (*possidensi dentibus* B, *possidens uidentibus* rell.) *felicis praesentiae tuae dote sublimes.* cf. St. V. III 134. — 329, 8 *quis per discordiam uiperina mente consitam* (*conpositam* codd.) *aurei mihi saeculi iubet perire beneficia?* non de discordia soluenda et placanda, id quod componere significat, sed de conflanda cogitatur. quae coniectura si hoc loco certa est, altero 386, 26 saltem probabilis: (*solum*) *aristis praegrauidum aut dotatum pascuis aut arbustis consitum* (*conpositum* codd.). simile est quod supra attuli 213, 10 *inteposuisse* pro *intepuisse.* — C I 14, 28 *insons eat* (*erat* B) *uesania.* nam orantis uerba sunt. — C II 135, 1 *Cum perstat grauior, bustum fortuna pyramque* (*periram* B, *petitum* b), *Contulit exuuiis, Maioriane, tuis.* quod editio princeps emendatione restituit *petitum* i. e. desideratum, non ineptum quidem est, sed uereor ut haec explicatio breuitate epigrammatis satis excusetur. certe *periram* facilius ex *piramq.* oriri potuit et prorsus conueniens est. — eodem errore etiam B 481, 23 *ad dispeccatum boni operis* laborare uidetur, ubi *ad despicatum* scripsi, sed quod codices LTV alteraque codicis B manus habet *ad despectum* recipere debui.

Vocabula in archetypo interpolata.

Multo minus etiam archetypus singulis uocibus explicandi gratia adiectis interpolatus fuit atque quae huius generis mihi recte obseruasse uidebar, dum iterum iterumque mecum reputo, retractare cogor, ut 24, 14 *uenit ad uos cana dignitas sera sed debita*, ubi uoces *cana* et *sera* iuxta se positae locum defendere possunt, cum cana dignitas ea dicatur qua Agapiti maiores per longa tempora functi sint, atque altero loco 61, 2 *quotiens scribenda est infelix curuis terra uomeribus*, ubi in epitheto *infelix* haesi, *inflexis* deleto adiectiuo *curuis* commendans, praeeunte sacra scriptura illud epitheton scriptor apposuit. restat igitur unus locus, quem ab interpolatore attrectatum esse et metro et codicum scripturis arguitur C I 4, 43, ubi Venus nuda describitur: *Inuidum membris dum negat amictum Altera lux est.* codex B *dum negat* exhibet, in archetypo alterius familiae supra haec uerba *abigens* scriptum erat, quo uersui satisfactum est, orationi non item. nam *abigere amictum* insolens dictio est. quare utraque scriptura ad explicandam genuinam uocem addita esse uidetur Ennodiumque *negitando* uel simile quid, cui illa interpretamenta seruire potuerint, dedisse putauerim.

Vocabula syllabarum permutatione in archetypo corrupta.

Vocabulis syllabarum adiectione uel omissione corruptis ea apte adiungi possunt, quae totarum syllabarum permutatione deprauata sunt, quippe quae ex eisdem causis repetenda est, siue errandi prima origo in obscura archetypi scriptura syllabarumque omissione siue in uerborum similitudine posita fuit. nam accedente pleraque emendatione corrupta magisque a pristina sua forma detorta esse apparet. uitio tali hi loci affecti esse uidentur: 3, 1 *quem uicinis calcibus pernix insecutor adurges* (*adiunges* BLV), quae coniectura Symmachi epist. IIII 20 confirmatur: *eloquentissimus iuuenis proximis facundiae calcibus urget parentem* (cf. II 3). — 23, 21 *sed quaero, ne forte malignorum quispiam austrum floribus* (*fontibus* codd.) *aut petulcum animal rosetis inmiserit.* cf. Verg. Ecl. II 58 et St. V. II 241. — 39, 11 *specialis mali pressus* ⟨*o*⟩*nere.* in codicibus est *nece*, ex *nere* opinor corruptum. cf. St. V. III 138. — 99, 14 *perge* (*age* codd.), *electe dei, pro me humili quod coepisti.* — 130, 20 *postquam uenerabilis iusticia* (*iudicia* codd.)

principis donauit te honorum germine. cf. St. V. II 255. — 167, 26 *deum deprecor, ut aestibus meis superni dispensatio* (*dispositio* codd., *dispositione* b) *fauoris occurrat*, nisi forte editionis principis uestigia, quae hanc epistulam ex folio codicis B deperdito descripsit, magis etiam premenda sunt, ut *dispensatione* praeferamus. *dispensatio superna* pro fauore diuino saepissime apud Ennodium legitur (cf. indic. p. 660). idem mendum codicis B opera remouere potui, qui 104, 11 exhibet: *uos pollicitationem meam benigna dispensatione* (*dispositione* LTV) *conplete* (cf. l. 7 *dispensatio sanctorum*). — 174, 8 *multus in promissionibus subuenisti dicendo sustentandum me esse paginis, qui propriae lucis priuarer substantia* (*absentia* codd.). neque enim alibi uerbum *priuare* cum genitiuo coniungit et *absentia tua* requiratur, si absentem Auienum propriam lucem appellaturus sit. — 189, 11 *uel nefas putastis epistolas reddere, quas uobis inter excursus* (*excessus* codd.) *contigit non cepisse.* saepissime *excessus* idem quod *error* significat, quae uerbi uis sententiae non conuenit; contra itineribus quae Maximus suscepit optime explicatur, quod epistulas accipere non potuerit. 506, 13 *interpres superorum ad hos hominem conpellit excursus* (*excessus* codd.), *ut diligentis litora quasi solum hostile diffugiat.* noua Dido itinera significat, quae Aeneas deorum iussu ingreditur. utroque uero loco si *excessus* pro abitu diceretur, singularis numerus adesset (cf. etiam *excursus* in ind. p. 665). simili denique medela uerba 266, 4 *nolo per cursus* (*casus* codd.) *errare dominatuum: in tuo stemmate probati sunt qui reperti* tractandi sunt. nolo, inquit, enumerare et comparare eos qui ad imperium peruenerunt. *cursus* igitur idem fere est quod series; quid *casus* esse possit, nescio. praeterea uereor ne codex B, qui *dominatum* pro *dominatuum* exhibet, uerae scripturae *dominantum* uestigium conseruauerit. — 221, 21 *suspicio* (*suscipio* codd.) *et oboedientiam uestram: nec enim exiguus cultus debetur obsequentibus.* uenerandi notio sententia flagitatur, quae uerbo suspiciendi saepius inest apud Ennodium. — 229, 1 *ego curis deesse* (*donesse* B, *donasse* rell.) *cupio.* cf. St. V. III 133. ut hoc loco *donesse* pro *deesse*, 258, 14

domis pro *de his* in B exstat. — 231, 6 *sed quia loco et opibus diuisi nec diligentiae lege separantur* (*conparantur* codd.), *ideo perfectam subiectis caritatem, si digni sint, adlocutione praestatis.* fortasse ex *parantur* syllabae falsae adiectione *conparantur* enatum est, cum *separantur* reponi deberet. quamuis enim homines diuersis locis degant et inter se dignitate differant, tamen lege amoris non separantur, sed continentur indeque epistulare commercium proficiscitur. — 232, 4 *loquendo* ⟨*in*⟩*portune.* in codicibus exstat *oportune*, ex *portuno* fortasse falso correctum. cf. St. V. III 138. — 252, 11 *feruor* (*error* codd.). cf. 275, 10 et St. V. III 134. — 253, 18 summa Theoderici regis aequitate factum est, *ut et statum suum locupletes* (sic Sirm., *locupletis* codd.) *prosperum* (*pauperum* codd.) *substantiae teneant et mediocres ad supremam opulentiam conualescant.* substantias i. e. opes magnas et mediocres opponi patet, quarum illae statum suum prosperum retineant, hae uero crescant. quare, licet apud Romanos paupertas non quae pauca possidet, sed quae multa non possidet dicatur, *pauperum* quomodo explicari possit, perspicere nequeo. — 254, 19 *delectabat species* (*series* codd.) *animo meo pia ludificatione blandita.* animi enim imago describitur, *quae pascebat in amore fallaciam.* fortasse idem mendum latet 12, 3 (*Auienus*) *aurum Demosthenis et ferrum Ciceronis expendit, utramque dicendi seriem Latinus relator impleuit,* ubi, cum de duobus dicendi generibus agatur, quae ille amplectitur, *utramque dicendi* s*peciem exspectamus.* — 256, 11 ⟨*di*⟩*uinitas.* quod in codicibus exstat *uicinitas* ex *uinitas* ortum est. cf. St. V. III 139. altero loco 399, 5 *remansi solus, inops re et consilio destitutus, cui sola remedium tribuere posset diuinitas* (*possit aduersitas* codd.) eadem uox in *aduersitas* mutata est. in sequentibus de diuino consilio, quod contigit Ennodio, agitur. cf. supra de 452, 3 pag. LVII. — 262, 17 *utinam mundior professio habeat concordiam cum secretis nec dissentiat splendor cordis a corpore.* quae cum syllabarum permutatione corrupta putarem, *ab opere* commendaui; sed integra sunt. res internae et externae, *secreta* (i. e. animi secreta) et *professio, cor* et *corpus*, quod

professionis insignia prae se fert, opponuntur. — 263, 12 *caeli leges, terrarum munimina, fluminum imperuia* (*superbia* codd.) *subdidisti*. cum ex *imperuia* prima syllaba hausta *peruia* uel accedente frequentissima mutatione *perbia* factum esset, in hac uoce *superbia* alicui latere facile uidebatur. cf. St. V. II 236. — 273, 20 *qui me ueritati nescit obsecutum, Atesis undas uideat tua nece* (*uice* BLV, *luce* T) *opulentas extitisse cadaueribus*. caedis mentio adsit necesse est, qua a Theoderico facta Atesis cadaueribus completa est. *nece* post syllabae prioris iacturam facile in *uice* mutari potuit. — 279, 16 *miratae sunt* (*duae nationes*) *sui similes inueniri et in humano genere uel Gothos* (*gotus* codd.) *resistentem uidere* (*audere* codd.) *uel Bulgares*. littera *i* omissa ex *udere* potius *audere* factum quam consilio uerbum, quo constructio turbaretur, excogitatum esse putauerim. mirabantur autem utrique et Gothi et Bulgares, quod qui sibi resisterent inuenerunt. cum ab uno uerbo bipertita sententia dependeret, cuius subiecta in suo quodque diuersum (*Gothos - Bulgares*) coniuncta primariae sententiae subicerentur, perspicuitatis causa utrumque recipi et per se poni necesse erat. — 341, 3 (de Epiphanio ne episcopus eligeretur obnitenti) *resistebat in quantum poterat et indignum se iam apostolica initiatione* (*imitatione* codd.) *clamitabat*. imitatio apostolorum (i. e. episcoporum) quid hoc loco sibi uelit, obscurum est neque ea se ipse indignum dicere potuit. sed indignus sibi uidebatur, qui iam hoc tempore ad episcopalem dignitatem, quae grauissimorum uirorum esset, proueheretur. qua de re idem uerbum paullo post usurpatur l. 8 *ac si initiandus esset totius orbis episcopus*. — 352, 21 (*Epiphanium*) *iam praeuia opinio Gallorum auribus, qualis esset, intimauerat, sacerdotibus praecipue eiusdem regionis, quos adtonitos de aduenientibus inquisitio profana* (*profunda* codd.) *sollicitat*. magis scire interest quorum inquisitio quam qualis sacerdotes sollicitauerit neque inquisitio interrogantium apte profunda praedicatur. quod si *profana* reponimus, sacerdotes et saeculares opponuntur atque cur profani illos adierint de Epiphanio sciscitaturi, uerbis ipsis declaratur. — 387, 26 *dedicauit callem sub tanta* (*subiecta*

codd.) *asperitate nescitum.* quae in notis proposui *obiecta* uel *sub ista* sententiae minus conueniunt. nam regionis asperitas praecedentibus descripta est. — 389, 16 *difficile est praeter deum deprehendere quicquid obsequendi indumentis (argumentis* codd.) *inuoluitur: prouide flagitium celat abiectio.* hoc probabilius est quam *integumentis*, in quod prius incidi, cum alibi ea uoce simili modo Ennodius utatur, uelut 90, 1 *debilitatem ingenii tegere taciturnitatis indumento*, 348, 14 *sub indumento amicitiarum*, 455, 23 *nullo enim adrogantiae tumor honestatis uelatur indumento*, 468, 1 *quod honestatis tegitur indumento.* — 391, 6 *rursus tamen gradienti ei per designatum (destinatum* codd.) *callem rugiens se fera suggessit.* callis designatus dicitur qui modo commemoratus et descriptus est. *destinare* uero *callem* uereor ut inde probabiliter explicetur, quod uerbum destinandi cum litteris nuntiis aliisue obiectis similibus coniunctum mittendi et dirigendi notionem prae se fert (cf. ind. p. 658). — 428, 11 *tunc more auium, quibus, dum terra niuibus uestitur, et alicuius loci in spem cibi blandiatur (spoliatur* codd.) *angustia, uideres quae remanere potuerunt plebis reliquias confluxisse.* hoc in notis proposui, cum aues angustum locum, qui niuibus non tegeretur, in spem cibi spoliare ineptum uideretur uerbumque expectarem quale est *blandiatur*, quo concurrendi in unum locum causa contineretur. falso; nam *spoliare* paullo audacius de niuibus discindendis usurpatum est, quasi uestimenta loci illius angusti diriperentur. eadem libertate usus flores pratorum arborumque spolia dixit 404, 20 *nobilia serta nisi multiplicibus pratorum non conponuntur spoliis* et C I 4, 8 *turgida lasciuis silua uiret spoliis*, ubi *foliis* Schottus coniecit. — 435, 3 *manet te singularis sapientia, quae licet generaliter optanda est, tamen existit in magistro necessaria.* uerbum *manet* impugnari posse ratus Ennodium *munit* scripsisse suspicatus sum. sicubi enim manendi uerbum accusatiuum asciscit, futuri notionem indicari, dum cum datiuo coniunctum de rebus praesentibus et perdurantibus praedicatur, post Hauptii disputationem, quae est in Opus. I 80, nemo infitiabitur. atqui hoc uult Ennodius praesto esse Maximo episcopo cum alias quas enumerat uir-

tutes tum singularem sapientiam. tamen posteriore tempore utriusque constructionis discrimen confusum esse uidetur. adsunt enim alii etiam qui hoc confirment loci, ut 274, 7 *sublimes tam diu maneat quod passi sunt, quamdiu deleat obliuio quod fecerunt*, i. e. eos memoria periculorum quibus defuncti sunt comitetur; 396, 21 *expendite legentes quae hic flagella, quae tormenta me manserint, ut suppliciorum praesentium metu gehennae poenas expeterem*, ubi sententia quidem recte percepta in St. V. II 246 *manserint* pro *manderint* dictum esse opinatus sum, cum de tormentis tum praesentibus ageretur, iam uero ipsa manendi significatione id exprimi patet; 408, 17 *quos dum manet cura, a generalitate nescitur*, i. e. quibus cura mandata est, non mandabitur (cf. etiam 462, 11. 499, 19. 502, 4). — 452, 3 *te sudore continuo nulla aduersitate* (*diuersitate* codd.) *interpellante utpote colonum suum doctrinae messis amplificat.* nempe una litterula omissa alteraque adiecta ex *nulladuersitate* codicum scriptura enata est, quae nisi artificiosa interpretatione non defendatur. cf. 256, 11. 399, 5. — C I 3, 14 *annus reptat ouans farcta* (*fracta* codd.) *locuturis mella ferens labiis.* — C I 4, 106 *Spicula* (*singula* codd.) *diuerso traxerunt brachia calle.* — C I 4, 128 *Quod nunc ingenium premunt pruinae, Distendat refouens tepore* (*decore* codd.) *uernum.* — C I 6 p. 520, 19 *neque*, cuius loco *atque* commendaui, si cum *mediocris* coniungitur, se recte habet. — C I 7, 51 (*Musa, corona*) *Quam per exactos muneras* (*numeras* codd.) *poetas, Necte capillos*, i. e. perfectis poetis coronam praemium offers. nam *numerare* coronam nihili est. — C I 7, 65 *Si meos uellet modicos thyrambos Inter infantum triuiale murmur Ponere* (*pendere* codd.), *laus est.* — C I 8, 30 *At mihi uix illud transmittunt pauperes horti rubra quod acceptum testa refundat* (*refutat* codd.) *holus.* uerbum *refundere* idem quod *reddere* significare exempla in ind. p. 702 congesta docent atque simili Sedulius, ubi eandem sententiam profert, usus est Carm. I 15 *At nos exiguum de paupere carpsimus horto, Rubra quod acceptum testa ministrat holus.* — C I 21, 9 *Hoc sancta dat* (*dic* B) *professio.* imperatiuus *dic* locum non habet. quid professio det uel efficiat,

proximis declaratur uersibus. — C II 10, 5 *Fallat* (*pellat* codd.) *opus tamen arte, regat natura figuras, Viscera dum lapidum fingit imaginibus.* artificiosi operis imaginibus ornati, quod describitur, est spectantes ueri specie fallere; contra pellendi uerbum in hac re prorsus ineptum est. — C II 10, 11 *In pretio crustis* (*cautis* codd.) *Fors et sine lege iocatur: Moribus ut constes, crede, laboris erit.* primis uersibus duabus rebus aedes ornari dixerat, *si niteant crustis aut domini meritis,* quae ornamenta ut recte aestimentur, sententiam eam ita explanat: fortuna, quae crustarum pretium moderatur et prout libet iocatur, sincerum atque solidum ornamentum non parat; contra uirtutibus excellere in sua cuiusque manu positum est. — C II 14, 6 *Nunc locus inriguus retinet quod sorbuit haustu, Prospera custodiens faucibus hausta* (*acta* BELV[1], *aucta* PV[2]) *semel.* equidem in repetitis uerbis *haustu hausta* non offenderim, quamquam quod elegantius est *sorbuit ante* sponte se offert. — C II 25, 3 *Pulcrior et Cressis* (*certis* codd.) *inludis ficta puellis.* sed coniectura non opus est. *certis* enim idem est quod *ueris* uel *uiuis* atque uoci *ficta* opponitur (cf. ind. p. 648). — C II 90, 1 *Ingenii* (*imperii* codd.) *custos* Deuterius magister recte appellatur. quid enim illi cum imperio? — C II 103, 7 (de Pasiphae et Minotauro) *Vasta iugum ceruix rursus capit* (*cursus cepit* BLV, *cursus capit* Sirmond, *cur suscipit* E) *aerea colli.* quod Sirmondus dedit sensu caret et constructionem turbat. *cur suscipit* uero poeta nisi inepte interrogare non potuit. *rursus* contra optime ad imaginem refertur ut in us. 5 *iterum* (*Ecce iterum tauro mulier summittitur uxor*), ideoque ex E *aerea* pro *area*, quod reliqui libri exhibent, recepi. — C II 124, 5 *uincula sentiret* (*nesciret* codd.), *ni uocis stricta lupatis Perderet auditu luxuriam generis.* quod libris traditur, sententiae contrarium est. uinculis enim opus esset, si uocibus agentis mula obtemperare nollet. *ne sciret* Schenkl commendauit.

Praeter haec mendorum genera, de quibus disputatum est, nullum in archetypo magis propagatum fuisse apparet, quam quod uocalium *e* et *i* permutatione continetur atque innumeris codicis B, qui archetypi apices summa religione conseruare **In archetypo uocales *e* et *i* frequenter permutatae.**

solet, scripturis obseruatur. ea uero uocalium affectio quam late in archetypo patuerit ut cognoscatur, id quod ad emendationem recte factitandam maximi est momenti, singula eius genera paucis exemplis illustrabo. nam omnia ex adnotatione critica hoc loco conuerrere, ut res ingentis molis est, ita tamen ad constituendas certas scribendi regulas easque a communi usu recedentes, quas in recensenda orationis forma sequaris, non multum proficias. tantopere optimi libri in iisdem formis sibi non constant modo ueterem usum modo uulgarem sectati. exhibent igitur (ubi codicis notam nullam addidi, codicem B testem solum esse scias) in nominum terminationibus *i* pro *e*: 1, 8. 17, 13 *diuis*, 64, 21 (BLT), 2, 8 *grauis* (BL), 3, 18 *minacis* (LT¹V), 4, 12 *amantis* (LTV), 25, 4. 134, 4 *fidis*, 64, 21 *desis* (BLV), 17, 24 *epistularis*, 13, 7 *dignitatis*, 13, 15 *mentis* (BLTV), 42, 11 *comitis*; *e* pro *i*: 48, 13 *sitem*, 4, 13 *sinebus*, 27, 7 *indeces*, 11, 14 *felices*, 40, 26 *uitales*, 43, 26 *lenes*, 225, 4 *generales*; in uerborum terminationibus *i* pro *e*: 20, 4. 11. al. *possim*, 274, 11. 283, 19. 327, 21 al. *uellim*, 57, 12 *uellis* (BV), 4, 14 *praeualis*, 10, 18 *amputaris* (BLTV), 27, 8 *suspenderis* (BLV), 28, 7 *uidis*, 27, 16 *faceris*, 39, 13 *aestimis*, 223, 10 *retinis*, 38, 20 *recensit*, 44, 14 *ueterescit*, 52, 25 *praebit*, 54, 25 *possit* (BLTV), 58, 2 *licit*, 60, 18 *possedit* pro *possidet*, 194, 1 *exibit* pro *exhibet*, 20, 23 *purgitur*, 9, 20 (L). 224, 2. 225, 4 *debitur*, 223, 11 *credibatur*, 284, 18 *geriretur*, 224, 7 *credirem*, 17, 25 *uoluissimus*; *e* pro *i*: 20, 8 *uellem* pro *uelim*, 14, 6 *restitues*, 31, 8 *loqueres*, 5, 15 *tribuites*, 31, 12 *tribues*, 39, 21 *inquires*, 17, 6 *negetes*, 17, 25 *soletes*, 33, 3 *solites*, 9, 7 *fodetis*, 21, 15 *possides* pro *possitis*, 108, 10 *docetis* pro *ducitis*, 409, 12 *aueuetis* pro *habebitis*, 47, 15 *colete* (BV), 1, 13 *poscet*, 3, 22 *alet*, 6, 24 *subcumbet*, 7, 16 *conponet*, 31, 13 *dabet*, 39, 1 *coniunget*, 212, 20. 220, 5. 221, 21. 252, 14. 362, 1 *exiget* pro *exegit*, 133, 8. 154, 20 *exiget* pro *exigit*, 159, 17 *deberet* pro *deperit*, 21, 9 *intercipetur*, 22, 9 *neglegetur*, 32, 24 *nitetur*, 19, 25 *ingeremus* (BLV), 13, 6 *perduce*, 46, 11 *tenere*; in mediis uocabulis *i* pro *e*: 5, 7. 29, 17 (BLV) *elimenta*, 6, 18. 14, 24 *dilicias*, 8, 5 *linocinia*, 10, 15.

130, 14. 164, 2 *stimma*, 10, 3 *tremibunda*, 11, 7. 15, 12. 18, 3 al. *benificium*, 16, 14 *technae*] *tigne*, 22, 20 *dulcidinis*, 27, 14 *alligationis*, 27, 20 *eligantia*, 28, 19 *consuitudo*, 32, 23 *colligii*, 42, 7. 427, 16 *traguidiam*, 300, 2 *laguina* B, *laguena* V, 221, 21 *obidentiam*, 38, 12 *sincirissime*, 15, 20 *p̄cidenti*, 16, 17 *mimini* (L), 23, 1 *accipero* (BL), 24, 2 *dilinire* (BLV), 395, 12 *delinire*, 26, 22 *possiderit*, 31, 8 *hebitantur*, 43, 24 *midetur* (V), 62, 11 *diuoluimur* (BLTV), 131, 9 *diuinctionis* (BLV); *e* pro *i*: 4, 2. 18, 12 (BLV[1]). 46, 21 *gemnasiis*, 9, 1 *comessoribus*, 9, 8 *admessorem*, 12, 1 *Atteca*, 29, 5 *uicessitudo*, 57, 20 *contegit*, 81, 3 *delegendus* BLTV, 138, 4 *deffundere* (cf. 147, 12, *defero* LTV). 173, 13 *rescendit* (BL), 49, 22 *indecauit* V (*indecauet* B). — inprimis *i* pro *e* ante *x*, *sp*, *st*, *sc*: 138, 15 *apix*, 421, 20 *frotix*, 78, 2. 119, 11. 126, 16. 334, 2. 345, 26. 451, 17. C II 16, 1 *indix*, 369, 2 *pontifix*, 53, 5 *simplix*, 395, 9 *uertix*, 13, 23 (BLV), 99, 12 (BLV). 117, 19. 125, 10. 128, 15 (LTV), 397, 3 *disperare disperatio*, 59, 16 *dispectione*, 89, 5. 104, 2. 112, 13. 257, 10. 405, 13. 412,*7 *dispicere*, 187, 12. 448, 22 al. *cispes*, 128, 1. 145, 6. 166, 9. 16. 169, 18. 190, 22. 195, 18 *distinare*, 157, 5. 198, 16 *distiti*, 176, 10 *distruet*, 399, 4 *distitutus*, 119, 17 *clandistina*, 420, 10 *uistigiis*, 101, 14 *domisticis*, 106, 13 *consuistis*, 1, 4 (BLV). 52, 8 (BL). 53, 20 (BL) al. *discribere*, 314, 4 *discriptoribus* pro *de scriptoribus* BLV, 16, 1. 24, 5. 28, 8. 89, 5. 100, 14. 121, 7. 191, 12. 201, 1. 210, 20 *discendere*, 443, 16 *fiscinninos*, atque nusquam frequentius quam in inchoatiuis 3, 2. 19. 10, 14. 11, 22. 43, 7. 157, 18. 192, 8. 196, 14. 221, 10. 222, 2. 225, 6. 20. 229, 12. 22. 278, 22. 285, 2. 333, 21 al. *aduliscere*, rarius *adoliscere*, 394, 20 *adsuiscimus*, 43, 24. 216, 22. 246, 8 *aegriscere*, 48, 18 *ardiscit*, 422, 17 *ariscat*, 387, 1 *clariscat* B, 404, 24. C I 4, 5 *coaliscere*, 220, 10 *conseniscunt* (249, 17. 495, 15 *seniscet*), 4, 14. 106, 25. 126, 19. 421, 3. 443, 15 *conticiscere*, 203, 5. 245, 13. 246, 24. 253, 19. 393, 22 *conualiscere*, 465, 11 *criscunt*, 35, 23 *deferuiscit*, 44, 18 *delitiscire* (BLTV), 89, 25 (BV), 208, 3 (BV), 210, 13 (BLTV), 230, 14 (BLTV), 290, 19 (BLTV), 423, 5. 456, 22

(BLV) *delitiscere*, 187, 20. 224, 5. 462, 1 *ditiscere*, 232, 21 *erubisce*, 197, 21. 233, 24 *erobiscere*, 289, 2 (BV) *expauiscat*, 223, 18 *frigiscas*, C II 15, 9 *frondiscunt*, 406, 4 *grandiscet*, 253, 17 (BLTV). 256, 13 (BLTV). 257, 6 (BLTV) *ingemiscere* (cf. contra 6, 26), 86, 25. 289, 14 *innotiscit*, 447, 23 *intomiscunt*, 499, 9 *insoliscat*, 276, 20 (BLV). 317, 19 (BLV). 414, 18. C II 34, 9 *iuueniscere*, 53, 20. 159, 15 *languiscere*, C I 9, 156 *marciscit*, 185, 10. 187, 11. 189, 6 (L) *maturiscere*, C II 34, 4 *mitiscunt*, 259, 13 *molliscere*, 232, 18 *patiscet*, 29, 14. 30, 13 *pauiscere*, 44, 24 *pinguisceret*, 466, 3 *pubiscentis*, 81, 9 (BLTV). 112, 12. 119, 26. 122, 24 *ranciscere*, 258, 23 *tepiscere*, C I 9, 34 *tremiscunt*, 206, 25 *tumiscens*, 491, 11 *uaniscere*, 39, 4. 73, 6. 254, 11 *ueteriscere*, 156, 20 (BLV). 252, 1 *uiliscere*; perraro contra ante has consonas *e* pro *i*: 27, 18 *exestimator* (LV), 158, 17 *antestitis*, 447, 9 *arestas*, 24, 8 *descedendum* (cf. 173, 24), 200, 5 *destributum*, 81, 21 *descretarum*, 140, 8 *destare* (LV), 271, 15 *indescretum*, 384, 6. 418, 23 (LV). 463, 9 *reuiuescere*, 32, 19 *prolexis*.

Neque uero uocales hoc modo post Ennodii demum tempora uel librariorum incuria uel immutata pronuntiandi ratione adfectas esse, Ennodii epitaphium duodeuiginti uersuum carmen huius editionis p. 609 descriptum, quod lapidi incisum in baptisterio S. Michaelis Ticini exstat, tribus exemplis us. 1. *uatis*, 5 et 12 *reddedit*, 7 *superstis* (ex monumentis illius temporis plura proponit index Corp. inscr. lat. V 2 p. 1207), satis demonstrat. immo quo quisque codex aetate est recentior, eo magis eos talia fastidire atque bonae latinitatis formas probatas reducere uidemus, cuius rei conplura exempla ex codicibus T et P petita supra p. XXVIII sq. congessi, eandemque emendandi uiam, si hanc ad nostrum usum accommodatam scribendi rationem emendationem dicere licet, editores persecuti sunt. permulta tamen id genus adhuc latitauerunt, ex quo numero de difficilioribus hoc loco tantum pluribus disputandum esse putaui, cum confirmatio uerbis proxime sequentibus uel praecedentibus inspectis saepius conficiatur. id potissimum in uerborum terminationes *et* et *it*, *es* et *is*, *re* et *ri* cadit, quae sexcentis locis permutatae sunt, qua

de causa temporum modorumque insolite positorum emendatio in hoc scriptore non tam angustis legibus adstringitur, quibus alibi iure obnoxia est. itaque proponere non dubitaui: 54, 22 *si non superesset uel inter paucos, a quibus posset* (*possit* codd.) *fide perseuerante calcari*, ut l. 25 Sirmondus *posset* recte reuocauit. 367, 22 *si sermone posset* (*possit* codd.) *ambiri, ... profunderem* et 399, 5 idem mendum obseruauimus. 103, 6 *fas sit de uobis adsuesci ut amplissimus in societate retineat quem minor adquirit* (*adquiret* codd.). 107, 12 *nec plura te a coniunctione peccata retrahunt et unum benefactum sodalis tui culpas absoluit* (*absoluet* codd.). 140, 14 *adleget* (*adlegit* B L T V, *adlegat* Sirm.) *forsitan culmen tuum* (*suum* codd.), *sibi pro superna dispensatione cupita contigisse*. id enim quod Faustus Ennodii rationibus opponere possit praecipitur atque refutatur. 187, 12 *ille ingenii segetem perducat ad horrea, qui altricem hominum herbam exigit* (*exegit* codd.) *e cespite*. 199, 22 *iudicio exegit* (*exiget* B, *exigit* rell.) *laureas et congredi non necessarium duxit armatis*. 281, 18 *sollers ubicumque latet inquiritur: magistratum, etiam si longe deguerit, exigit* (*exiget* codd.) *qui meretur*. 192, 20 *restat in potestate celsitudinis uestrae, si sustinere eligitis* (*eligetis* codd.) *garrulum, non tacere*. reliquum est, inquit, cum ipse uobis has litteras prior miserim, uos respondere, idque fore ut mihi contingat spero, si meam garrulitatem sustinere dignamini. aptius etiam perfectum *elegistis* esset. idem mendum T m. 2 222, 22 *uos ut Galliae expulsione illorum subleuentur, eligitis* (*eligetis* L T^1 V, *religetis* B) recte sustulit. 222, 12 *dum absentiae felicitatem pagina sapientis intercipit* (*intercepit* codd.), *coactus sum illam Aetheriam nimis uidisse terrenam*. 222, 19 *rei personam portauit et iudicis mulier, dum eligit* (*elegit* codd.) *indignum*. 349, 13 idem mendum alterum procreauit: *resurrectionis dominicae tempus instabat, per quod maceratis ieiuniorum cruce corporibus carne frigida spiritus hilaris recalescit et* (*recalesceret* codd.), *dum a redemptore nostro moriendo mors uincitur, fidelis spei cibis anima saginatur*. nimirum ex *recalescet et* factum est *recalesceret*, quae coniunctiui forma non magis quam particula *et*

omissa ferri potest. 365, 6 *ultionem suscipit* (*suscepit* codd.) *qui detractat inferre: uim diuini iudicii aut adtenuat* etc. 371, 23 *pro! quantum dispendii de pollicitatione diuina offerenti aurum in hoc negotio, si remittatur, infligit* (*infliget* codd.) *uel quantam pauperiem, si suscipiatur, adportat.* 383, 18 *restituitur* (*restituetur* codd.) *quidem corpus origini et destinatus a superis spiritus ad proprium recurrit* (*recurret* BT[1]) *auctorem.* 442, 20 (*Acacius*) *qui erubuit ... et ... triumphum suum debellauit, qui solis praemiis suis paene tempore adeptionis inuidit* (*inuidet* add.). 502, 6 *idcirco creuit opinionibus, ut suboli meae, dum occumbit* (*occumbet* B[2]LPTV, *occumberet* B[1]), *triumphi crescat ad pretium.* quamuis alibi *dum* particula, quae a *cum* in hoc scriptore fere non differt cum coniunctiuo coniungatur, tamen hoc loco alterius familiae codicibus non nihil tribuendum uidetur. C I 4, 107 *pinnigeri uulnus praesentit* (*praesentet* LPV, *praesens et* B) *dextera tactu* (*fatum* codd.). dextera, dum arcum tangit spiculaque trahit se uulnus inflicturam esse confidit. *sentet* pro *sentit* B exhibet C II 2, 5. C II 45, 10 *iungit* (*iunget* libri); in hac enim horti descriptione de rebus, quae adsunt uel paratae sunt, agitur. C II 104, 3 *Excuset* (*excusit* B, *excussit* rell.) *linguam genius perfectus ubique: Quod fari nescit displicet inde malis.* quod Deuterius magister lingua minus ualet, ceteris uirtutibus eius compensatur. C II 136, 7 *ille* (*equus*) *pruinosis qui mandit* (*mandet* Bb, *mandat* Sirm.) *gramina lustris.* quod Sirmondus proposuit, sensu caret. de equo, qui in pruinosis lustris alitur, agi patet. — 452, 13 in oratione magistro Aratoris missa alios illi laudibus extollendos fuisse, quibus uerborum phalerae uicturum apud posteros nomen offerrent, declarat; se ipsum eloquentia imparem aliisque officiis deditum tacito debere amore coli: *quid erigeres* (*erigeris* LT[1]V, *eregeris* B, *erigis* T[2]) *animos, quos alter iam sibi uitae ordo subdiderat? quid ad te reuocares* (*reuocaris* codd.) *per longa itinerum interualla distantem hominem?* i. e. frustra erigeres et ad te reuocares uel noli erigere aut ad te reuocare. 490, 20 *ad has te equidem artes, cum ab officio, cui eras per naturam obnoxius, cessares* (*cessaris* codd.), *armasti.*

C I 2, 15 *eloquio lyncem, tu subdis* (*subdes* codd.) *uoce leonem.* nam de praesentibus Deuteri uirtutibus, non de futuris agitur atque sequitur *melle tuo serpens gutturis arma premit.* C I 11, 13 *exactor abrumpis cibum* (*abrumpe cibum* b, *abrumpe* $\overset{\text{cibum}}{\textit{spibum}}$ (sic B, sed *cibum s. l. m.* editoris Basileensis). de Iona enim sermo est, quem deus tutum e ferino gutture liberauit. C I 19, 31 ⟨*quae lau*⟩*de Christi dignior Quam sunt superna crederis* (*crederes* B), *Nostri memento praepotens.* nisi formam *crederis* reposueris, constructio iacebit neque a ueritate alterius emendationis ⟨*quae lau*⟩*de* haec pendet, cum in salebrosa hymnorum oratione asyndeton minime displicere debeat. C II 95, 10 *concedis* (*concedes* codd.) *praemia.* praecedunt *congaudet* et *cernit.* — 51, 7 *sciens me hominibus quod inpugnat propositum cautione miscere* (*misceri* codd.). de reddenda oratione, quam Ennodius remittere cogebatur, agitur et caute se cum hominibus communicare affirmat ea, quae honestas communicare uetet. actiua itaque forma *miscere* desideratur, contra incertum est, num eadem corruptela in uerbis 172, 13 *quos* (*solidos*) *de reliqua indictionis illius emisso chirographo fuerat debere confessus* lateat; nominatiui enim cum infinitiuo manifesta exempla non desunt (cf. indicem p. 676). 315, 6 idem uitium cognoscitur, ubi de contumeliis Symmacho inlatis, qui Romae ab apostoli liminibus i. e. Petri ecclesia, in qua martyris reliquiae asseruabantur, arcebatur, agitur: *illud quod ex omnibus orbis cardinibus deuotos adtrahit positum in uicinitate transitur ecclesiarum fundamentum: adiri* (*adire* codd.) *non permittitur structura mediocris.* quamuis haec sacelli appellatio mira uideri et in *mediocris* aliud latere possit, sacellum indicari, quod Symmachus intrare ab inimicis uetetur, certum est. contra 274, 6 *habemus, quotiens uetusti doloris urguemur memoria quod tueri* tentandum non fuit — *tuere* uel *tueri est* in mentem uenerat —, sed codicum scriptura simili exemplo Venantii Fortunati X 1, 8 *habemus quod in ipso diligere* confirmatur.

In nominum terminationibus atque in mediis uocabulis eadem uocalium confusio his locis tollenda fuit, quos iam pagi-

narum ordine recensebo: 131, 21 (ubi quid aquae Aponi calidae ualeant exponitur) *illud quod aquarum fetibus distenditur, aqua desiccat* (*desecat* codd.). certe hoc in uersibus adiectis 132, 18 praedicatur: *corpora desiccans rore uaporifero.* quod uero 276, 20 legitur *marcida senectutis membra resecando*, paullo diuersum est. — 159, 18 *nec ullum patitur per diuisiones* (*diuisionis* BTV et Sirm., *diuersionis* L) *itinerum* (*itenerum* BV, *itinera* Sirm.) *natura dispendium.* cf. St. V. II 229. — 166, 4 *quamuis sublimi uiro et omni integritate praedito Romam properanti* (*properante* codd.) *tute paginarum officia commisissem.* Sabinus enim est cui litterae tuto committi potuerunt et commissae sunt. — 169, 10 *domini* (*domine* codd.). cf. St. V. II 229 sq. — 219, 20 *scias illos* (*uersus*) *in summo pretio apud domnum habitos, quamuis in temporis angustia et ueredarii* (*uiridarii* codd.) *transcursione conscriptos.* male hercle meditandi locum elegisset, si ambulando uel currendo in horto suo eos conscripsisset, quos *uix una hora habens tractandi spatium inelimata uelocitate conposuit* (cf. 129, 22). similiter uero litterarum breuitatem ueredarii festinatione excusat 194, 25 *quantum in festinatione ueredarii potui, scripsi*, et nescio an non 208, 17 scribendum sit *quam* (*epistolam*), *deus testis est, dum de basilica remearem,* ⟨*ueredarii*⟩ *transcursione dictaui.* — 201, 13 facile mendum quod codices LTV possedit codicis B scriptura explicatur: *gemina uobis contingeret ex antefata concinnatione laudatio, quando crescente susceptorum deuotione ferretur* (*ferritur* B, *fertur* LTV) *in medium palma sermonis,* quam recte a me emendatam esse quae secuntur spondent: *uno eodemque usu et oris pompa multiplicaretur* (*multiplicatur* LTV) *et fidei.* eadem deprauatio in B inuenitur 226, 12 *ferritur.* — 220, 18 *absit adflictos dicere quos ad uos contigerit peruenisse: creatores* (*creatoris* codd.) *patriam opes non requirunt quos coronae uestrae cura susceperit.* mire hercle parentum suorum patriam eos non desiderare dixerit, cum parentum liberorumque patria eadem per se cogitetur et perraro diuersa, nec parentum tantum opes illi non requirere apte dicantur, sed opes omnino. cum igitur genetiuus *creatoris* non modo abundet sed sententiam

corrumpat, accusatiuus *creatores* reponendus est. *creatores patriam opes* copula non coniunxit, ut 133, 17 *quid mereatur persona causa proximitas*, 221, 8 *uide si mereantur a religioso bene nato locupleti iuuari ista quae praetuli* et exempla in ind. s. *asyndeton* collecta. uocabulum autem *creator* pro *parente* sollemne est, cf. ind. s. *creator*. — 221, 17 *quae enim recordatio potest esse peccantium, nisi occultis itineribus fauor caelestis operetur et per uiam mentibus insperatam* (*inspiratam* codd.) *quae propter peccata subripere poterat eliminetur obliuio*. haec insulsa uerborum coniunctio *uiam mentibus inspirare* ne in hoc quidem scriptore ferenda est. apte autem *insperata* uia dicitur, cum nullo modo obliuionem sublatum iri peccatores sperare possent. idem mendum B in uocabulo *insperatus* 155, 25. 276, 17 praebet. — 235, 7 *semper et hic quidem latentia inter lepores cubilia deligebas* (*dilegibas* B, *diligebas* rell.). cf. 387, 22 *in hoc dei famulus sedem delegit* (sic P, *diligit* BLTV). — 243, 1 *uos solacia rebus inpenditis, a me tenue* (*tenui* LT[1]V, *tenuis* T[2], *tenuae* B) *sermonis postulatur auxilium*. rerum auxilium opponitur et sermonis, quod suapte natura alteri cedere debet, siue a uiro potente siue ab exiguo praestatur. — 275, 18 *grates* (*gratis* codd., *gratias* p, *gradum* Sirm.) *referam qui suscepi officium laudatoris an arreptum praeconiorum tuorum iter ingrediar?* non enim se ipse interrogat, num laudes inceptas persequi an arreptum iter relinquere debeat, sed in praedicandis Theoderici factis tanta ei merita regis uisa sunt, ut incertus haereat an non gratiarum actione potius quam laudatione opus sit. — 284, 19 in gladiatoriis ludis, quibus plebs diuturna pace possessa quid in acie gereretur intellegeret *feriatis manibus frustra saucia mortis* (*sociae mortes* codd.) *ingerebantur aspectui*. certe *sociae mortes*, ut gladiatores Romanorum socii dicantur, pro *sociorum mortes* sine exemplo est. *saucia mortis* idem ualet atque *cruenta necis*, quae figura dicendi quam ab Ennodio adamata sit, exempla in indice p. 639 congesta docent. — 321, 20 (*caeli curia*) *nihil in illa decisione* (*dicisione* B, *discissione* LTV, *discessione* AR) *auctore se protulit* et 429, 14 *quam sortita est de huius constantia praesens causa decisionem* (*dicisionem*

B, *firmitatem* rell.). unde nescio an uerbis 236, 14 quae ut traduntur obscura sunt medela paretur scribendo: *uere dicerem, ⟨ni⟩si doleret ista decisio* (*discissio* codd.), *quod tales homines nec illa, quam dicitis nutricem mendacium esse, Liguria potuisset emittere.* uox *decisio* idem quod iudicium ualet. — 408, 21 *patricii Festus et Symmachus, omnium disciplinarum materia et constantis* (*constantes* codd.) *forma sapientiae*, nisi forte quis *constantes formae* i. e. *firma exempla sapientiae* praefert. sed oppositorum aequabilitas quod proposui commendat. — 409, 28 *uellem* (*uellim* B, *uelim* rell.) *illam omnibus Italiae partibus praeferri, ut quae non adquiescunt monitis formarentur exemplis.* lenius hoc remedium praestat fortiori *formentur* atque saepius B *uellim* pro *uellem* quam pro *uelim* exhibet. — 415, 25 *uere dignum et iustum est, ut quod a te, domine, accipimus pretio* (*precum* T) *saltem uocis* (*uoces* B^1, *uoce* B^2 L T V, *et uoce* Pb) *soluamus* (*aluamus* B^1). quamquam codicum auctoritate *uoce* non *uoces* constet, tamen *uocis* probabilitate non caret, nisi forte *pretio* et *uoce* sibi ut res et uerba opponuntur. utrumlibet elegeris, *accepimus* pro *accipimus* praestabit. — 418, 22 *cum post concretas hiemali torpore glebas et infrenata glacie flumina nouellas frondium tunicas gemma conscindit* (*conscendat* B^2L T V, *conscendet* B^1) *et cum auctore germinum domino nobis omnia reuiuiscunt.* coniunctiuus *conscendat* et prima codicis B manu et uerbo sequente *reuiuiscunt* repellitur. discindendi autem uerbum de hac re aptissimum esse alter locus C II 67, 4 *scinditur et teneras uua gerens tunicas* ostendit, atque rumpendi uerbo Vergilius usus est G. II 75 *gemmae et tenuis rumpunt tunicas.* — 429, 14 (ubi de Laurentii in componendo ecclesiae Romanae schismate laboribus meritisque agitur) *dicat aliquis forsitan rerum gestarum malignus interpres: quam sortita est de huiusmodi constantia praesens causa decisionem? quaerat qui finis* (*fines* codd.) *de laudato sudore contigerit.* non enim quaeritur qui uel uter litigantium Laurentii opera ad finem uel uictoriam peruenerit, sed qualis effectus sit qui euenerit, atque quid effectum sit eis quae sequuntur fusius exponitur. — 458, 12 *dictionum flosculi uer-*

nant et ridentia uerborum germina depingunt calathos exhibentes (*exhibentis* codd.). nimirum flosculi sunt qui calathos exhibent uel complent. — 463, 14 *aut ad directum homines agitis* (*augetis* codd.) *propositum aut mutatis obliquum*, nisi forte etiam *homines* in *hominis* mutandum est. litterae scilicet mores hominum ita regunt ut rectum iter teneant aut, si qui obliquum ingressi sunt, eos in uiam reducant. — 472, 20 *ut per militiam eius nec incendium urbes* (*urbis* BLV, *urbē* T corr.) *nec sacras corruptela uirgines* (*uirginis* B) *possideret*. mira cognoscitur in emendandis talibus codicum inconstantia, qui *uirgines* recte scripserunt, *urbis* intactum reliquerunt, nisi quod codex T errorem quidem intellexit, in adhibenda tamen medela lapsus est. — C I 3, 7 *iussa per augmentum nunc siluam perdere uitis* (*uites* codd.), *Frugibus ut crescat, uulnera conciliant*, i. e. uulnera efficiunt, ut uitis fruges ferat, eaque ideo folia deponere iubetur. — C I 21, 17 *Nihil uerendo martyre Confessor ille distitit* (*destitit* B), i. e. in nulla re confessor a martyre differebat. de constructione cf. Venant. Fort. IV 26, 131. — C II 61, 2 *Si deses* (*desis* codd.) *pastor fercula concilias, Ambitiosa fames lassato prodiga censu: Cornibus insultat, si taceat dominus*. de homine linguae sordibus horrente, qui amicos bene pascebat, agitur. hic, inquit, si indoctus et ingenii pigri est, sodales esurientes immoderati euagantur, rebus consumptis impudentia elati: idem mendum 64, 21 recurrit. post *censu* grauius interpungendum est; nam personarum uariatio *concilias*—*taceat*, si enuntiatum primarium duplici protasi circumdatur, displicet. — C II 117, 11 *Et nomen dulce est, de factis Mellisa* (*mellesa* LV, *mellosa* B) *dicor*. Schottus *dicta Melissa* proposuit metro satisfacturus. sed mea correctio lenitate praestat et nominis formis, quas in carminis inscriptione codices exhibent (*MELESAE* B, *MELLESE* L, *MELLESAE* V), commendatur.

Vocalis *i* pro *e* subrependi uerbo ita insedit, ut in quartam transiret declinationem, quod in his formis optimorum librorum consensu probatis obseruare licet: *subripere* 91, 10. 221, 17. *subriperet* 299, 18. 391, 14. 473, 3. *subriperent* 313, 14. 372, 4. *subripiant* 463, 13. *subripiat* 143, 4. *subripientem*

328, 17. 441, 14. *subripuerint* 503, 19. qui metaplasmus dum aliorum scriptorum exemplis, uelut Venantii Fortunati (cf. Leonis indicem p. 409, 418), confirmatur, alia id genus propter raritatem exemplorum incerta sunt, uelut 290, 1 *lacessire* (B post corr. LTV), 294, 1 *lacissire* (B), 355, 13 *lacessiret* (B[1] LTV), 44, 18 *dilitiscire* (BLV). restant denique nonnulla quae cum diuersis locis in optimis codicibus uarient, tamen ad unam formam redigenda erant. ita cum codicibus PT 469, 5 *districtum* pro *destrictum* — nam alibi (uid. indicem p. 661) meliores libri plerumque in hac uoce *i* uocalem seruant —, 190, 24 *pinnarum*, 179, 17 *pinnatae* cum B, 132, 15 cum BLV *sorbit* et 45, 13 *fulgit*, 354, 24 contra codices *Lirinum* (cf. 183, 3 *lyrinensis* BLT, 391, 28. 392, 9) edere debui.

In archetypo uocales *o* et *u* permutatae.

Minus frequenter, sed tamen non raro uocales *o* et *u* in archetypo permutatas fuisse codices nostri testantur, qui et in terminationibus uocabulorum *u* pro *o*, ut 1, 8. 12, 18 *quantus*, 4, 8 *uentus*, 10, 22 *fauius*—*torquatus* BV, *superatus*, 14, 23 *populus*, 15, 8 *confusus*, 18, 8 *fauus* BLTV, 21, 20 *pigrus*, 10, 9 *honus* LV, *onus* B, 33, 2 *carus meus*, 45, 10 *umerus*, 59, 2 *uniuersus* LV, multo rarius *o* pro *u*, ut 23, 20 *relato*, 41, 25 *angustom*, 50, 2 *canos* BLV, et in mediis uocabulis *u* pro *o*, ut 16, 4 *tutius* LTV, 49, 26 *gluria* L, 20, 17 *agricula*, 159, 15 *turpore*, multo saepius *o* pro *u*, ut 2, 15 *emolari*, 3, 13 *potetur* (cf. 26, 18), 28, 20. 10, 6 *consolatus* BL, 12, 15 *consolarem*, 12, 4 *repagola*, 17, 12 *effulgorat*, BLTV, 17, 18 *nebolosae* V, 19, 23 *adolationis*, 21, 17 *postolo*, 26, 20 *romolee*, 28, 6 *penicolo*, 30, 4 *tonicis*, 33, 2 *gerolus*, 46, 12 *gottis*, 36, 15 *dispolisset* exhibent. longe uero plurima uocabula, quae in archetypo hoc mendo uitiata erant, in recentioribus libris et editionibus recte tractata sunt; nonnulla tamen emendantes fugerunt uel praue curata sunt. ita scribendum uidetur: 72, 19 (*industria*) *apud uos domnos* (*domnus* codd.), *ut efficacem decet, innotuit*. cf. St. V. II 232, — 235, 8 *sed saepe latebram tuam qui presso ore uestigia rimatur* (*rimator* B, *rimatus est* rell.) *inuenit*. — 332, 16 *ut, quos forsitan ficta dicturus uelut inpudentiae meae con-*

scios (*conscius* codd.) *euitarem, eorum auribus relegam illa quae cognouit aspectus.* nam euitandi causam in audientibus potius quam in narrante positam requiri sententia docet. — 373, 10 *domesticum tibi semper est indulgere supplicibus, sicut superbos obprimere, sic in utroque fortissimus* (*fortissimos* codd.) *ibi per gladium, hic per temperantiam triumphos adquires.* fortitudo animi etiam temperantia exprimitur et regis ingenium hic potius describi quam triumphorum magnitudinem praedicari putauerim. — 459, 12 *educatus in puppibus aequor liquidum sine terrore nauta perlustrat, qui si ad terrena uitam ducat officia, nec itinera astris nec uentos* (*uentus* BLTV, *euentus* Pb) *deprehendit auspiciis.* tota imago recepta coniectura *euentus* obscuratur, cum utrisque et astris et uentis ad nauigandum opus sit. — C I 11, 20 (de Iona in uentre piscis) *Viuens sepulcra pertulit, Viuentis urnae* (*ornae* B, *ornet* b) *prandium.* haec coniectura, qua Ionas cibus uiuentis busti dicitur, non elegantia sed ueritate et fortasse uersu Lucretiano V 991 *uiua uidens uiuo sepeliri uiscera busto* commendatur. — C I 15, 26 *Exorna, sancte, posteros Auctore fultos* (*fultus* Bb) *nobili.* orat ut successores Ambrosii auctoritate eius et gratia adiuuentur. — C II 83, 5 *Respiciens lapsos* (*lapsus* codd.) *detersit nubila uitae.* — C II 110, 3 *Hic clipeus scutum* (*uotum* codd.) *est.* — C II 147, 6 *euoe* (*euue* codd.). — minus certum est quod C II 65, 10 *numen* (i. e. nutum) pro *nomen* proposui. — denique C II 82, 9 ubi quod sententia flagitat *hinc abiit* i. e. mortuus est (*hinc auo et* B, *hunc auo et* LV), quamuis litterarum uestigiis non proximum esse uideatur, confidenter dedi, librorum scriptura ex *habuit*, quod Alciatus suppeditat, orta est, ut 499, 10 *auoi* pro *habui*, 216, 13 *respoistes* pro *respuistis*, C II 104, 2 *cloit* pro *cluit* in B exstat, ex *habuit* uero nullo negotio uera scriptura recuperari potuit.

In archetypo litterae *u* et *b* permutatae.

Litterarum *u* et *b* permutatio, quae in archetypi non minus peruagata fuit (cf. ex multis exemplis 4, 1 *debium* B, 10, 2 *reserabit* BLTV, 36, 8 *ellubie*, 44, 10 *berborum*, 49, 4. 6 *iobantur*, 133, 14 *iubet* BL, 134, 5 *iuuit*] *iubet*, 142, 1 *iubetur*, 149, 18 *debutionis* pro *deuotionis*, 162, 21 *faborem*, 173, 13

inploraberam — 4, 19 *fiuola,* 11, 21 *optauit,* 13, 23 *gleua,* 16, 12 *fauellam,* 145, 14. 166, 3 *Sauini,* 175, 14 *postaueri* pro *posthaberi,* 271, 19 *obnuuet*), ubi genuinas scripturas oblitterauit, emendatio partim recentioribus codicibus partim ab editoribus oblata praesto fuit his paucis locis exceptis, qui etiam medelam exspectauerunt: 46, 18 *sed uos, quos libra peritiae in eloquii lance pensauit* (*pensabit* codd.). de uiris enim iam probatis loquitur. — 100, 3 *malignus interpres iudicium cordis naturae subdit imperiis et tollens saporem diligentiae sola iubendum* (*iuuendum* B V^2, *uiuendum* rell.) *putet obiectione pariendi.* liberis debita soluere parentes iuberi posse hoc uno argumento, quod illos pepererunt, malignus interpres arbitratur. cf. St. V. III 132. — 355, 7 *humilitas in eo pariter sentibat* (*sentiuat* B, *sentiebat* rell., *sentiuit* Boll.) *augmentum.* similes formae in indice s. *coniugatio* p. 651 collectae sunt. — C II 45, 12 *Lilia nam laurus oleas commixta rosetis De cultu proprium fecit habere* (*auere* codd.) *diem.* non iis habendi desiderium fecit, sed ut cultura lucem pretiumque possiderent effecit. idem mendum fortasse etiam 247, 12 in epistula ad Agnellam uiduam sanctam missa latet: *bene fecisti, domna Agnella, mundi istius blandimenta respuere et dum celsiora sequeris, etiam quae potuerunt uenire a legitimis remediis non auere* (*habere* codd.). plus enim *non auere* dicit magisque conuenit cum uerbo praecedenti *respuere.*

Aliae litterarum permutationes non tam pronuntiatione quam figurarum similitudine uel etiam sine ullo linguae aut formae adminiculo ortae sunt, neque, si litterae *t* deprauationem paullo frequentiorem exceperis, quam pluribus locis recte reuocasse mihi uideor (sic 140, 14 *tuum* pro *suum,* 162, 23 *te* pro *se,* cf. St. V. III 133, 219, 8 *te* pro *se,* cf. supra p. XXXVII, 398, 19 *te* pro *me,* C I 11, 19 *tetris* pro *terris,* proposui), alius ullius frequentior deprehenditur. quare quae reliqua sunt atque enarrationem desiderant, paginarum ordine persequar:

Aliae literae in archetypo permutatae. 23, 9 *salutationis honore et reuerentia soluta* (*saluta* B, *solita* rell.) *spero.* cf. St. V. II 240. — 46, 3 *ista quae sunt saecularium schemata respuantur, caducis intexta* (*intenta*

codd.) *persuasionibus, telae similia Penelopae.* si *intexta* pro *impleta* dixit, imaginem demum consummauit. — 50, 24 *nolo dicere quale fuerit quod inuitus restitui, quale etiam quod amoui* (*amaui* codd.). nam se subtraxisse quaedam de dictione, quam reddere cogebatur, ipse antecedentibus uerbis confessus est. *amaui* autem uix significare potest *amore retinui.* — 64, 14 *ob* (*ab* codd.) *hoc quod.* alibi enim *ob hoc* inuenitur (cf. ind. p. 688). — 80, 22 *conmentus* (*contentus* codd.). cf. St. V. II 251. — 158, 9 (*caritas*) *inter nos ab ipso uitae limine sumpsit exordium et per uarias profectuum uices* (*uires* codd.) *messem gratiae perduxit ad aream.* quid *uariae profectuum uires* in hac excultae amicitiae descriptione significent obscurum est. contra *uariae profectuum uices* ad studiorum officiorumque uicissitudinem, quae uaria sunt quibusque amici proficiunt adiuuanturque, pertinent. mendo contrario in uerbis 374, 6 *imperii radices uiribus* (*uicibus* codd.) *amputantur* Schotto mederi contigit. — 177, 4 *nec animorum serena coniunctio itinerum sequestratione mulcatur* (*multatur* BLTV; errore enim de LTV nihil notatum est), ubi *mulcare* discindendi uel separandi significatione usurpatum uidetur, nisi fortasse quod simplicitate commendatur *mutatur* praeferendum est. — 210, 18 *ago atque habeo gratias de his, quae mihi in prima notitiae* (*potitiae* BLV, *potentie* T) *fronte conlata sunt,* i. e. quae in limine cognitionis, cum amicitia nostra inciperet, a te accepi. cf. indicem s. u. *frons* et *notitia.* — 212, 21 *sic contulit beneficium qui poscebat* (*eoscebat* B, *exigebat* rell.). uerbum *exigebat* ex praecedenti uersu *quod uolebam prope inportunus exegit,* cum unius litterulae permutatione archetypi scriptura obscurata esset, satis inficete inuectum est. cf. 475, 3. — 235, 9 *ut maerores* (*matores* B, *maiores* rell.) *accenderes, te hominum coetibus submouisti.* quamquam uox *maerores* ad significandum desiderium parum placet. — 259, 15 *nec plus aliquid humiliat potissimos quam oblata* (*obtata* B, *optata* rell.) *sublimitas.* non enim optando dignitatem superbia temperatur, sed si cui optata dignitas re uera contigit. — 276, 22 *plus est occasum debellare* (*repellare* B, *rebellare* LTV, *repellere* b) *quam dedisse principia,* nisi

forte emendatio editionis principis praestat. nam si *repellare* pro *repellere* inrepserat, facile in uocabulo lenissima medela oblato *rebellare* librarii acquieuerunt. — 399, 11 *poposci in matrimonium cuiusdam nobilissimae et tibi bene conpertae paruulam filiam, protinus te ut anteueniret* (*ad te ueniret* codd. nisi quod *uenire* in B est) *procurante, quasi hoc a me sperari debuisset, exceptus.* Ennodius haec uerba ad deum dirigit, ut illud *ad te ueniret* prorsus nihili sit. neque *ad me ueniret* sententiae suffecerit, cum se ipsum filiolam poposcisse narret. domus potius illa poscentis desideria deo procurante praeuenit protinusque eum recepit. — 403, 16 (de Verecundia) *cum sudans Venerum* (*tenerum* codd.) *roscida colla feras.* quamuis tales genetiui in *-um* exeuntes apud Ennodium inueniantur uelut *pronubum caelicolum quadriiugum*, sine exemplo eos non admisit. deinde *Venerum* a poeta Ennodio non alienum esse putabitur, si Carm. I 4, 29 sq. 73 sq. contuleris. — 409, 25 *sic in naturam transiit honestatis diligentia, ut si uel mentiri uelit, non possit horrore* (*errorem* codd.), i. e. ita mendacium detestatur. errore uero ideo ea non mentiri dici nequit, quia praecedit *si uel mentiri uelit.* uoluntas cum errore aduersa fronte pugnat. eadem corruptela 449, 8 latuit *quid desideret horror* (*error* codd.) *ostendit: cogimur subuenire in necessitate paruuli, quam formido manifestat,* quo loco *horror* idem quod metus significat. cf. 252, 11. 275, 10. — 425, 3 *ramorum plexura* (*plectura* codd.) *diffunditur.* nam ut a *flecto flexura*, a *plecto plexura* formatur. — 475, 3 *sed scio* (*sedicio* B, *sed reor* rell.) *perire monita quae profligatis moribus exhibentur.* idem de hoc loco ualet quod supra de *poscebat* 212, 21 dictum est. — 479, 7 *ecce iam maiores ipsius prope quae obtinuerant sepulcra senuerunt et re ipsa* (*de ipsa* B, *de ipsis* LTV) *per diuturnitatem requirunt* (sic B, *fiunt* LTV) *busta iam tumuli.* ad integritatem loci recuperandam a codice B proficiscendum esse, etiam si eius auctoritas non tanta esset, in propatulo est; nam *busta fiunt tumuli* tam ineptum est quam *de ipsis* i. e. eorum opera. immo cum parentes per longa tempora prope ea loca, ubi se sepultum iri sperauerant, uixissent, ii profecto ibi busta sepulcri

quasi meruerunt eaque reposcunt. — C I 3, 11 *Ludit per faciem camporum rustica proles Respiciens duri dulce laboris onus.* iniuria *post satiem* poetam Horatianorum uersuum *Condita post frumenta* etc. imitatorem dedisse suspicatus sum. *faciem* uero cum de rebus aliis tum de agro ille saepius dixit (cf. ind. p. 666). neque minus uerba uersus 15 *cum rebus noster balbutit carmina sensus* integra sunt; *cum rebus* est cum natura, quae tempore ueris hilaritate abundat. — C I 5, 44 *Frigida per liquidas gestabam pectora limphas Ac siccis* (*nec siccis* ELV, *neccis* B) *oculis respexi marmoris iras.* quod libri exhibent, sententiae contrarium est, in qua Horatiunum *qui siccis oculis monstra natantia, qui uidit mare turgidum* imitando expressit. — C I 6, p. 521, 24 *res uirtutis est gaudium continere, fecundae* (*secundae* codd.) *diligentiae per elaboratum tramitem luculentae dictionis ostendere* (sc. *gaudium*). fecunditate amoris sola explicatur, cur gaudium prodere cogatur. — C I 7, 22 *In uetulum dexter si uertas plectra cadauer, Primaeuum facias aeuificante* (*aedificante* codd.) *lyra.* propter proximum *primaeuum*, quod non sine consilio usurpasse uideretur, poetam lusisse et *aeuificare* de uiuificando cadauere noue dixisse putaui; probabilius tamen est ex sacra scriptura uerbum illud petitum esse, ubi aedificandi templi imagine Christi resurrectio saepius indicatur. — C I 9, 30 *Hunc* (*nunc* codd.) *precor ut dictis adsit.* nam ille qui rogetur, inde a uersu 18 *magis ille ueni nunc spiritus, oro* accuratius descriptus est. — C I 13, 26 *instat* (*instar* B). — C I 16, 14 *Serpens uenena propulit* (*protulit* B), quae coniectura C II 7, 2 *nam serpens ecce uenena fugat* confirmatur. — C II 16, 8 *Qui polit ingenuum* (*ingenium* codd.), *sic facit esse suum.* de auro agitur, quod rude scrutator quidem pallidus egerit, qui uero arte tractat, proprium ei pretium parat. — C II 111, 22 *Visceribus plenis nescit obire* (*abire* codd.) *fames.* famem in horto regis exulare dicturus est, quem semper ibi adesse uerba *nescit abire* affirmarent. *obire* idem quod aduenire uel adesse significat.

Iam timendum est ne longa disputatio de archetypi mendis legentibus taedio fuerit aut in inuestigandis iis sanandisue

nimia uituperetur audacia. sed unum altero excusari peculiarique et scriptoris et codicum indole ueniam impetratum iri sperabam. nam quaedam mendorum genera latius quam alibi in eo peruagata esse nisi exemplorum multitudine certo demonstrari nequibat, his autem semel perspectis etiam leuiores offensiones in dictionis insolentia aut obscuritate positae maximum deliberationis momentum faciunt. quas uero coniecturas in hac praefatione breuitatis causa confidentius proposui, eas in oratione ipsa constituenda, ne cui imponerem ueritatisque inuestigationem praepedirem, parce et modeste adhibui et quamuis de probilitate earum non dubitarem, ubi tamen altera emendandi uia patebat, in notis tantum locum concessi; ibi etiam coniecturis quasi breuissimis indicibus, quibus orationis uerba difficultate laborare uideri legentes aduerterem, usus sum.

De archetypi orthographia. Priusquam praefandi finem faciam, pauca de rebus orthographicis et codicum et editionis addenda sunt. atque eas scripturas, quae ad rem criticam exercendam alicuius momenti uidebantur, ut litterarum *e* et *i*, *o* et *u*, *u* et *b* permutationem frequentem supra iam tractauimus. quod ibi obseruatum est codicem B archetypi apices summa religione exprimere et retinere, alterius uero familiae libros rubiginem antiquam, quam ille traxit, unum plus altero extersisse, id in uniuersum ualet. qua de causa hoc assequi studii, ut minima quaeque ex codice B adnotarentur et qua potui accuratione pretiosi libri etiam in rebus futilioribus uerissima imago exprimeretur, quae uero in reliquos libros post archetypum inrepsisse constaret summatim hic illic significare satis haberem. codicem B uero etiam in scribendis uerbis ita secutus sum, ut quoad licuit inaequalitatem eius in rebus arbitrariis non sine uituperationis metu imitari quam arte tam facili quam fallaci corrigere mallem. a qua ratione sicubi me desciuisse deprehenderis, errore non consilio id factum esse concedo ueniamque excusationis me inuenturum spero. ita etiam intra artiores fines adnotatio retineri potuit et scriptorem sibi ipsum in his rebus non constitisse eiusque ab exemplaribus codicem B proxime abesse mihi quidem ueri similius uidetur. ita Ennodium aut *epistula adulescens* aut *epistola adolescens* scripsisse codi-

cum auctoritate, quorum B uocalem *u* multo saepius quam L et V, uocalem *o* uero totidem fere locis exhibet, contendi non poterit, sed utramque formam eum usurpauisse ueri similius est. idem de assimilatione consonarum ualet, nisi quod codex B assimilationis tam fastidiosus est, ut paucis locis exceptis prorsus eam neglexerit atque hoc studio etiam ad formas uelut *Adlecto* pro *Allecto* 503, 14 aberrauerit, dum reliqui eam plerumque adsciscere solent. quae diuersa codicum ratio ut plenius cognoscatur, in Epistulis primi libri has discrepantias in adnotationem criticam recepi, ubi uero a codicis B scriptura recessi, eam ubique adnotaui. in aliis uelut in consonarum geminatione atque aspiratione eius auctoritas mihi non ea uisa est, quam tuto sequi auderem. quin etiam quae alioquin recipere non dubitassem reieci, ut *loquella* (*loquella* aut *loquilla* B exhibet 1, 5. 17, 4. 24, 5. 34, 9. 35, 13. 38, 6. 46, 8. 68, 11. 86, 13 al.), *querella* (*quaerella* aut *quaerilla* 4, 19. 22. 102, 1. 121, 5. 231, 10), *medella* (*medella* aut *medilla* 33, 19. 81, 22. 160, 1. 196, 8. 161, 20. 169, 24. 294, 17. 428, 1. C I 21, 20), uel etiam *comminus* C I 9, 60, *cottidianus* 267, 23. 277, 21. 284, 10. 333, 20. 337, 24 et quod magis incertum est *rennuo* 29, 9. 294, 15 (BV). 436, 14. 490, 6. 491, 17; idem enim *anullum* 397, 20, *cautilla* 348, 8, *cautillitatem* 206, 2, *callor* 215, 23, *fallerae* 452, 11, *illico* 275, 9. 397, 13, *mallesuada* C I 4, 72, *mellaetus* pro *me laetus* C I 5, 49, *nollit* 67, 23. 76, 13, *uellim* 30, 21. 184, 4. 409, 28, *uellem* pro *uelim* 20, 8, *uellit* 148, 13. 179, 11. 370, 15. 408, 18. 409, 25. *parentillae* 159, 16, *stilli* 267, 17. 402, 8, *tullisti* 495, 7, *tutellam* 154, 13, *uillitatis* 394, 21, *lammina* 26, 21 (BV), 377, 5 (BLV), *emmenentissimo* 218, 14, *immaginibus* 472, 5, *remmuneror* 209, 19, *balbuttit* C I 3, 15, *committabatur* 369, 15, *littaui* 194, 16 (cf. 170, 27 *emittendo* B, *imittando* T), *sanccimus* 413, 26, *redditurum* 196, 4, *additum* 223, 7, *raddiabat* C I 5, 48, *deffectum* 267, 22, *repperiuntur* 277, 9, *curratio* 215, 2, *Blessillam* 195, 27, *caessa* 270, 25, *cassarum* C 1 5, 19, *cassa* pro *causa* 207, 12, *excussari* 258, 18, *messeriam* 243, 22, *misseris* 378, 3, *occassio* 213, 1. 256, 3, *promissi* 202, 9. 203, 2 exhibet. hic

illic uetus corrector unam litteram expunxit. multo rarius uero in contrariam partem peccatur scribendo *falendo* 188, 20, *solicitare* 205, 20. 387, 25, *aloquiis* 219, 17, *excelentissimi* 242, 7, *Tranquilinum* 251, 5, *stilis* pro *stellis* C I 5, 36, *concenatione* pro *concinnatione* 199, 11. 201, 12, *offere* 210, 21, *Symacho* 133, 19, *sugerebat* 235, 21, *ocasio* 223, 6, *posit* 223, 19, *eclesia* 243, 4. 307, 17 al., *promisionis* 259, 23, *literarum* 212, 19. aspirationem pari inconstantia modo ponit modo neglegit neque ea in re reliqui libri sibi magis constant; itemque inter *ch* et *c*, *th* et *t*, multo rarius inter *ph* et *p* fluctuant; pro *ph* uero saepissime *f* scribitur. per codicem B igitur, qui *incoatio* praebet, 192, 8 et 202, 11 *incohatio* scribi potuit, sed reliquorum consensum sequi paullo tutius uisum est. denique non raro, ut par est, *ae* et *e* et *oe*, *y* et *i*, in uocabulo *cymbă y* et *u* (cf. 1, 5. 47, 7. 378, 12) et cum uocalium *e* et *i* sonus, ut supra uidimus, maxime similis esset, etiam *e* (*oe*) et *y* hic illic (cf. *peri* pro *pyri* 8, 24 BLV, *laberinti* 304, 15 BLV (cf. C I 1, 31), *hercane* 505, 14, *lyrinensis* 183, 3 BL, *Cythegus* 195, 27 B (cf. 409, 5), *emineis* pro *hymenaeis* 443, 17 BLV, *Cyrilli* pro *Choerili* 283, 1 BLV, *Syres* pro *Seres* 285, 20, *myfiticam* 297, 7 B, *Lyrneum* 504, 17, *cytheris* pro *ceteris* 504, 14 LTV) promiscue ponuntur. haec uerbo tetigisse satis est, cum ille, cuius plene ea scire et peruestigare intererit, in adnotatione quae alicuius momenti erant etiam ex codicibus L et V deprompta inuenire possit.

Inter uerba auctoris et apparatum non solum scriptorum locos, quos ille respicit, sed etiam quorum memoria inter scribendum ei obuersari potuit, posui. qua in re cum quam uires uoluntatem defecerint non nesciam, tamen progredi quoad possem quam omnino nihil tentare satius duxi. nam uerba nonnulla sic iam melius intellegentur aut a corruptelae suspicionibus defendentur; sunt etiam ubi hoc externo argumento coniectura stabilita est. maxime autem ad eruditionem scriptorumque cognitionem, qua Ennodius imbutus fuit, rectius intellegendam contulerunt. si quid uero in hac re profecisse uidebor, uiris amicis Antonio Zingerle, qui

suis collectionibus uberrimis me uti passus est, collegae optimo et doctissimo Carolo Schenkl, qui praeterea carminum emendationem strenue adiuuit, Iohanni Huemer Sedulii futuro editori permulta me debere libenter grateque fatendum est. denique et ministeriis publicis bibliothecarumque praesidibus, quorum liberalitate codicum excutiendorum copia facta est et uiris doctissimis, A. Iue, G. Loewe, A. Mau, G. Meyer, G. Meyncke, W. Nolte, H. Sedlmayer, V. Thumser, Fr. Vogel, quorum opera in conquirenda materia usus sum, maximas gratias ago. Fr. Vogel, qui in Monumentis Germaniae Ennodium editurus est, summa liberalitate suas de codicibus obseruationes mecum communicauit meosque indices utilissimis additamentis auxit. I. Zechmeister optimae spei iuueni praematura nobis morte abrepto, qui dum ante hos duos annos in Italia uersatur, quicquid Ennodio prodesse poterat congerebat, quae debentur gratias reddere non sine maximo animi dolore iam nequeo.

Vindobonae m. Martio a. 1882.

Guilelmus Hartel.

INDEX OPERVM.

MAGNI FELICIS ENNODII

OPERA OMNIA.

A = codex Parisinus saec. X nr. 9629 (= Suppl. lat. 840). cf. pag. 123. 287. 433 et praef. p. XXIII sq.
B = codex Bruxellensis saec. VIIII nr. 9845. 9846. 9847.
D = codex Monacensis saec. XVI nr. 110. cf. pag. 260 et praef. XXI.
E = codex Escorialensis saec. XIII nr. d. III 22.
L = codex Lambethanus saec. VIIII—X nr. 325.
M = codex Magliabechianus saec. XIIII nr. J, 6, 29. cf. pag. 260 et praef. XXI.
P = codex Vindobonensis saec. XV. nr. 745.
R = codex Vaticanus saec. XI—XII nr. 630. cf. pag. 123. 287. 433 et praef. pag. XXIII sq.
T = codices Trecenses saec. XII–XIII nr. 658. 461. 469.
V = codex Vaticanus saec. VIIII–X nr. 3803.
b = editio princeps Basileae 1569.
Schottus = editio Schotti Tornaci 1611.
Sirm. = editio Sirmondi Parisiis 1611.
praeterea cf p. 287

MAGNI FELICIS ENNODI

EPISTVLARVM.

LIBRI VIIII.

LIBER PRIMVS.

I.

ENNODIVS IOHANNI.

Dum salum quaeris uerbis in statione conpositis et incerta liquentis elementi placida oratione describis, dum sermonum cymbam inter loquelae scopulos rector diligens frenas et cursum artificem fabricatus trutinator expendis: pelagus oculis meis quod aquarum simulabas eloquii demonstrasti. deus bone, in quantos se usus diues lingua dispergit! cum uoluerit, saeuit ut bestia, currit ut fluuius, fluctuat ut profundum, et quamcumque fucatis uerborum imaginibus pingit speciem ueri adstipulatione repraesentat. timere te scriptionem quasi fronte tener insinuas, dum declamationum pompam refuga laudis deposcit assertio et fit auara gloriae, dum pudori parcere se

I. 2 iohanni *BLV*, ioanni *Tb; inscriptiones partim om. partim manu altera eaque recentissima additas exh. P, quare eas neglexi* 3 salum (u *ex* e *corr.*) *B* uerbis *B s. l.* in *om. b* conpositis *B ut solet*, compositis *LPTVb* incerta] maesta *Pb* 4 discribis *LV*, discribsi *B*, descrípsti *coni. Schottus* 5 cimbam *PT* loquellae *B*, loquele* *L* (s *eras. uidetur*), loquele *T; ubi L et T uel alteruter solus* e *pro* ae *exhibet quod fit saepissime locis paucis exceptis nil notaui* frenas] fredas *B s. l.* 6 expendes *B*, ostendis *Pb* aquarum] frenas *add. B* 7 demonstrati *T* bene *B* 8 quantus *B* se usus] sensus *b*, se uisus *coni. Barthius Aduers. p. 945* diuis *B* 11 astipulatione *T*, adstipulationem *B* timeretur scribtionem *B* 12 declamationem *B* 13 poscet *B* pudori *BPb*, pudore *LTV*

ostendit, peregrinam mentita formidinem. ago atque habeo gratias, quod nobilia rudimenta facundiae tuae in amici, quantum aestimas, praeconiis consecrasti. et licet non agnoscam mea esse quae loqueris, religionem tamen narrantis amplector, diligentiam pectoris laudo, quam gratiae per sudum rutilantis luce dedicasti. tibi fax ista praetenditur, quam in opinione mea blandus elocutor accendis: ego noctem conscientiae meae, etsi non fugio, noui tamen aestimare. graues hiatus patitur alienae gratiae commissa credulitas, quamquam omne crimen transeat qui uult decipere confidentem. gaudia tamen de te mea epistularis alloquii dotibus adimplesti, dum nouitatem sensuum monstras serenitate sermonum et ueteris decora prosapiae nouelli uincis nitore conloquii. sat fuerat parentum tuorum desideriis seniora te familiae ornamenta aemulari: uincere posse, sicut nemo credidit, ita nullus optauit. uides quantum ad unguem polita conuersatio pretiis bene nascentis adiungat? quod iubar sanguinis praestitit superauit industria castigantis. credidi uotorum summam fatigari, si te natalibus reddideris tuis, illud non expendens, quid claritati tuae cohabitator infunderet. sit forte in aestimatione arbitrii mei defrudata cognitio. neminem credidi ad Olybrium peruenire,

1 fortitudinem *b* abeo *B* 2 amicis *T* 3 quantum] quem tuum *coni Barthius* extimas *Pb; ita* ext- *pro* aestimare aestimator *P fere ubique ut alii saec. XV. codices Ennodiani saepissime, quod Basileensis editor nonnullis demum foliis impressis obseruasse uidetur* 7 oppinione *L* locutor *Pb* 8 ᵃᵉˢtimare *L*, estimare *PT*, extimare *b idque defendit Barthius cum idem atque 'a nimiis praeconiis seiungere' ualere opinetur* grauis *BL* 9 partitur *L*¹ quāquam *B*, quanquam *LTV* 11 mea de te *Pb* epistularis *B*, epistolaris *LPTV* aloqui (i *suprascr.*) *L*, aloquii *P* 13 conloquii *B et sic plerumque*, colloquii *LPTV* 14 te *om. P* 15 emolari *B* 16 uidis *B* 18 fatigari fatigaris *T*, fastigari *fort.* 19 reddideris tuis *scripsi*, reddidisu|is *B*, reddidistis *LP*, credidistis *V*, reddidisti *Tb*, reddidisses *Sirm.* claritatis *T* 20 stimatione *B*, extimatione *Pb;* sit, fero, in extimatione (*i. e. sequestratione*) *Barthius* arbitrii mei *V* i mei *in ras. m. 1* 21 defrudata *V*, defrutata (d *suprascr.*) *B*, defraudata *LPTb* olibrium *BLPTV*

quem uicinis calcibus pernix insecutor adiunges, beatum facturus nempe, si uiceris. deum precor, ut adolescentia in te, quae perfectionem primordiis monstrant, bonae frugis germina conualescant. domi habes unde exhortationis meae uiua sumas exempla. te pater morum tranquillitate, socer eloquentia similem producat. si me uoti reum facere caelestia regna dignantur, unum precor, ut mei meminisse digneris, ne illius, cuius perfectionem inter dicendi simulacra meditaris, obliuionis quoque par esse contendas. sed ad epistulae morem reuertar, quam affectio tua in longum produxit. salue, mi domine, et amantem tui frequentibus cole muniis litterarum, ne amoris contestatio sola, sicut in quibusdam esse solet, praeuii in te putetur extitisse sermonis.

II.

ENNODIVS FLORO.

Noui me duram cepisse prouinciam et grauem sarcinam humeris infirmis adtollere, qui sublimitatem tuam quantum ad me quietam uerborum stimulis excitaui. sic minaces dente bestias inualida lacessit adulescentia et dum maiora uiribus prouocat, quod euenire optat spectaculum putat esse, non proelium. sic mens congressionis ignara certaminibus ante periclum debet affectum. leonis rabiem et quam Libya alit bestiam quam te lingua censeo mitiorem. quae me praecipitauit inscitia? qui animi feruor a cognitione tui peregrinantem

1 uicini *T* adiungens *T*, adurges *fort.* 2 ui*ceris *L* aduliscentia *B*, adolescentiae *Pb* 3 perfectionem *B*, *om. LPTVb*; quae primordii se monstrant *fort.* (*cf. Wiener Studien II p. 234*) 4 exortationis *LPV* 6 reum uoti *L* celestia *LPT et sic hi plerumque* 7 unum *T* num *minoribus litteris in mg. add.* mei] sedulo *add. B* 9 aepistulae *B* 10 quem *BL* 12 solet in quibusdam esse *LPTVb* praeuii in te] praeuii sine re *coni. Barthius* 13 potetur *B* exstitisse *L*

II. 16 prouintiam *LTV* 17 *umeris *L* h *eras.* infirmus *B* attollere *LPTV* 18 minacis *LT¹V* 19 sinualida *B* aduliscentia *B*, adole- *LPTV* 21 prelium *L* 22 periclum *BL*, periculum *TV* libya *B*, libia *LPTV* alet *B* 24 inscicia *T*, insicia *P*, inscia *b* qui animi *BPb*, quia nimis *TV*, qui animis *L*

duxit in deuium, ut nescirem quid intentioni lacessitus deberet, qui semper contumelias primus incipit, qui in iniuriarum gymnasiis numquam meruit posthaberi? clericorum certe exercitatissimus maledictor, qui ad eos semper nouelli et acuti dentis morsus exhibuit, quem euadere ad unguem ducta uita non meruit, cui cessit omnis eruditio et quasi cometen sidus religiosorum fugit uniuersitas: hunc ego inprobus et fronte debilis excitaui. hac fiducia prouocassem uentos ad flandum, ad cursum flumina, Faustum meum ad facundiam, qua te ad garrulitatem loquendi parcus ferratis uerborum calcibus animaui. ignosce, quaeso, et quod in aliis uitium putas, taciturnitatem amantes sperne, abstine a responsis, prouocantem damna contemptu. tecum decertet de mediis curiae sinibus eductus: circa Gallum prosapia conticesce: silentii tui, si praeuales, talione multetur. caue, mi domine, ne incipias minorem loquacitate prouocando humilis aestimari. quid enim laboris est iacentem in ea parte superare et triumphum de eo ducere, qui se ante conflictum inparem confitetur? esto mihi tamen apud domnum Faustum amoris mei fibula, si querelas quamuis angustas et rusticas studes euadere.

III.

FAVSTO ENNODIVS.

Acta est causa desiderii mei beneficio querelarum: meruit inpudentia quod negabat urbanitas. diligentiam sancti pectoris,

1 debium *B* 2 in *B*, *om.* *LPTV* gimnasiis *T*, gemnasiis *B* 3 nuquam *LV* 6 cometes *B*, cometem *P*, comitem *b* sydus *Tb* 7 ego *BLPTV*, ergo *b* inprobus *B*, improbus *LTV* 8 fidutia *LT* uentus *B* 10 pacus ferratis *L* 12 amantes *B*, amantis *LPTVb* prouocentem *B*, procacitatem *b* dampna *LP* 13 medii *T* sinebus *B*, senibus *V*[1] *corr. m. 1* 14 circa] cura *T* conticisce *B* praeualis *B* 15 multetur *B*, multemur *LPTV*, mulcemur *b* loquatitate *L* 16 extenuari *b* 18 imparem *LTV* *ut solent* 19 dominum *PTb* fiuola *B* quaerellas *B* 20 studes *B* e *in ras.*

III. 22 Ennodius Fausto *b* quaerellarum *B* 24 impudentia *LTV*

quam artifex silentium tegebat, elicui: taciturnitatem, quae ad fomenta ardoris mei parata fuerat, terminaui: prorogando uiles paginas pretium uincentis accepi. sic usuram cultori uexatis reddit uber terra cespitibus et feturam nobilem de singularibus parturit gleba germinibus: sic ad uocem unius hominis montium secreta respondent et dum angustus clamor uincitur, ualitudinem suam elementa manifestant. euangelicis tali facto obsecutus oraculis fructum de praecepti sum ueritate sortitus, cuius declarat instructio, quod pulsanti saepe surgat et tribuat deus, si non propter meritum, uel propter inportunitatem. facessat posthac infidelium male cauta discussio: integritati sententiae periclis praesentibus idoneus mihi testis adstipulor. frequenti oratione optata promerui: concessum est precum adsiduitati quod negabatur examini. debeo uobis amicitiam, querimoniae meae, quas, dum uotis effectum tribuitis, plus amabo. fuerit licet origo uestra a iusto dolore ueniens, frequenter a uobis, postquam praestitistis, etiam inlaesus incipiam. delenificam allegationem amplexus epistularis alloquii ago atque habeo gratias, quod me diu tristium noluistis esse participem. fecistis hoc forsitan uoto et studio consulentis: sed adscribo peccatis meis, quod maioribus, dum temperatis alloquio, sum iactatus angoribus. mihi uni in aduersum prouisa contingunt, dum grauiora semper in maerore aestimo quae tacentur, quia credo quod de mediocribus saepe communicentur uerba languoribus, cum proximitas funeris imperet silentia cito

2 fuerant *L* 3 precium *LT*, praetium *B* usuram *B* s *in ras.* 4 uexatis *B* uber *om. b et Sirm.* caespitibus *B*, cespistibus *L*[1] 7 elimenta *B*, aelementa *LV*, et elementa *Pb* 9 sortius *L*[1] 10 deus et tribuat *LPTVb* importunitatem *LTV* 11 discusio *L*[1] 12 sententiae] sine *Pb* periculis *PTb* idoneis *B* 13 astipulor *LTV* 14 assiduitati *LTV* 15 quaerimoniae *B* quas *B*, quam *LPTVb* tribuites *B* 16 orago *L*[1] 17 illesus *T* 18 delenifica cā *T* epistolaris *T in ras. m. 2* eloquii *LPTVb* 20 fecissetis *B* 21 ascribo *LTV* 22 michi *T et sic saepissime* 23 merore *BLTV* 24 comunecentur *T* 25 langoribus *BL*[2]*V*

rumpenda. deo gratias, qui ea quae dura aestimantur clementia bene uertit et quae ex merito nostro uentura collegimus ex sua facit miseratione transferri. uoluissem tamen talem circa paruitatem meam dignatio uestra tenuisset affectum, ut quem comitem saepe gaudiis adhibuistis cum eo elegissetis etiam aduersa partiri. an putatis tale beneficium in acceptum me esse relaturum, si ab aestibus pectoris uestri tamquam male fidelis excludar? non est, ut uideo, apud uos mei ratio dispensata consilii. ego mihi perire gratiam puto, nisi eam rerum omnium uobiscum communicatione nutriatis. desinite, quaeso, in hac mihi parte consulere uestra inpendio uerba cupienti: cui si uotiui negentur affatus, fatiscam, ut terra cui caelo nihil liquitur nec uenas suas suco bibuli humoris infundit, unde innatis alimenta culmis exhibeat et ad falcem grauidas aristas adducat. ut piscis aqua abstractus uitalibus indumentis priuatus extinguitur, sic ego subductis alloquii uestri fluentis interimor. quaerant alii quod delectet, ego res ad animam pertinentes expostulo: mihi non tam delicias uerba uestra pariunt quam salutem. rem fateor nullis coloratam fucis, nullis nebularum depictam mendaciis, quia non sum simulandi artifex: decerptum aliquid uitae meae censui, dum tacetis. male uos fideles adseritis, si ad aures meas generaliter deflenda per uos deferantur incommoda, quasi nescire alicui Christiano liceat malum, cui Roma subcumbit. barbaras nationes et a nostro limite toto pene orbe discretas, continuis haec conicio lamentis ingemescere et ad solacium nostrum lacrimas commodare. huius rei magnitudo uestra adhibere se indicem fugit, ut in

1 existimantur *b* 2 colligimus *T* 3 quod talem *Pb* 7 estibus *B* peccoris *T* tanquam *TV* 9 gratiam perire *T* 10 nutriaris *L*[1]*T* designite *Pb* 11 impendio *LTV* 12 qui *b* fatiscam *B*, fatiscat *LPTVb* 13 nil *T* liquitur *B*, linquitur *LPVb*, linqui*t̄ *T* succo *Tb* *umoris *L* 15 aristat *L*[1] *ut uidetur* 16 uestris *B* fluentis *B s. l.* 18 dilicias *B* 20 non] n̄//// *T* 21 decertum *L* 22 asseritis *T*, adseretis *B*, asserimus *Pb* 24 subcumbet *B*, succumbit *LPTV* 25 discretas *B*, diuisas *LPTVb* conitio *T* 26 ingemiscere *TPb* solacium *BPT*, solatium *LV* 27 ad*ibere *L* h *eras.* iudicem *Pb*

perniciem meam fallacium nuntiorum diabolica cum securitate uota mentiantur, ut non sit ad cuius ueritatem post fabulas redeam nec qui animum meum ueri demonstratione sustentet. caue faxis, mi domine: uobiscum mihi alia res est: aliud fori ius, aliud triclinii. audiat te quae in conuersatione publica didiceris familia domestica retexentem: subiectorum animos et fideles ut putatis mentes relationum uestrarum cibis alite, ne ieiuna amicorum corda talibus ferculis inpasta moriantur.

IIII.

FAVSTO ENNODIVS.

Anagnostici fidem secutus et suadae orationis sapore prouocatus, pene uitium esse credidi rem uirtutis et dum plus sermonum diademata credo ualere quam conscientiam, culpam quam mens non agnoscebat incurri. non sic ceruis sibilo artificibus insidiis blandus uenator inludit, non ita pinnarum mentita formidinem discoloribus fucis ultro expetenda retia manus magistra conponit, quemadmodum me captum et sponte capistris ora porrigentem magnitudinis uestrae tenuere sermones. commissi nescius uobis inpugnantibus diu utrum essem innocens inquisiui. aliud sentiebam de epistula uestra, aliud de proposito meo. quis rogo fuit patrandi sceleris tam uenustus admissor, qui purgationem crederet, si alieno se fateretur praecepto suo

1 pernitiem *T*; *syllabarum* ci *et* ti *permutationes in his codicibus non infrequentes quas T et L soli exhibent nisi ubi momenti esse uidebatur non notaui* fallaciam *L* 2 ad *B s. l.* 4 aliud fori ius aliud *b*, alia fori uis (ius *BL*) alia *BLPTV* 5 triclinis *L*[1] conuersationem *B* 8 inpa***scha *L* sta *eras.*

IIII. 11 anagnostici *Sirm.*, anagnistici *BLPTV*, amici *b*, anagnostae *uel* anamnisti *coni. Schottus in mg.* suade *B*, suauae *LV*, suaue *PT*[1], suaui *T*[2]*b* orationi *T* 12 poene *B* esse credidi rem *B*, esse crediderim *LTV*, crediderim esse *Pb*, credidi rem esse *coni. Sirm.* 14 sibylo *LV* 15 illudit *T et sic plerumque* ll *pro* nl formidine *Pb* 16 manus *om. B* magistra manus *T* conponet *B* 17 capists *T* 19 uobis *om. B* impugnantibus *LTV* 20 epistola *LTV* 21 uenustus *scr. Sirm.*, uetustus *BLPTVb*

militare flagitio, cum nemo de se confesso iuste credere possit crimen alienum? sed credo iuris et legum expertem fuisse personam et sola calliditate conpositam, cui etiam imitandi in scriptione aliena imaginem ueritatis usus indulgeat et proprietatis simulacrum lenocinia pudenda concilient. nolo cuiusquam nomen incessere nec contra conscientiam accusantis subire personam: sufficit pudorem meum in statione constitui: alios iactent incerta uentorum. ego tamen, etsi imperare talia calcaribus amatae lectionis adigerer, patriarcharum me imitatione defenderem. furto Iacob primogeniti fratris uicit aetatem, cuius beneficio principatum obtinuit, quem natura non dederat. Dauid dum lustraret deuia studio fugae et angusta terrarum, propositionis panibus famem depulit et contra legis uetita, quae minores habet aculeos, esuriem corporis effugauit. ego inediam, quam de diuinis libris anima inpastus conceperam, marcentibus diu debui tolerare uisceribus, donec concepta lues ad uitalia secreta percurreret. Daniel propheta diuina dogmata regiis subduxit penetralibus, quae ad instructionem suam pudicus et imitandus raptor adiunxit. quid iuuat ire per singula, cum ad munimen inpugnatae una sufficiat de commemoratis persona conscientiae? quae tamen uerecundiae suae et naturali ut ita dixerim debilitati ante necessaria petitione prospexit. nam et si sum post negationem, qui me reum fecerim, aestimate. doctorem Libycum adseritis sublata a se pyri poma fleuisse. merito lamentis expiandum est quod cum pudoris dispendio uenter adquirit. uilia fuerint forte quae sustulit aut neglegentia aut usu aut tempestate peritura, non fuit culpa uacuus tamen iuxta apostolum raptor: carnem quam animam plus amauit.

2 fuisse* *L* 3 compositam *LTV* qui *b* 4 scribtione *B* alienam *T* usus *B*, *om. LPTVb* 5 simulachrum *T* c *ex* t *corr. m. 2* linocinia *B* 7 personam] pan *T* 8 iacent *Pb* inperaret alia *B* 9 amatae *BVb*, amate *LPT*, armatae *scr. Sirm.* 12 angustia *T* 15 inaediam *V* 17 danihel *BLV* 18 pedicus *B* 20 inpugnantae *L*[1], impugnate *T* commemoratis] numeratis *Sirm.* 23 aestimatae *B* 24 lybicum *L*, libicum *T* pyri *Sirm.*, peri *BLPTVb*, puero *Schot.* 26 acquirit *Vb* negligentia *LTV* 28 amabit *BLPTVb*

Tobias propheta huiusmodi commissoribus occurrit et diuina uoce testatur dicens: non licet nobis aliquid manducare furtiuum. cum dixisset manducare, non dixit: non licet nobis aliquid lectitare furtiuum. Iosiam, ut narrat historia, subrepta papyrus instruxit. ego homuncio hoc non facerem, quem uos contra ingenii uires ad scientiam diligendam uerborum stimulis foditis? sed reuertor ad uirum optimum, praefati, quantum scribitis, sceleris admissorem, qui in utraque parte fidem uiolans nec uos securitate nec me facti, si scripsi, perfectione donauit. contingat mihi salua magnitudine uestra coram posito secundum mandata dei tanti uiri, prout habet animus meus, terga mulcare.

V.

FAVSTO ENNODIVS.

Abundantem dei misericordiam precatus commendo ipsi anni felicis auspicia et beneficiorum eius muneribus sublimis iam consularem uirum quasi aequalis adgredior. hactenus trabealis coturni pompam familiae nostrae peregrina ornamenta tribuebant et pertinere nos ad eum magis adfinitate quam genere gaudebamus, qui anno nomen inposuit. munus erat, non debitum, quod inter curulium possessores diligentum fabulis addebamur. quotiens nos obnoxios sibi fecit lingua, quae apud alios exaltauit, ut commutato condicionis ordine alienis nostrae nobilitatis insignia stipendiis deberentur? at nunc facessat inuidia. uetu-

2 Tob. 2, 21 5 Terentius Eun. vs. 591; cf. August Conf. I c. 16

1 comissoribus *T*, commessoribus *B* 4 flectitare (in) *L* in *s. l. m. 2* historia* *L* 5 papirus *PT* homucio *B*, homuntio *PT* 7 fodetis *B*, fouetis *LPTVb* 8 admessorem *B* 9 factis si scribsi *B* 12 mulcare *T sed* c *ex* g *corr.*, multare *Pb*

V. 14 Ennodius Fausto *TV* 15 habundantem *T* 16 felicis *L* e *in ras. 3 fere litt.* et *ex* en *L corr.* 17 aequalem *P*[1]*b* aggredior *LTV* actenus *B* 18 familiae*** *L* 19 affinitate *LTV* genera *B* 20 anno *B*, annos *LTV*, ante nos *Pb*, anno suo *fort.* imposuit *LTV* debitur *L* 21 cu*rulium *L* r *eras.* diligentium *L*[1]*Pb* fabulis *in* fibulis *corr. L man. rec.* addebatur *T*[1] 22 exaltabit *B*, excitauit *T* 23 conditionis *LTV* 24 deberentur stipendiis *LPTVb* ad *B*

storum reparator fascium nouellus consul inluxit et dignitatum nostrarum cariosas fores robustus reserauit inpulsor. ad rediuiuam ualitudinem tremebunda marcescentium cardinum limina iuueniscunt, quae nullis credo deo auspice quia posthaec obicibus claudenda patuissent. nam Auieni mei non unus, sed primus est consulatus. stirpis suae gestatura aquilas agmina praeuius antecessit et ad principalem militiam iter uirtutis ostendit. si qua est saecularium reuerentia dignitatum, si quis honos est hominem uiuere post sepulcra, si quid prouidit astutia ueterum, per quod ab hominibus anni uincantur indulti: iure fastus huiuscemodi putantur inuenisse consilia, quorum longaeuitas et senectutem refutat et terminum. deus bone, quantum est unius uocabulum hominis inpensum in dictandis legibus laborem uel stabilire posse uel soluere! macte insignium adulescens uirtutum, qui per oblitteratum materni stemmatis callem uitales honorum secures adtulisti, quibus annosas, ne posteritatem tuam retinerent, splendidissimi itineris obices amputares. cedant huic priscorum laudes, quibus nobilitatem doctorum commenta pepererunt, quae faleratis uerborum superciliis meritum a relatore mercantur. necesse enim est exilitatem thematis narrantis opibus ampliari, ut dos, quae in materia non inuenitur, stili processionibus inseratur. ut taceam Fabios Torquatos Camillos Decios fuisse superatos: te ipsum, mi domine, qui uniuersos uicisti, eius primordiis existimo uotiue

1 dignitatis nostrae *Pb* 2 reserauit *Sirm.*, reserabit *LPTVb* impulsor *TV* 3 tremibunda *B* 5 patiscent *fort.* 6 consolatus *BL* 9 honus *LV*, onus *B*, honos in *T* (in *in ras.*) est *T s. l.* sepulchra *B* 10 anni *om. T* indulti *BP*, indulgi *LTV*, adulti *b* 11 fastus *BTVb*, fatus *L*, faustus *P*, fastos *Sirm.* consilia *suspectum*, *fort. ex gloss.* cons. (*i. e. consulares*) *ortum* longeuitas *B* 14 aduliscens *B*, adolescens *PTb* 15 oblitterarum *L*[1], obliteratum *B* stimmatis *B*, stematis *LPTV* 16 attulisti *LTV* 17 splendiissimi *L* amputares *Sirm.*, amputaris *BLPTVb* 19 faleratis *BLV*, fabulatis *T* 22 stilo *B* fabios *ex* fauius *V m. 1*, fauius *B* 23 torquatus camillus decius *BV*[1] (*em. m. 1* us *in* os) superatus *B* 24 existimo *b*, extimo *P*, stemo *BLTV* uotiuae *B*

cessisse. tu per duratum proauorum auorumque scipionum tramitem iam grandior, pene praecedentium conexus lateribus ambulasti, ita ut sub coniunctione numquam interpolatae felicitatis incederes. ad Auieni mei adhuc teneri uirtutes pertinet et tuo generi continuare fasces et nostro reddere. ago gratias intentioni in commune augmentum profuturae, per quam cum dei beneficio natalium bonorum claritas hactenus interclusa resplenduit, per quam diem suum lucidus sanguis agnouit. quam uoluissem uotorum meorum summam coram positus intueri, si non peccatorum magnitudo munus caeleste, quod non potuit desideriis, denegaret aspectibus, et nefas sit hominem uno eodemque tempore uniuersa optata promereri! illud tamen inter maximas redemptoris nostri remunerationes credo numerandum, quod limen felicis infantiae consul meus cum honore senis ingressus est. spe praecipio quid paretur laboribus, cum talia primordiis exhibentur. inauspicatis successibus illi profectuum incrementa uentura sunt, quem coepisse uidemus a fascibus. minus est quod sibi de prosperitatis euentu in antiquorum praeconiis uetus fama blanditur. quod adtrita puluere canities, quod uita sub fasce acta uix meruit, quod grandaeuus de inpetratione numquam certus optauit, hoc memorato saepius adulescenti meo supernum munus ingessit. additur quod in principio uitae disciplinis optimis institutus uidetur meruisse quod adeptus est, nec dignatur totum in se felicitati tribui, in quo possunt etiam dari plura uirtuti. naturae in decus scolas et litterarum studia consecutus, paternae perfectionis aemulator, talem se industria sua filium reddidit, qualem alter

1 auorum *B s. l.* 2 conexibus *T* 3 nunquam *V* 6 agmentum *T* 7 benificio *B* actenus *B* 10 intueri *L* i *supra scr. m. rec.* 14 felices *B* 15 spe] sed *Sirm.* praecipio *BLV*, percipio *PTb* 16 ex*ibentur *L* h *in hac uoce saepissime eras.* prouectuum *b* 17 cepisse *BPT* 19 attrita *LTV* 20 grandeuus *BLT* 21 impetratione *TV*, imperatione *L* optabit *B* memorati *LV*, memorat *B* 22 aduliscenti *B* 24 in se totum *T* 25 indeces (*supra* es *ras.*) *B*, indices *coni. Schottus* 26 colas *B*, scholas *LPTVb* 27 aemulatur *B*

uix potuit elegisse. quicquid Attica, quicquid Romana praecipuum habet lingua cognouit, aurum Demosthenis et ferrum Ciceronis expendit, utramque dicendi seriem Latinus relator impleuit. grammaticae instructionis repagula et illas dicendi legales angustias pro libertate conplexus est. oratoriam pompam sectando masculae dictionis brachiis aequales ad certamen eduxit. sed quo me rapiat processus affectionis terminum refutantis, agnosco: diuisus proposito consulem eruditum ingenio inpar appello. ad uos reuertor, cum quibus mihi commune gaudium, par desiderium, aequalis supplicatio est. oremus deum, quia uota nostra modum refutant, ut ipse faciat perenne esse quod tribuit nec umquam circa nos muneribus suis terminum ponat qui largiendo damna non sensit. uos gaudete tamen uestro tam excellenti bono, quibus fas est post trabeas suas habere filium in obsequio consularem. si tamen in sententia mea caelestis uigor operatur et tota mens humanis delictis inclinata non subiacet, fidelium orationum uestrarum retributio est circa sobolem dignitas inpetrata. urbi sufficerent quantos habet domus una precatores. felix mater, tot imperatorum domina, uos apud deum precibus suis matrona fortis adtollit. per tantos regnum caeleste uim patitur, quorum meritis a diuina clementia quod postulatur exigitur. scriptum enim meminimus dicente discipulis domino: s i c o n u e n e r i t d u o b u s a u t t r i b u s u e s t r u m , q u i c q u i d p e t i e r i t i s i m p e t r a b i t i s. credo redemptorem iustorum raritate prospecta pro mundi salute petituros duos dixisse sufficere. licet coniec-

23 Matth. 18, 19

1 atteca *B* 2 demostenis *B* 3 utranque *Pb*, utraque *BLTV* 4 grammatice *B* repagola *B* 5 angustãs *L* complexus *LTV* 6 braciis *B* aequalis *BLPVb*, equal *T* 8 consulē* *T* 9 impar *LTV* 10 equalis *B* suspicatio *B* 11 perhenne *T* 13 dampna *LPV* 15 consolarem *B* 18 impetrata *LTV* quantus *B* 19 praecatores *B* 20 attollit *TV* 21 celestę *L* a* *T* 22 mminimus *L* 23 domino discipulis *LPTVb* conuenerint duo aut tres *PT* 24 imperabitis *L*[1] 25 pspecta *T*

tura perpendi, si possit tribus aliquid denegari pro suorum utilitate poscentibus. his ergo spebus animatus et iustorum cognatione sublimis, confido de superna benignitate etiam me ad optatae copiam gratiae peruenturum. si Abrahae meritis Loth sanctorum turbis adsciscitur, si hi qui caruere propriis propinquorum ad celsa perduci meruere uirtutibus: annus iste familiae uestrae pariet dignitates. nam si uobis cordi sum, facile ad caelestem gratiam optata inpetratione perducor. domine mi, salutationis reuerentiam soluens ueniam postulo de prolixitate sermonis, quia difficile est magna gaudentem parua loqui esse contentum.

VI.

FAVSTO ENNODIVS.

Deus bone, quam nihil est arduum magna curantibus et qua quiete diuinae mentes uisa describunt! quibus ornantur dotibus loca, quae lingua diues et dicendi peritus aspexerit, si religioso liceat sine discrimine confessionis enarrare proposito! quasdam mundi artifex deus prouinciis felicitates stupenda secreti sui largitate concessit: alias uberius, melius alias uinum iussit effundere, aliis contulit triticeae segetis ope gratulari, multas pomorum uarietate uel utilitate donauit. quibus haec tamen ipsius naturae repugnantia merita non dederunt, fecit eas relatore sublimes. non est unde ieiuna cautibus gleba desperet nec unde non respondentia cultori arua subiaceant. linguarum genio terris merita tribuuntur et qualiter quis loqui

2 speciebus *Pb* 3 superna *Pb*, supera *BLTV* 4 optate *B* peruentorum *L* 5 adsciscitur *BL*, asciscitur *PVb*, asscicitur *T*, adscribitur *Sirm.* 6 perduce *B* 7 dignitatis *B* 8 impetratione *L corr. TV*, imperatione *L*[1], inspiratione *Pb* 9 me *T*, mi** *B* hi *eras.* 11 contemptum *T*[1]

VI. 14 nichil *T et sic saepissime* 15 quietae *B* mentis *BLPTVb* discribunt *B* 16 diuis *B* 18 prouintiis *LV* 19 secreta *B* 20 triticae *B* 22 repugnantis *Sirm.* 23 ieiunia *L* gleua *B* disperet *BLV* 24 non *B*, *om. LPTVb*

potuerit, taliter rem, de qua fuerit locutus, adtollit. crescetis, prouinciae, cultura sermonum: oris est quicquid in uobis lector stupuit. uber solum et diuitibus quae te iactas terra palmitibus, quae per modicos sulcos scalpentem dorsa pascis agricolam, quae uenas diuites in ipso proscissionis pandis exordio, quae suscepta germina multiplicata messe restituis, nihil tibi commune cum maximis, si ad te domnus Faustus, Romani status eloquii, non serenus accesserit. ecce Comus pullae quondam pene in silentium missa condicio, quae nulla se hactenus commoditate, nulla ut aiunt formositate iactauit, quanto gaudet ingenii priuilegio? quae per praerupta conuallia et patulos cohaerentium hiatus montium aestiuis niuibus miseram scit exhibere concordiam, cui per pericula pendentium cum uia cultorum ante terram per scopulos opus est seminare quam germina, cui calamitatis genus est, riparum Larii confinia canis ornasse nemoribus, ut subridens inlecebrosa uisione dominantibus blanda fecunditatem fronte mentiatur et in perniciem possessoris pulchritudinem nutriat exsecrandam, ubi primum fabricis suis per praetoria domini tributa dissoluunt, dum antiquorum lasciuias parca nituntur frugalitate reparare et profligantia patrimonium fulcire culmina: indigenarum copia ad hoc tantum seruata, ut functioni publicae peraequatoris etiam uota transcendens numerus non deesset: piscium populos non ad delicias, sed ad horrorem nutriens, per quos discimus quid laudis captorum alibi sapor mereatur: ubi aer pluuius perenniter et minax caelum et quaedam uitae sine tota luce

1 attollit *LTV* crescitis *Sirm.* 2 prouintiae *LV* 4 pacis *LPb* 5 in] et in *P* 6 restitues *B* 8 spullae *B* 9 poene *B* conditio *LTV* actenus *B* 11 ingenii] elata *add.* *B* patulus *B* 12 coherentium *BLT* hyatus *PT* 13 c p picula *T* c p p *in ras.* cum uia] c̃uia *T* 17 fornte *B* 18 pulcritudinem *PT* execrandam *PT* 19 dissoluunt tributa *T* 20 lasciuias *BLV*, lasciuas *T*, laciuias *P*, lacunas *b*, lacinias *coni. Schottus; nihil mutandum, loquitur enim de tectis priorum possessorum neglegentia ruinam minantibus* 21 indig'narum *T* 22 publice *B* perequatoris *B* 23 populus *B* 24 dilicias *B* quod *Pb* dicimus *L* 26 perhenniter *T*

transactio: dulcia Larii oculis fluenta transeuntibus et ad natatum quos perdat inuitantia. quis ferat decorum gurgitem sub hac deceptione fallentem? quid dicam insulam relatione factam habitabilem? quis non hoc miretur? in qua minus amatur uita seruata, in qua portio fuit euasisse decriminis, circa quam piscibus hominum ministratur esca cadaueribus? nulla enim praeter aquas Larii defuncti ibidem sepulcra meruerunt. maria, fluuium Adduamque laudastis, quorum per confusos ductus discrimen lacum tumoris ostendit, qui agnosci in eo numquam nisi per turbida fluenta potuerunt. tanti fuit diuitias facundiae in rebus laude carentibus ostentare, quanti non fuerant haec omnia, naturae beneficia si dedissent. caelorum tamen dominus, qui hoc uobis posse concessit, munera sua sub perennitate tueatur, quia haec ego non quasi a uobis diuersa sentiens scripsi, sed ut ex istis lector agnoscat Comum per stilum uestrum melius esse legere quam uidere.

VII.

FAVSTO ENNODIVS.

Quantus est fascis inuidiae, quam facilis nocendi uia, quotiens praecedenti opinione laborat impetitus! nemo quid factum sit, ut uideo, quidue infectum respicit: ad inpugnationis fidem solum aduocatur pro teste propositum. deus omnipotens mutatas ordinum uices uertat in melius et rerum statum, qui labe temporis aut meritorum nostrorum nebulis obsoleuit, aurei saeculi candore perfundat. quando non hominum obscenissima crimina innocentis officii texit umbraculum et quicquid a morum

2 decorem L^1 3 quis *L* dicat—habitabilem *L in ras.* 6 nulla *B*, nulli *LPTVb* 7 sepulchra *B* 8 mariam *B* fluuii *T* adduamq, *B*, adduam quae *LTV* quorum *coni.*, quos *BLPb*, quo* *T*, quod *Sirm.* confusus *B* 9 in lacum *B* eo] eum *B* 11 quanta *B* 12 benificia *B* dedisset *B et Sirm.*, *qui ante* si *distinxit* 13 perhennitate *T* 14 tuetatur *B*

VII. 19 fa*cis *L* s *eras.*, fascinus *coni. Schottus* 20 ꝓcidenti *B* fc̄m *P*, sanctum *b* 21 infectum] infandum *b* inpugnationis *B* is *in ras.* 24 obsoluit *BL* 26 ignoscentis *T*, incentis (no *superscr.*) *B*

nube descendit caelestis militiae serenitas excusauit? at nunc in aucupium trahitur male creduli interpretis clericatus, et quod ante religiosam professionem admisisse non decuit, hoc postquam per titulum ecclesiasticum culpis renuntiauimus, sine honesti credimur consideratione peragere. qua me tempestate, procella inmanium peccatorum, ire ad famosum officium conpulisti? in quo omnes errorum rami magistra uiuendi solent falce truncari, in eo de me facinus credi facis omne fallentibus. ille mancipia sua a me sublata defleuit et contra potentiam ecclesiastici militis aduocandam credidit regiam defensionem. rogo, quis hoc conmentator uel in scena proponat? quis poetarum fabellam fucis similibus aut commenticiis personis instrueret? nouit dominus, qui manu ualida in adiutorio uestro mei propugnator adsurgat, totius me esse technae huius ignarum. ante aliquid temporis pueri duo, qui sibi a praefato adserebant inferri uiolentiam, ad opem se ecclesiae sub interpellatione publica contulerunt. preces adhibuisse me memini, ut circa eos quod defunctus uoluit seruaretur: auditurum se deceptiosis et blandis promisit inlecebris. ut ad obsequium reuerterentur, ad quod deputati fuerant, sancto episcopo patre uestro praesente, qui eisdem praebebat auxilium, sub notitia ciuitatis hortatus sum. quid postea euenerit ignoraui, nisi postquam male retentatoris nomen accepi. haec mentior, nisi inpugnatoris mei adtestatione constiterint, cui tamen gratias refero, quia sub quauis occasione uotiuas exegit epistulas, quae mihi multum doloris iussionis uestrae dubitatione pepererunt. de me enim

1 discendit *B* 2 credoli interpraetis *B* 3 amisisse *T* 6 immanium *LV* pēcorum *T* fęmosum *L*[1] 7 compulisti *LTV* 8 truncari *B* r *in ras.* 11 commentator *LTV* 12 fa-ᵇuellam *B* commenticiis *T in ras.* 14 totius *B*, tocius *P*, tutius *LTV* ēēt *B* tegnae *LV*, tegne *PT*, igne *B* huiusmodi *P*[1]*b* 15 asserebant *LTV* 17 me *om. b et Sirm.* mimini *L* 18 quod] q̄ *T* seruarentur *T* deceptionis *B* 19 reuerentur *B* 22 ortatus *LPV* 23 retentoris (ta *superscr.*) *B* impugnatoris *T* 24 attestatione *LTV* constit•erint *T* 25 epistolas *LTV*

deliberatum esse uideo, si uos, utrum audiam quae iubetis, in ancipiti esse cognosco. nulla me tamen nec magnitudinem uestram ex ea parte apud deum culpa respiciet, quia praefatos mox ad seruitium illius boni uiri sine alicuius audientiae libra ire conpuli. domini mei salutationem largissimam dicens, quam uellem, si istis negotiis paginas non negetis, aut accusatores meos ipse conponere aut, quod est familiarius, frequenter errare!

VIII.

FIRMINO ENNODIVS.

Iucunda sunt commercia litterarum, docto auctore concepta illa, in quibus ad unguem politi sermonis splendor effulgorat, ubi oratio diues frenis peritiae continetur. quando abundantem loquelae uenam laboriosus in lucem scrutator adduxerit, tunc procedunt officia suscipientis desideriis paritura. at ubi scaber sermo angustiam pauperis signat ingenii nec conceptum suum in ordinem digerendo noctem studio elocutionis interserit et nebulosae narrationis ambiguo quandam generat de ipsa explanatione caecitatem: quis non personae talis in eloquentiae arce constitutus spernat affectum? grauat conscientiam perfectorum amor indocti. sed uis caritatis internae necessitudinis uinculis adiuta non fertur: nescit experiri quid possit quem caritas stimulis suis exagitat. solent tamen dignos uenia iudicare perfecti quos inter epistulares uias nutantia deseruere uestigia. soletis quid dicere uoluimus adtendere, quotiens non elocuntur uota sermones. idoneae tamen perlatricis uiaticum praegrauaui et, quae me praesentare uiuis potuisset adfatibus,

3 perte *L* respiciat *B* 4 audiendientiae *V* 5 compuli *LTV* domine mi *P* (i *in ras.*) *b* 6 negetes *B* 7 componere *LTV*

VIII. 11 commertia *L*, commentia *T* 12 effulgorat (e *supra* o) *B* 13 diuis *B* habundantem *PT* 14 loquellae *B* 15 ad *B* 18 nebolosae *V* 19 cecitatem *B* in] sine *Pb* 20 arte *Pb*, arche *B* 22 quem] quae *B* 23 exagitant *LV*[1] 24 epistularis *B*, epistulares *V*[1] u *in* o *corr. m. 1* 25 soletes *B* uoluissimus *B* attendere *LPTV* 26 idonea et|amen *L*

eam epistula comitante perduxi, minus nobis periculi esse confidens, sub intercessoris boni me praesentia deliquisse. uale ergo, mi domine, et amantem uestri peculiaribus fouete beneficiis: sic apicem uestrum, si est quo crescat adhuc, diuinus fauor adtollat.

VIIII.

OLYBRIO ENNODIVS.

Dum fauos loqueris et per domos cereas eloquentiae nectare liquentis elementi mella conponis, peregrinum labiis meis saporem epuli diuitis infudisti, Herculei certaminis et triumphalium Antaei casuum faciens mentionem. sic se equidem exercita litterarum gymnasiis palaestra dilucidant, sic madefacta studiorum oleo loquendi se artificiis oris membra submittunt. sed noluissem fateor illius, ut aiunt, pugnae commemoratione morderi. Antaeum fabella senior, ne elisus uinceretur, matris solacium, postquam coepit non cadere, loquitur perdidisse: qui per callidi hostis fabricam fertur stando esse superatus et in pectore animam posuisse certantis. res scilicet digna memoratu, sed amicitiarum indigna proposito. nos nempe memini foederis certamina suscepisse, sed per quae mutuae uincamus caritatis officiis, ut dum inter huiusmodi luctamina nitimur, et uinci

1 eam *B*, ea *TVb*, et *L*, eum *P* epistola *PT*, epistulam *BLV* nolis (b s. l.) *V corr. m. 1*, nolis *L* 2 bonae *B* me *om. B* 3 peculiaribus *B* benificiis *B* 4 quo *ex* quem *L in ras. corr. m. rec.* 5 attollat *LPTV*

VIIII. 7 olibrio *T* 8 fauos *B corr. PT²*, fauus *B¹LT¹Vb* loq̃ris (re s. l.) *T* re *s. l. m. 2* pr (e s. l.) *L* 9 linquentis *B* componis *LTV* 10 saporem *V praeter* s *in ras. m. 1* aepuli *B* triumfalium *V* 11 anthei *BLPTVb* quidem *L* 12 gemnasiis *BLV¹* (e *in* i *corr. m. 1*), gignasiis *PT* palestra *BLT* 13 loquendi se *scripsi*, loquendis *TV*, lequendis *L*, loquendi *BPb* artificis (i s. l.) *V corr. m. 1* 15 orderi (m s. l.) *L* antheum *BLPTV* fauella *B*, fabula *Sirm.* uinceretur *scripsi*, uinceret *BLPTVb* 16 solatium *LV* cepit cadere non *T* 18 digna *om. V¹* (*add. m. paullo recentior*), dedala *B* 20 certamina federis *T*

er

pectoris
uidemur
mor currat
facere nobis
amenta inter
da, ne tantum

n *LPTVb* 3 so-
ut *Bb*, *om.* *LPTV*
euriali *BLPTVb*
14 caespitibus *B* ille
na *Sirm.* 17 ostio *PT*,

ret *B* pectores *L* 23 ado-
polluatur *L* n *eras.* 25 incom-
Sirm., ingeremus *BLPTVb* 26 pa-

eam epistula comitante perduxi, minus nobis periculi esse confidens, sub intercessoris boni me praesentia deliquisse. uale ergo, mi domine, et amantem uestri peculiaribus fouete beneficiis: sic apicem uestrum, si est quo crescat adhuc, diuinus fauor adtollat.

VIIII.

OLYBRIO ENNODIVS.

Dum fauos loqueris et per domos cereas eloquentiae nectare liquentis elementi mella conponis, peregrinum labiis meis saporem epuli diuitis infudisti, Herculei certaminis et triumphalium Antaei casuum faciens mentionem. sic se equidem exercita litterarum gymnasiis palaestra dilucidant, sic madefacta studiorum oleo loquendi se artificiis oris membra submittunt. sed noluissem fateor illius, ut aiunt, pugnae commemoratione morderi. Antaeum fabella senior, ne elisus uinceretur, matris solacium, postquam coepit non cadere, loquitur perdidisse: qui per callidi hostis fabricam fertur stando esse superatus et in pectore animam posuisse certantis. res scilicet digna memoratu, sed amicitiarum indigna proposito. nos nempe memini foederis certamina suscepisse, sed per quae mutuae uincamus caritatis officiis, ut dum inter huiusmodi luctamina nitimur, et uinci

1 eam *B*, ea *TVb*, et *L*, eum *P* epistola *PT*, epistulam *BLV* no(b)lis *V corr. m. 1*, nolis *L* 2 bonae *B* me *om. B* 3 peculiaribus *B* benificiis *B* 4 quo *ex* quem *L in ras. corr. m. rec.* 5 attollat *LPTV*

VIIII. 7 olibrio *T* 8 fauos *B corr. PT*², fauus *B*¹*LT*¹*Vb* loq(re)ris *T* re *s. l. m. 2* p(e)r *L* 9 linquentis *B* componis *LTV* 10 saporem *V praeter* s *in ras. m. 1* aepuli *B* triumfalium *V* 11 anthei *BLPTVb* quidem *L* 12 gemnasiis *BLV*¹ (e *in* i *corr. m. 1*), gignasiis *PT* palestra *BLT* 13 loquendi se *scripsi*, loquendis *TV*, lequendis *L*, loquendi *BPb* artifici(i)s *V corr. m. 1* 15 (m)orderi *L* antheum *BLPTV* fauella *B*, fabula *Sirm.* uinceretur *scripsi*, uinceret *BLPTVb* 16 solatium *LV* cepit cadere non *T* 18 digna *om. V*¹ (*add. m. paullo recentior*), dedala *B* 20 certamina federis *T*

ambo optemus et uincere. nobis per communia pectorum secreta uiuendum potius quam obeundum est, matris ecclesiae ope sociatis, quae utrosque, ut uera loquamur, fidei ubere lacte pascit altrici. cessent anilium commenta poetarum: fabulosa repudietur antiquitas: status innocens ruinae nequaquam misceatur alterius. nobis, si placet in nouellum usum maiorum exempla reuocare, potius Pyladis et Orestis, Nisi et Euryali, Pollucis et Castoris, si nihil his clandestinorum actuum decerpit obscenitas, conuenit gratiae meminisse uel fidei. quos inter se ita concors animorum deuinxit aequalitas, ut horum duos expetitus cum amicis iuuaret interitus, alter amico uitam pretio suae mortis adferret. ista sunt digna memoria, quotiens inter nouos concordiae nexus udo, ut ita dixerim, animorum libro cespitibus ualidis fetura nobilis iuncta maritatur. illae mentes promittunt poma concordiae, quae quid in cultura sudoris sit opus agnoscunt. gaudeo tamen, quod iam indissolubili societate moribus iungimur et ab ostio affectionis per examinis lancem caritatis incrementa pensamus.

X.

IOHANNI ENNODIVS.

Vicem redderem, nisi oneraret diligentiam amici pectoris restituta laudatio, ne dum in praeconiis mutuum uidemur scabere, adulationis suspicione polluatur adfectio et amor currat in uitium, dum illud quod apud alios debemus facere nobis inconpetenter ingerimus. amantium enim ornamenta inter familiares paginas retinenda sunt, non loquenda, ne tantum

1 pectorum *scripsi*, pec**torum *B*, peccatorum *LPTVb* 3 sociatis *scripsi*, sociatu *LPTV*, sociata *Bb* ut *Bb*, *om.* *LPTV* 5 sta*tus *L* n *eras.* 7 piladis *T* euriali *BLPTVb* 8 act*ũ *L* u *eras.* 12 praecio *LV* 14 caespitibus *B* ille *LT* 15 mentis *T* poma] bona *Sirm.* 17 *ostio *PT*, osto *L*

X. 21 honeraret *LTV*, honoraret *B* pectores *L* 23 adolationis *B* suspitione *T* pollua*tur *L* n *eras.* 25 incompetenter *LTV* ingerimus *Sirm.*, ingeremus *BLPTVb* 26 pagina*s *L* n *eras.*

conscientias nostras uacuis sensibus relatione laudis oneremus. sunt ubi bona tua, ut apud te propter adfectum taceam, amice concelebrem: in his, quae de profectu tuo sentio, religiosam tibi tantum debeo taciturnitatem. possem quidem uitia temporis secutus laudes tuas nunc inexhausta praedicatione reserare et totam paginam fucatis colorare blanditiis. sed absit hoc a proposito, facessat a moribus, ut quem mente teneo ista tantum uelim esse remuneratione contentum. tibi non delenificam orationem, sed uocem debeo castigantis. non tibi pictis uerborum inludens artificiis, sed totum profunda mente te retinens possem dicere: ad arcem scientiae sine tenerae aetatis praeiudicio peruenisti, summam perfectionis adeptus es, nulla debes cura distringi, sed bonis tuis tamquam locuples possessor ornari. sed haec, sicut praedixi, a me aliena sunt. ore te parentis stimulo, dico: sint licet grandia, quae in cano eloquentiae flore polliceris, ego tamen nisi de messe non gratulor, ut solet auarus agricola, qui ubertatem anni nisi in horreis non metitur. iam in te etsi non grauidas aristas, multo tamen uidemus lacte turgentes: iam prope ad aream uota perueniunt. sed plus timendum est, quotiens desideria nostra spes uicina succendit. labora ergo circa studia, lucem in conloquiis dilige, lectioni deuotus insiste, ut fructus eloquentiae multiplicium auctorum uentilatione purgetur. pulchra sunt quae scribis, sed ego amo plus fortia: redimita sunt floribus, sed poma plus diligo. salue, mi domine, et haec ea qua insinuaui sinceritate conplectere et amorem meum in admonitionis fide perpende. scito epistulas tuas nulli doctorum a me esse denegandas, ut quod me per inscitiam fugerit per eos, qui ad unguem docti

1 uacuas *fort.* oneremus *B*, honoremus *LPTVb* 4 debeo tantum *T* possim *B* 5 laudesta *V* inexausta *BLV* 6 et *om. b* blandiciis *PV* 8 uelī* *T*, uellem *B* contĕptum *B* 10 m̄te te *T in ras.* 11 retinens. Possem *T* possim *B* tenere *BPT* (re *corr. in T*), tenera *LV* 12 es *om.* T^1 *add.* ÷ *s. l. m. 2* 13 locupes *L* 16 polliceris *T* ris *in ras.* 17 agricula *B* 21 succendit *V*, succedit *T* ergo *om. P et Sirm.* 23 purgitur *B* 24 plus amo *T* 25 quam *T* 27 epistolas *LTV* 28 insci**tiam *L* en *eras.*, inscisciam *T* fugere *B*

sunt, emendetur, et ideo ad scriptionis culturam multo sudore te praepara, ut uota, quae circa te pro uenerandi patris tui meritis et amore concepi, ad effectum sub hac claritatis tuae intentione perueniant.

XI.

CASTORIO ET FLORO ENNODIVS.

Amantem uestri gratia deberetis releuare conloquii et amicam diligentiam testimonio reserare sermonis, quia muta caritas pene obtinet uices ingrati et per paginarum abstinentiam intercipitur uis amoris. absentum animis sola litterarum medetur oblatio, quae quodam mentis artificio pingit scriptione quocum loquitur. haec apud uos superuacuum putamus adserere, quos instituta nobilia acuunt, quibus praesto est sanguis doctrina consortium. nihil est bonarum artium, quod nescire sine neglegentiae culpa possitis, quos post lucem natalium Romanum decus Faustus instituit. ergo magis fatendum est me non mereri quod postulo, quam uos nescire quid debeatis offerre. domini mi, salutationis debita effusissima humilitate persoluens precor, ut tandem aliquando non inmemores admonitionis et foederis rescribatis, circa quae opera pigros uos esse non conuenit, quia nec conuersationi uestrae sancta conscientia nec uber sermo potest deesse conloquiis.

2 praepara• *L* t? *eras.* 3 affectum *T* 4 perueniunt *T*

XI. 7 reuelare *L* 9 poene optinet *B* ui•ces *B* intercipetur *B* 10 absentem *B*, et absentium *Pb*; absentium — litterarum *T in ras. m. 2* 11 artifico *L* scribtione *B* quocum *scripsi*, quod *LPTVb*, quos *B* 12 asserere *TVb* 14 negligentiae *T et sic saepius* 15 positis *LT*, possides *B* tis *s. l. m. rec.* (*Schotti?*) post lucem] p' luce *B* 16 me—quod *T in ras. m. 2* 17 postolo *V corr. m. 1* 18 domini] dum *Pb* mi *scripsi*, mihi *BLTVb*, michi *P* effussima *L*, et effusissima *B* 19 inmemores *T* mores *in ras. m. 2* 20 pigrus *B*

XII.

AVIENO ENNODIVS.

Si quaeras, cur silentio uestro multata non reticet prodiga frons pudoris et male interpretando inpudentia uocetur affectio, si garrulitatem meam fructu dicas cessante debuisse conpesci: ego te, inlustrissime hominum, illa quae in familia tua domestica est sinceritate conuenio, ego foederatam promissionem quasi obsidem mentis amplector. doleo quidem procuratas longi causas silentii, dum et caritas et necessitudo neglegitur: sed quia me totum sibi amor tuus uindicat, adhuc credo excusationem posse recipere quod fecisti et purgationis tuae in hac parte causas aestimo esse, quas inuenire non possum. in bona te ualitudine degere uoti compos semper audiui: sudorem tuum circa ornamenta generis saepe epistularis alloquii luce tersisti. nihil praeter contemptum monstrat, quotiens taciturnitas non habet necessitatem. ego tamen spem de responso capiens semper scripsi et sub quadam claritatis tuae praesentia legenda dictaui: uisa est mihi, dum loquor, pagina mea te reddidisse, te sapere et tuis picta imaginibus uerba conferre. quid esset in epistula tua dulcedinis, si eam daretur accipere, quaeso diligenter expende, quando licet a nobis procedentia, tamen quae ad te ueniunt uerba conplectimur. iam, rogo, ad adfectum scriptionis erigere et ariditatem meam conloquii fluentis infunde, ut quid ministerium meum a deo ualeat inpetrare cognoscam, si epistulas tuas aemulas paternae perfec-

XII. 3 a silentio *Pb et Sirm.*; a *inclusit Schot.* multata non reticet *T* tata non reti *T in ras. m. 2* prodigia *L*[1] 5 cessante *L prius* s *in ras. fort. ex* n *corr.* compesci *LTV* 8 praeparatas *Pb* 9 neglegetur *B*, negligitur *T sic fere semper* 10 uendicat *PT* 11 tue purgationis *T* 12 causas— possum *T in ras. m. 2* 13 degerere *B* 14 epistularis *BV*[1] (u *in* o *corr. m. 1*), epistolaris *LT* 17 scribsi *B* 18 loquor pagina mea *T* or pagina mea *in ras. m. 2* 20 aepistula *B*, epistola *LTV et sic reliquis locis plerumque* dulcidinis *B* 22 tamen non *TV* cõplectimur uerba *T* 23 affectum te *T* scribtionis *B* eloquii *T et P m. 2 supra* colloquii 24 adeo *P*[1]*b* impetrare *TV* 25 aepistulas *B* aemulas *V* s *partim in ras. m. 1 ex* e *ut uidetur corr.* paterne *B*

tionis accepero. nolo metuas, quod illum formidandum doctissimis loquor et quasi ante oculos tuos in exemplum elocutionis adduco. peritorum mos est medicorum in uenis deprehendere uires corporum et de successu hominis digitos interrogare. nec aliter incipientium possunt ingenia cognosci, nisi ut qui non debent tenerae adhuc aetati robustas declamationes inquirentes de futura ubertate laetificent et messem peritiae in radice manifestent. domine, ut supra, salutationis honore et reuerentia soluta spero, ut mei te esse memorem si meritum non ostendit, saltem inportunitas mea, quae est indefessa, significet.

XIII.

AGAPITO ENNODIVS.

Male est animo, postquam magnitudo tua aequi obseruantissima et amicitiarum tenax in hanc meae obliuionis se uertit incuriam, ut diligentiae inmemor bona melioris saeculi, quae accesserunt de profectu honorum tuorum, fama potius quam felici epistula nuntiasset. ubi sunt illa sanctae conscientiae tuae in conuersatione ueneranda penetralia? quando inuenire potuisset relatu digniora animus de amantis hilaritate sollicitus? sed quaero, ne malignorum quispiam austrum floribus aut petulcum animal rosetis inmiserit. numquam enim sine offensa amicis prosper euentus absconditur: a commotione euenit longe degentibus tacere quod gaudeas. procul a moribus uestris malitiae facessat obscenitas. puto bona uestra me meruisse

1 accipero *BL* formidandam *V corr. m. 1* 3 deprehendere *L* 5 incipientum *Sirm.* cognosco *V corr. m. 1* 6 tenere *B*, tenerea *L* 8 manifestetur *T*[1] *ut uidetur* 9 soluta *scripsi*, solita *LPTVb*, saluta *B*, saluto *coni. Schot.* 10 saltem *Pb*, saltim *BLTV*

XIII. 12 ennodius agapito *TV* 14 obseruandissima *B* 15 amititiarum *B*[1] in hanc *T in ras. m. 2* 17 adcesserunt *B* 18 sancte *B* 19 conuersatione *Pb*, conseruatione *LTV*, conseruatione amoris *B* 20 relato *B* 21 quaero] uereor *fort.* ne] ne forte *B* floribus *scripsi*, fontibus *BLPTVb*, al. fetibus *P*[1] *in mg.* 22 petulcum animal *T in ras. m. 2* 23 prosper *B* er *in marg. add.* deuenit *T*

nescire, quia sermonis frequentia pensabitur tale silentium. decedentem a desideriis amicum nulla delenire potest cultura caritatis. haec quantauis, mi domine, nobilibus scientiae tuae uerborum pingas imaginibus, raro curantur malefacta conloquiis, et dolor, qui a re descenderit, sanari non potest per loquelam. uix erit, ut scribendo deleas, quod scribere contempsisti. sed reuertor ad propositum, a quo numquam est, si miseretur diuinitas, discedendum. deo debeo, quod prospera tua te silentium procurante in Liguria primus agnoui. perdidisti fructum studiosae taciturnitatis: bonorum felicitas mundi lingua celebratur: ignorari non potest quod summis accesserit. in honoribus illa magis amplectenda sunt quae redduntur: male ad fasces adtollitur cuius mens inter curiae sidera lucis suae suffragia non agnoscit in titulis. uenit ad uos cana dignitas [sera], sed debita. uocauit eam lingua, quam sequitur: exegit innocentia, quam habuit quondam aetate coniunctam. sed iam redeo ad gratiam familiaris alloquii etiam post offensam. salue, mi domine, et quod in damno promissi foederis neglexisti restitue ubertate sermonis.

XIIII.

FAVSTO ENNODIVS.

Nollem, fateor, morarum causas aperire, ne animus meus sera in pacem cum laetitia reductus maesta iterum relatione turbetur et habeam tristitiae meae rediuiuum in narratione

1 quia] qua *Bb*; Qua sermonis f. p. t. silentium? *Sirm.* 2 decidentem *malim* delinire *Bb* 3 mi *BT*, mihi *LV*, *om. Pb* tuae *om. L* 4 *post* imaginibus *plus linea dimidia erasa in B* malefacta *T* ta *in ras.* colloquiis *LTV* 5 re] te *Sirm.* discenderit *B* poterit *Pb* loquellam *B* 6 quod] quam *T* contemsisti *BLV* 8 discendendum L^1T, descedendum *B* 12 male] alter *add. B* fasces ad *T* 13 attollitur *LPTV* curie inter *T* 14 sera *inclusi* 16 quondam] aurea condam *B* 17 etiam *T in ras. m. 2* 18 dampno *L* promiss• *B*

XIIII. 23 mesta *BLPTV*

principium. paene enim sibi debet angustias suas qui earum relegere transacta non refugit. quis ad calcem perductas anxietates suas reparet intempestiui necessitate sermonis? sed uobiscum mihi et cum proposito rerum fides est, quibus debetur in replicatione ex quacumque causa sinceritas. patior libens aculeos reuocati maeroris, dummodo ueritati nil pereat, et ne per uitium tenerae mentis paginam falsitate dehonestem, sponte fero quod refero. sancti episcopi patris uestri prope in dubium salus deducta me tenuit, in cuius aegritudine quamuis cuncta inlacrimaret ecclesia, me tamen specialis maeror adflixit, qui eius debeo plus amori. uidi pacem ciuitatis urguente discordia urbis nostrae limina transcendentem et ab oculis nostris quasi incertum aliquod aut uagum numen elapsam. sed sufficiat tristibus stricta narratio. iam ad bonam ualitudinem sancti patris salus optanda et diligenda respirat. nam ubi mens mea ad stationem rediit, statim iussa respexit. pueros destinaui, qui fideli me de prosperitate culminis uestri uel totius sanctae domus relatione perdoceant. pendeo rursus et inter spem et metum dubia aestimatione distringor, cui necesse est de alterius parentis esse prosperitate sollicitum. quis ad curas meas se porrigat? quis aestus aequiperare ualeat tali diuisione distracti? sed haec ad deum iustius reportantur, cuius clementiae est uota uincere supplicantum et fluctuantibus portum parare desideriis. interim ad usum reuertor querelarum. paginas uestras ilico me suggero subsequi debuisse et ad solacium meum uel propter recentem petitionem scripta prorogari, ne

1 pene *TV* debet sibi *L*[1]*T*[1]*V*[1] (*corr. m. 1 in LTV*) 2 non fugit *V corr. m. 1* anxiętates *L* 3 reparet (*i. e.* repararet) *T* 4 fidis *B* quibus *T in ras. m. 2* 6 meroris *BPTV*, meroris *ex* memoris? *L corr.* 8 nostri *Pb* 9 egritudine *B* 10 meror *LV*, mer*or *T* 11 urgente *T* discordie *V* a *supra scr. m. 1* 13 uagum *T s. l. m. 2* 14 stricta *T in ras. m. 2* 19 stematione *B* 21 saequi perare *B*, equipare *PT*, aequiparare *b* 24 "sum *B* quęrelarum *L*, quaerillarum *B* 25 solacium *PV*, solatium *BLTb* 26 scribta *B*

in ancipiti de profectione uestra animus meus pependisset auditu. sed hanc credo culpam scriptionis emendari posse frequentia. superest ut diuinitas a uobis ea indicari faciat quae iuuat agnosci. domine mi, effusam salutem reuerentiae uestrae dicens precor, ut quae mandaui suggerenda adipiscantur effectum.

XV.

FLORIANO ENNODIVS.

Idem est terminum in adrogantia non tenere quod in humilitate transcendere. supercilii affectus est iusto amplius esse subiectum: familiare est grauiter hiantibus nouas inuenire blanditias et grandis coturnus in eloquentia simulare formidinem uel examen metuere de laude securum. ego uero diligentiam proposito inpenderem, si sanguini non deberem. suscepi epistulam tuam Romana dote locupletem et stilum Latiarem in ipsa principiorum luce monstrantem: cui me respondere opponente manus inscitia coegit affectio, cum diu esset quod antiquauerat apud me scribendi studium spes tacendi et in locum gloriae silentium conputabat. sed nisi respondissem, nescires te esse deprehensum, quod minus fabricatis ingeniis artifici facundia et fuco Romuleae calliditatis inluseris. non aequa ad secandum uirtus est politae laminae et eius, quam rubigo possederit, nec parem conflictum usus potest et torpor adsumere. nunc epistulae breuitate contentus ad salutationis debita me conuerto, quod eloquio non potui, gratia pensaturus, reddendo amicitiam pro schemate et pompa sermonum. ecce quantum

1 ancipiti] accipienti *L* 2 scribtionis *B* 4 mi *T*, mihi *BLV* salutem effusam *T*

XV. 8 arrogantia *LPTV* 12 ueri *B* 13 sanguini∗ *T* epistolam *LTV* 14 laciarem *PT* 16 insci|cia *T* 18 conpotabat *B*, computabat *LTV* nescire *L* 19 deprahensum *B* 20 fuco *BP²TV*, suco *L*, succo *P¹b* romolee *B* eq *T* 21 secundam *B* lamminae *BV* 22 possiderit *B* 23 epistulae *V¹* u *in* o *corr. m. 1*, epistolae *LT* 24 potui *BPTb*, potuit *LV* 25 scemate *B*, stemate *T*

occupationi subducere potui, celer scripsi. dabit deus, ut si responsa desideras, uacuum curis pulsati pectus inuenias.

XVI.

FLORIANO ENNODIVS.

Illud fraternitas tua amori meo potuisset inpendere, quod uera liberalitate cum tribuentis conpendio proficeret et pudori, in ea scilicet parte, ut cum indices studii mei litteras iam teneres, ab scriptionis te cura suspenderes. quisquamne coloratis frontem pingit inlecebris et famam ualida inpugnatione labefactat nec manifesta excusatione contentus, male credulae conscientiae sufficere non aestimat quod probauit? qui uario sapore conloquii edacium amicorum fauces inritat, ut dum blanda subicit, definita permutet. nam postquam me silentium amare rescripseram, quasi pro allegationis responso prolixiores paginas inpetraui et diu forte repositum post negationem meam eloquii uber elicui. quid faceres, si certamina promisissem, si studiorum tuorum feruorem quocumque dente incautus adtingerem nec mei idoneus existimator penetralia tuta seruarem? adhibita credo aduersus me fuisset Tulliani profunditas gurgitis, Crispi proprietas, Varronis elegantia, nec in ulla inuenissem parte subsidium, cui nec illud profuit, quod scribendi contentiones, nec cum reticerem lacessitus, effugi. me etsi peritiae conscientia et dicendi uigor adtolleret, post diuersa scribentum discrimina laudem, quam multo sudore uos petitis,

1 occupatione *L* potui* *T* scribsi *B* 2 desider*as *B*

XVI. 6 cum tribuentis *BLV*, contribuentis *PTb* compendio *LTV* 7 indeces *B*, iudices *Pb* 8 tenebres ab scribtionis *B* suspenderes *Pb*, suspenderis *BLTV* quisquam nec *T* 9 illecebris *T* is *in ras.* 10 malae *BLT* 14 rescribseram *B*, scripseram P^1b alligationis *B* 15 impetraui *LTV* 16 aeloquii *B* faceris *B* 17 incaustus *B* attingerem *LPTV* 18 exestimator *LV*, aestimator *B* 20 crispi *Bb*, crisippi *LPTV* propriętas *L* uarronis BLP^1TV, maronis P^2b eligantia *B* 21 illut *B* s. *l.* 23 attolleret *LPTV* 24 scribentium *PTb* petistis *T*

formidarem. huc accedit, quod rhetoricam in me dixisti esse uersutiam, cum diu sit quod oratorium schema affectus a me orationis absciderit et nequeam occupari uerborum floribus, quem ad gemitus et preces euocat clamor officii. delenifica ergo et malesuada conpesce conloquii. si ficta sunt quae scribis et peniculo decorata mendacii, muta propositum, uel posteaquam uides mentem innotuisse quae feceris: si uera sunt et a iudicii lance descendunt, profundo ea pectoris include secreto, ut reuerentiam diligentiae, dum amico res integras seruas, exhibeas. mihi inmutabile cor custodiens alios demulce conloquiis. ecce epistulae modum, dum productae paginae cupio respondere, transcendi. sed non est culpa speciali plectenda supplicio, quae in erratis habet auctorem. domine mi, salutationem debendam restituens precor, ut si desideriis meis, quae de amore taciturnitatis concepi, pernix te scrutator interseris, saltem occupationibus, quibus inpedimur, ignoscas.

XVII.

FAVSTO ENNODIVS.

Si a consuetudine officiorum temperet mens amantis, ipsam cessationem sinistrum esse putat auspicium. maeroris enim ipse sibi causa est qui non semper in uicinis aestimat habitare quod diligit. quisquamne digressum ad longinqua censeat quem mente contingit? nam si spiritus res est diuinitatis in homine, prolixarum sentire non potest damna terrarum. dixi causam,

1 adcedit *B* rethoricam *BLPT* 2 scema *B* 4 gemtus (i *supra*) *B* praeces *B* 5 ergo] uero *T* malesuda (a *supra*) *V corr. m. 1* compesce *LTV* colloquii *LPTV*, conloquia *B* scribes *B* 6 penicolo *B*, penicolo (u *supra*) *V corr. m. 1* mendatii *B* (tii *in ras.*) *LPV* uel potius (pestea *P*) mentem quum uides *Pb* 7 uidis *B* mentem *uncinauit Sirm., cf. Wiener Studien II p. 241* quae] qua *B*, qua ea *fort.* 8 discendunt *B* peccatoris B^1 10 exibeas *B* immutabile *LTV* colloquiis *LTV* 13 actorem *T* 14 deuendam *B* 16 saltim *B* inpendimur *BT*

XVII. 19 consuitudine *B* 20 potat *B* meroris *BLPTV* 22 quos *Pb* longinqua *T* qua *ex corr.*, longincam P^1, longinquum *b*

quae me faciat scripta porrigere. reddo salutationis obsequia, propter quae promulgantur epistulae, deo supplicans ut caelestis dispensatione beneficii in bona ualitudine degenti praesentia magnitudini uestrae uerba reddantur. quod recipiat tamen portitor qui alloquii occasionem praestitit, a me pro uicissitudine commendatur.

XVIII.

AVIENO ENNODIVS.

Quam bene quod uerecunde renuis feliciter imitaris et dum difficilibus magnitudinem tuam exemplis quereris incitari, narrandi pompam quam adsertor idoneus refugis ostendisti! amplector amabilem allegationem formidinis, quam in te ingenii diuitis uena commendat. nolo colendum bonis patrem in adhortationis tuae positum pauescas exemplis: ab ipso ueniunt ista quae loqueris. scio quae aurum pariat terra nobilius, cuius soli nutrita sinibus metalla plus rutilent: saepe mihi labor efficax inquirenti altricia terga fului ostendit elementi: scio quae conchae superbas pretio gemmas includant, unde ueniat lapis imperiis genium conlaturus. non inperitiae quod feci adplices, non errori. uiri fortis progenies armorum faciem inter patris agnoscit amplexus et dum naturae obsequitur, discit amare terrorem. doctorum radix Maro, uestri formator eloquii, sic animatum uerbis patris filium memorat, ut dicat: d i s c e, p u e r, u i r t u t e m e x m e, et alibi: e t p a t e r A e n e a s. numquid ille iam fortibus ad certamina brachiis adsurgebat

24 Verg. Aen. X 435.440.

1 scribta *B* 4 quod *BLPTVb;* ut quid *uel* praestitit et *fort.* recipiat *T* a *in ras.* 5 uicessitudine *B*

XVIII. 9 renuis *L* n *s. l. m. 2,* rennues *B* 10 quaereris *B*, quaeris *LPTVb* 12 adlegationem *T* 14 pauiscas *B* 15 loquęris *L* nobilibus *B*[1] 16 signibus *P*, ignibus *b* 17 efficax *T* x *in ras.* fului] fluuios *Pb* elimenti *BLV* 18 concae *BLV* precio *LPTV* 19 imperitiae *TV*, impericię *L* 20 applices *LPTV* 23 fi**lium *V* de *eras.*, fidelium *L* di*cat *T* 24 pater *B s. l. corr.* 25 iam *BLV*, tam *PTb* braciis *B*

aut uirili ualitudine inminentia putabatur bella gesturus? sed melius uirtus recentibus exemplis animata quam monitis profectum corporis expectabat. scientes rerum aquilas ferunt pullos suos in ipso uitae limine, quo ouorum tunicis exuuntur, ad solis parare radios et lucem seminis sui inmensi splendoris obiectione cognoscere. numquid est in districta probatione inpietas, cum recta sit iudicii in electione sententia? nolunt quemquam perire de fetibus, sed suos esse qui cesserint non agnoscunt. recte enim illa inter aues sublimitas genetrix putatur esse uictorum. nunc ergo tu, dulce meum, bene coepta persequere et fauente deo, ut auum nomine, ita patrem redde doctrina. non aestimes graue esse quod moneo. et quia ego te de germine censeo, tu de primordiis non pauescas. fuit et ille incipiens qui timetur, et quotiens scalpente terram digito ductus aquae per puluerem trahitur, turbidum fluit omne quod primum est. de reliquo uale, mi domine, et amantem tui frequentibus cole muniis litterarum, circa quae studia, si mei memor es, pigrum te esse non conuenit.

XVIIII.

DEVTERIO ENNODIVS.

Quam uelim saepe officium uisitationis omittere, si dulcem tribuit culpa mercedem, et caelestis mandati sententiam sciens prudensque neglegere, si desideriis copiam uindicanda conciliant! mihi uni contigit de offensionis merito euenisse quod gaudeam: didici nunc tali remuneratione errata sectari. non

1 imminentia *LTV* 3 aquilas *ex* aliquas *corr. L* 4 lumine *T*[1]*V*[1] *corr. m. 1* quoọ *B* tonicis *BLV* exsuuntur *B* 5 parare *BLPTV,* ponere *b* (*cf. Carm. II 150 us. 8* non aliter — doctrinae radiis opponit cura parentis); *fort.* probare (*cf. schol. in mg. T:* nota qualiter aquile pullos suos probent) 7 impietas *LTV* 8 de fetibus] defectibus *T* 9 genetrix *BP* 10 cepta *PT,* coepita *LV*[1] prosequere *Pb* 13 de *T s. l. m. 2* pauiscas *B* 14 scalpentẽ *T* 15 turbidum *in* turpidum *L corr. m. rec.* 16 uale* *T* mi *BP*[2]*TV*[2]*b,* mihi *LV*[1], michi *P*[1]

XVIIII. 21 uellim sepe *B* 22 celesti *T* mandatis *B* 25 remuratione *V*

sunt aduersa, doctor optime, amicitiarum religioni quae profero coactus in medium. immo propter confessionem dignam proposito ualitudinis tuae dubia numquam uelut ingratus optaui: quin etiam, quantum in me fuit, contra ingruentes tibi inaequalitates precum manus opposui. sed ecce quam alacer sensus est, non in prospera membrorum salute fundata ostendit pagina, in qua utraque luce fulsisti. tua, quaeso, lumina nube doloris hebetantur, cuius tam clara sunt carmina, et qui lucem loqueris, de uisione causaris? quam timeo, ne parcus in meritis tuis laudator inueniar. tibi recte adscribitur cunctis dare oculos et obscura mentium peregrino splendore radiare. ergo putas tibi ualidum non esse quod tribuis? pelle, quaeso, animo curas superflua forsitan sollicitudine aut cautione conceptas. dabit deus, ut quicquid corporalis accessit incommodi uice animae tuae per sudum rutilantis nitore mundetur.

XX.

FAVSTO ENNODIVS.

Vere gratias trinitati, quam ueneramur et colimus, deo nostro, quae sub personarum distinctione et aequalitate mirabili unam nos pie iussit sentire et adorare substantiam, quae planctum nostrum uertit in gaudium, quae dolorum comites ad obsequium laetitiae lacrimas conmutauit, ut uere cum propheta dicam: q u i s d a b i t c a p i t i m e o a q u a m e t o c u l i s m e i s f o n t e m f l e t u u m? ut beneficiorum caelestium magnitudini sub hac deuotione respondeam, cui contigit ante accipere

23 Hierem. 9, 1

2 digna digna *B* 3 optaui *T* aui *in ras.* 6 non] nam *Pb* prospero *B* mē*brorum *B*, menbrorum *P* 7 queso *B*, *supra* quaeso *scr.* qua *P m. 2* 8 hebitantur *B* loqueres *B* 9 ui*sione *T* 10 ascribitur *T* 11 mentum *L* 12 tribues *B* animo *T* o *in ras.* 13 superflua *B*, superfluas *LPTVb* sollicitudine (e *supra* i) *B* conceptus *B* dabet *B*' 14 adcessit *B* inconmodi *V*

XX. 17 enodius *T* 19 qui *T* 20 quae *ex* quam *B corr.* 23 profeta *B* 24 flet*ū *L* u *eras.*, fluctuum *Pb*

caelestia dona quam poscere et prius quid boni euenisset legere quam quid mali minarentur peccata sentire. tuum est, dispensator omnipotens, quod de serenis pignoribus et futurae innocentiae hereditate in illa, quae praecessit anxietate, non timui, qui reductae etiam statum ualitudinis quasi stupefactus accepi et in confusionis similitudine conlocatus, quae supra meritum meum conlata sunt prospera euenisse uix credidi. uere supernae remunerationis diuitias humana mens nescit expendere. sic animo fragiles temperantur, ut prius stationem uideant quam periculorum incerta deprehendant. deus bone, in quo abrupto pependimus tunc, cum potentia caelestis, ut plenum esset paruulorum in reducta salute testimonium, plus est nostrum labefactata per meritum? dico integre et uocem quam proposito debeo nulla mendacii nube concludo (confundo uerba singultibus et sub solida gratulatione uberioribus in fletum oculis) saepe me respicere quod euasi. ubinam gentium fuimus? de qua nos ad humanam conuersationem ruina clementia superna restituit? referamus ergo strictioribus uerbis huius boni largitori prolixis gemitibus quod debemus, inuitemus ad custodiam munerum suorum quem in dubiis tulisse probamus auxilium. rogemus eum, qui scit nempe seruare quod praestitit et uirtutum suarum uiua testimonia in longum producere. talia sunt mecum circa uos uenerandi uota collegii per totam Liguriam consistentium seruorum et amicorum dei. tali nititur domus sancta suffragio. preces pro serenis pignoribus sine cessatione funduntur. uerum me dicere testis est diuinitas, quae quod ipsa est ueritatem diligit, omnibus, qui de uitae possunt innocentia et integritate confidere, uestram nimis amaram esse

1 quid *T* id *corr.* 4 precessit *B* 7 conlata *B*, coll////ta *T* oc *eras.*, conlocata *LV*, collocata *Pb* 10 peric*lorum *L* u *eras.* 11 potentiae *B* 14 confundi *B* 15 et] ut *b et Sirm.* sub *V s. l. m. 1* 16 sepe *B* 17 humanam] hũa *T* u *ex* a *corr.* clementia *T* cl *in ras.* 19 prolexis *B*¹ 21 seruire *V*¹ i *in* a *mutauit m. 1 correctione antea facta erasa* prestitit *B* 22 lãngam *V corr. m. 1* 23 colligii *B* 24 nitetur *B*, nitititur *L* 25 serenis (tas *s. l.*) *V corr. m. 1*, sereni**** *L* 28 amarum *L*²

maestitiam. sed nunc ad epistulae usum reuertor. salue, mi domine, et gerulum praesentium Bassum V. C. illa qua caros meos soletis dignatione suscipite, quia inter omnes, quibus affectus est meam propter uos amicitiam custodire, quandam praedictus arcem puritatis ascendit. iuuate ergo petitiones eius, ut fructum de inpensis capiens ad potiora praeparetur.

XXI.

FAVSTO ENNODIVS.

Diu super aduentu amplitudinis uestrae ancipiti mens mea pependit indicio. sed postquam me diuina misericordia ab huiusmodi anxietate laxauit, statim ad officia consueta me contuli, quamquam paginarum obsequia nec digresso ad longinqua subpresserim. his ergo ualitudinem meam indicans aegritudinem animi resero, quam de maerore contraxi. de luminum nostrorum salute sollicitor, in eo loci constitutus, ad quem difficile nuntius expectatus adlabitur. quod in solacio est, deum precor, ut nulla seruum suum patiatur amplius cura macerari, sed de reducta eorum in solidum prosperitate aestibus meis celeri medela subueniat. salutans debita seruitute precor, ut cognitis his, de quibus animus meus uaria aestimatione iactatur, sedulo mihi hilaritatem deferentium litterarum beneficio succurratis.

XXII.

OPILIONI ENNODIVS.

Coeperat paruitatem meam magnitudo uestra spe, quae uota transiret, dignationis adtollere et caelestis instituti more

1 mestitiam *BLTV* mi *T* i *in ras.* 2 gerolum presentium *B* -ūc- *BL*, nunc *Pb* carus meus *B* 3 solites *B*[1] suscepite *BV*[1], suscipte *T* pte *in ras.* 5 predictus *B*

XXI. 9 aduentum *P*[1]*T* 10 iudicio *Pb* 11 consueta officia *Sirm.* 12 quanquam *LV* 13 subpraesserim *B* 14 [re]sero *B*, refero *b et Sirm.* merore *BLPTV* 16 expectat' *T* t' *in ras.* allabitur *LTV* solatio *LT* 17 praecor *V*[1] 18 eorum *B*, meorum *LPTVb* 19 medilla *B* 21 literarum *T*

XXII. 25 ceperat *T* 26 attollere *LV*, attoleret *T*[1]

clariora facere beneficia sua, dum mea merita nulla iudicii lance pensabat, uel censurae neglegens dare pretium muneribus, quae esse monstrabat indebita, quoniam affectio, quae circa humiles exhibetur, non habet necessitatem et speciem suam per sudum rutilanti splendore significat. diu ergo tali fultus post deum praesumptione non timui quicquid obloquentium toxica promittebant. ast ubi me ad antiquum puluerem uestri reduxit obliuio, quod in solacio solet nudatis defensore contingere, quasi querelarum perlatrices litteras prorogaui, promittens mihi de earum inportunitate responsum. sed per occupationum forsitan amplitudo uestra praepedientium incrementa significat ad haec uos officia non uenire. replicabo, quia idem status fuit culminis uestri dudum paginas destinantis. ad morem tamen scriptionis epistulariae me reduco, ne addat prolixitas ingesta fastidium et denegari paginas faciat magis allegatio quae poposcit. domine mi, salutationis obsequium soluo et de ualitudine uestra ut animo obligatus interrogo, cupiens relationis indicio ad gemina desideria peruenire.

XXIII.

ENNODIVS SENARIO.

Perdit affectio ualitudinem silentii debilitata torpore nec ad usum suum diligentiae cursus exuberat, si nudetur communione conloquii. muta caritas pene repraesentat speciem non amantis, et odiorum simulacrum est non aperire quod diligas contestatione sermonis. ista sublimitati tuae coram positus intimaui, cum ad solacium absentiae meae litteras promittebas. at nunc quae animum uestrum mei inuasit obliuio, ut nullas

3 esse] est *L* 4 exhibitur *B* 6 quidquid *B* 8 solatio *LT* solet] debet *Sirm.* 9 querellarum *B* 11 occupationem *B*[1] 12 significet *B* replicabo *V* bo *in ras. m. 1* 14 amorem *T*[1] scribtionis *B* epistulariae *V*[1] (u *in* o *corr. m. 1*) 15 ingesto *T*[1] 16 mihi *BLV* 17 oblegatus *B* 18 inditio *PT*

XXIII. 21 ualitudine *L ut uidetur* silenti* *L* i *eras.* 23 pene *om. T* speciem *T in ras. m. 2* 24 simolacrum *B* 26 solatium *BT* 27 ad *B*

per tanta temporum spatia, quae bonam ualitudinem uestram significarent, litteras suscepissem, ne de amoris credo testimonio animorum indices epistulas conuenirem? inreligiosum ergo circa amantem tui in meliorem partem uerte propositum et ad memoriam promissae fidei scripta transmitte. domine mi, salutationis debita soluens precor, ut si uos in antiquae circa me dignationis statu pagina directa reppererit, responsa mereatur, quia pu͘to inter nos gemina uincula disrumpi non posse caritatis et sanguinis.

XXIIII.

ENNODIVS ASTVRIO.

Quae, malum, ratio est, ut ita sis parcus in gratia, prodigus in querela et exigas frequentiam litterarum quam ipse non tribuis, uiperinis oculis illud quod alter delinquit inspiciens, tuas culpas nulla falce resecando? anni plures sunt, ex quo Alpibus uicinam habitationem delegisti, senator et doctus, ubi tibi, dum pruinosa respicis iuga, adparuit inauspicata nix capitis, ubi etiam glande te uesci scriptione signasti. cuius rei fidem litterarum tuarum decora fecerunt, cum cibi huius significantia in ructu turgidi pectoris et Alpini sermonis adparuit. miror tamen, quod inter loci illius frenata glacie flumina et sine successione frigus iecoris tui flamma plus aestuat nec aliquam sortitur pectus de mansione temperiem. aetas defer-

1 spacia *LT* 3 epistolas *LTV* 5 scribta *B* transmisse *L*[1] ss *in* tt *corr. m. rec.* 6 mi] mihi *BLV* praecor *BV* 7 statu *Pb*, statum *BLTV* repererit *T*, repperit *B* 8 uincula *T s. l. m. 2*

XXIIII. 12 mali *B* es͗ *L* t *s. l. m. 2* 13 querella *B* et *om. B* frequentia *B* 14 tribues *B* uiperinis] qui ꝑimis *T* illut *B* delinquit — *l. 18* capitis *T in ras. m. 2* delinquid *BLP*, deliquit *b* insipiens *T* 16 uici*nam *B* deligisti *B*, elegisti *T* et doctus] edoctus *T* 17 proinosa respices *B* apparuit *LTV* inauspicat* *B* 18 *inter* capitis *et* ubi *litterae* tor edoct' *eras. in T* 20 apparuit *LTV* 22 iaecoris tui *B*, tui iecoris *Pb* plust *T*[1] 23 aestas *L* deferuiscit *B*

uescit in senium: est domus quae lymphas in metalla conuertat et contra naturam gurgitibus sua lege dominetur: tu tamen inter ista sic uiuere diceris, quasi ignis tuus algoris pabulis inritetur. ego te ore parentis stimulo, quia tibi et proposito meo uocem debeo castigantis. uestrum est post haec, si eligitis litteras meas frequenter accipere, de admonitione gratulari. ego autem praeter ista cum honore salutati quae scribere possim in illa carnis quam tu diligis eluuie uiuentibus non inueni.

XXV.

ENNODIVS OLYBRIO ET EVGENETI.

Desiderio paginarum uestrarum facta est mihi prodiga frons pudoris, et dum tabella promittit promulgata responsum, intra uerecundum penetrale annosam continere nescit infantiam. deberem quidem sanguini et proposito silentii uenustatem, postquam spei meae fructum prima negauere conloquia. sed nescio utrum male pertinax iudicetur intentio, quae sine alterius dispendiis sollicitae per amorem experientiae pericla multiplicat. ualete, mi domini, et ad scriptionis mecum remeate concordiam, ne contra euangelii faciatis monita, si et inportunitati denegetis quod iuste forsitan inpetrasset affectio.

XXVI.

ENNODIVS FAVSTO.

Votis et desideriis satisfacit pagina, quae apud amantem uestri necessitatibus alienis praestat obsequium. quam uellem,

1 *in *T* est *T in ras.* lymfas *BPV*, limfas *L*, limphas *T* conuertit *Sirm.* 2 dominatur *Sirm.* 3 tuos *B* 4 irritetur *LV*, nutriretur *T* oro *b et Sirm.* 5 debeo uocem *Sirm.* 6 elegitis *B* litteras *T* s *in ras.* frequenter *om. Pb* ammonitione *T*, monitione *Pb* 8 diliges *B* eluuie *em. Schot.*, ellubiae *LV*, ellubie *BPTb*

XXV. 12 prodigia *L* 13 tabula *Sirm.* 14 uerecundū *V* ū *in ras.* penitrale *B* 16 colloquia *LTV* 18 sollicite *B* pericula *Pb* 19 uale *T*, ualete ergo *B* mei *b* domine P^1TV^1 (e *in* i *corr. V m. 1*) scribtionis *B* 20 nec *T* 21 quid *B*, quia *T* forsitam *B*

XXVI. 24 satisfaciat L^1PTV^1b

si propositum non uetaret, multorum saepe quieta titubare, ut dum dubiis uocem tribuo, debitum obnixae caritatis exsoluam! domini mei, patris uestri iussionibus inpendo praesentis scriptionis officium, cuius animus dum omnium securitati prouidet, suam quietem sub hac intentione contemnit, qui dum mala Ligurum post Mauricelli obitum nondum uidit occidisse, confunditur. recidiuis enim prouincia nostra, quasi praefatum sepulcra non teneant, laborat insidiis. aduocationem fisci dum aliqui per iniquos homines nituntur obtinere, ante uotorum copiam quid in ea meditentur ostendunt. ego quidem deliberationem magnitudinis uestrae de bono publico non celaui, adserens uos praefatam dignitatem nulli uobiscum deo adnitente conmittere. sed anxietas prouincialium totum credit posse euenire quod metuit. hanc a domno meo episcopo allegationis suscepi prouinciam, ut conscientiam uestram obsequio paginae conuenirem, ne cuius subreptio ad huius rei perducatur effectum. uos fidissimam pollicitationem solliciti custodite integritate propositi. ego salutationis officia dependens quae susceperam alleganda testatus sum. spero tamen ut quid de ea parte deliberatum sit instruar officio litterarum.

1 pposito̅ (u above) *V corr. m. 1* turbare *Pb* 2 obnixe *LT*, obnoxae *B*, obnoxiae *fort.* 3 impendo *LTV; uariantes id genus ex his codicibus posthac nisi ubi causa aderat, iam non notaui in rebus orthographicis B solum in uniuersum secutus.* 4 scribtionis *B* prouidit *B* 5 quietem *BPb*, quietam *TV*, quiet*ū *L* i *eras.* contempnit *BLV* 7 quasi] quia uas *T* 8 sepulchra *BLV* fisci *ex* feci *L m. 2* 12 nos *Pb* nobiscum *Pb* 13 posse *ex* pos|st *T* 14 euenire posse *Pb* 15 obsequio uestram *T* 16 nec *T* 18 susciperam *BV* 19 spero—litterarum *om. b*

LIBER SECVNDVS.

I.

ENNODIVS ARMENIO CONSOLATORIAM.

Diu, frater carissime, festinante uoto consolatoriam ad te paginam non emisi, ne putarer uel mihi subducere fletus, dum uerba conpono, et in lamentationis dispendiis facere de gemitibus decora sermonum et debitum planctum per loquelae schemata dissipare, cum contra amicitiarum religionem et consanguinitatis uincula secretum conscientiae patescat hostilis, si, cum possis dupliciter defunctum flere, non facias, id est, si oculorum ministerio nequaquam iungas oris officium. ubi, dum lumina stimulis acta doloris inlacrimant, feriata sint uerba plangentis? sed ego, hominum sincerissime, qui tristitiae tuae obsequium in omni debeo parte qua ualeo, maerorem meum, in quo tibi comes sum, uolui scriptione testari, ne in una aetate effusarum interciperetur memoria lacrimarum uel aestimaret posteritas me in filii tui morte hoc solum debuisse quod solui, habens in hac uia uenerandorum exempla pontificum, quorum imitatione nobilitantur quos in umbram merita concluserunt. Ambrosius noster decedentem germanum teste afflictionis suae libello prosecutus est. quem cum recenset secuta proles, et scriptoris bene meminit et in Satyri fratris

I. 3 fr̄ km̄e *T* rkm *in ras.* 4 misi *b* putaret *T* flemtus *B*[1] 6 loquellae *B* 7 scemata *PT* 8 uinc∗la *L* u *eras.* patiscat *B* 9 si—facias *om.* *B*[1] *add. corr. s. l.* deflere *T* 10 officicm *V* cm *in* um *corr. m. 1* 11 stimolis *B*, studijs *P* sunt *Sirm.* 12 sincirissime *B* 13 qua *B*, quod *LPTV* (o *in V in ras. m. 1*) merorem *BLPTV* 14 comis *B* scribtione *B*, subscriptione *T* 16 fili *B* 17 habes *T* 18 nobilietantur *B* 20 cum—bene *om.* *B*[1] quem cum—bene meminit *add. corr. s. l. et* quem meminit *exp.* recensit *B* 21 saturi *T*

eius obitu lamenta coniungit, quia eius prouisione contigit recentem dolorem ostentare, dum loquitur, et ante legentum oculos semper exalantia spiritum iam diu defuncti membra monstrare nec umquam pati ueterescere relationis fide funus, quod anni potuerunt sepelire transacti. his ita se habentibus oculorum flumina refrena et animum, si placet, ad eius uerba conuerte, qui tibi flens consolator occurrit. amisisse te filium pene unicum et bonae indolis, quod patria non minus requirit affectio, prouinciae ululatus ostendit, cum ad solacium gemituum tuorum suos iungens quid de eo senserit testatur uniuersitas. tu tamen inter ista quasi specialis mali pressus nece concluderis, nesciens temperandum quod per multorum dispersum corda commune est. quare ergo propriam aestimes anxietatem quam suam per affectum tuum fecere quam plurimi? tecum, ut de cognata gente taceam, Gothus adfligitur, et tu adhuc quasi solus propriis aestibus subiacens inclinaris? instruant te, quaeso, ueterum ornamenta maiorum et a maeroris ad bonam ualitudinem intentione restituant. Abraham unicum filium morti quasi pius pater, quod maius est, laetus exhibuit et ad necem filii mucronem genitor misericors praeparauit. tu translatum caelesti iudicio quasi orbatus inquiris et quem non obtulisse sacrilegium fuit hunc oneras fletibus euocatum. in qua causa Dauidicum tibi occurrat exemplum, qui feretrum filii ouans et deo referens gratias antecessit, quod dignatio superna de uenerandi prophetae semine quem forte munera-

1 opitula|menta *B* coniunget *B* 2 recentem contigit *T* legentium *P et Sirm.* 4 unquam *T* ueteriscere *B* funiis *T*[1] 7 qui] quia *B* amississe *V* 8 indoles *B* non minus *Sirm.*, non nimis *BTV*, nominis (non nimis) *L*, nominis *P* (is *corr.*) *b* requiret *B* 9 prouintiae *V* 10 senserit *B*, censerit *b*, censeret *LPTV* nece] onere *fort.* 12 corda dispersum *T* 13 aestimis *B* 14 facere (e) *B* 15 gotus *BLPTV* affligitur *LPV*, afficitur *T* 16 aestibus] hostibus *T* instruante (te *om.*) *B*[1]*L* 17 maiorum *susp. uidetur* meroris *PT*, moeroris *LV*(?) 19 quasi] quamuis *fort.* exibuit *BLV* 21 inquires *B* 22 obtullisse *B*[1] euocat̃ *T* t̃ *in ras.* 23 dauiticum *BLPTV* 24 fili *B* de*o *L* e *fort. eras.* quid *B*[1] 25 profetae *L*, profete *B*

retur acciuerat. tu si eius aemulator non prorumpis in gaudium, certe tempera sub aliqua praedicti imitatione maestitiam. replicabis forsitan uix ista aegris animo posse suaderi et in graui tribulatione locum non habere consilia, orbatum non respicere quicquid hortatur ad uitam, unicum desolatos habere in euocanda morte subsidium. his addas, quod frugi sobolem et quae teneram aetatem uinceret morum modestia perdidisti, allegans iuuenem tuum inmaturos annos, qui peccatis amici sunt, glorioso fine clausisse et in aetatis naufragio ab eo de portu animae fuisse tractatum. quibus ego dolorum tuorum fomentis licet maestus opponam: minus peccauit, quod inmaturus abruptus est: iunxit ad uitam perpetuam melioris saeculi quod in ista seruauit: paenitentia, quam eum egisse loqueris, etsi in ipso non inuenisset quod dilueret, inuenerat quod ornaret, quae quotiens innocentibus datur, coronam pro humilitatis affectione conciliat. ad haec respondeas: quo me uertam, frater, qui praeter lacrimas in praesenti luce nil habeo? adiciam, dei proximitatem inuenire posse hominem, qui de hominum non laetatur: in loco filii succedere posse conscientiam, quae sanctos eius heredes inueniat. non unam ergo uiam, si audire digneris, uitae melioris ostendam, licet tua non egeat monitore perfectio nec magistro opus sit ei, quem fecerunt actuum suorum emendationes et honestamenta conspicuum, nisi tantum ut adhortationis, quam consilio tuo et prudentiae debes, fidem diligenter expendas et ad caelestium munerum affectum te reuoces, unde uitales auras et accipimus et amamus et gratum nobis fit beneficium, cuius colimus et ueneramur auctorem. ista sunt,

1 acciuerat *T in ras. m. 2* 2 t̄pa *T in ras. m. 2* replicaei is *B* 4 consilium *B*[1] 5 quidquid *B* in] et in *T* 6 quae *BLPTV*, qua *b* 7 alligans *B* 10 tractum (ta *supra*) *L* 13 penitentiā *P*[1]*T* et si] si *Pb*, etiam si *Sirm.* 16 conciliet *BT* 17 nihil *b*, *om. L* 18 de homine *P*[2]*b* 20 ergo unam *T* 21 aegeat *B* 22 magistrorum *T* act*um *L* 24 debis *B* 25 mune (rū *supra*) celestium *T* mune ce *in ras.* te *inclusit Schot.* reuocis *B* 26 uitalis *B* fit *BLV*, sit *PTb* 27 colemus *B* actorem *T et sic saepe* ita (*punctum supra* i) *L*

quae breui sermone dolens magna contexui, ruptam singultibus contestationem pro stili ubertate dirigens, dum muto lamenta conloquiis.

II.

ENNODIVS SPECIOSAE.

Silentium meum dolor exigit, qui passus est crescere, dum de uindicta cogitat, dispendia caritatis. quid enim fieri potuit, nisi ut tacendo uicem restituerem litteras deneganti, ut contemptus circa me, qui per abstinentiam uenerandi sermonis innotuit, dum subduco conloquia, pari mucrone feriretur? dicas forsitan uindictam inimicam esse proposito. sed omnia errata ita conputo quasi legis obsequium, in quibus uos esse contingit auctores. quisquamne culpam putet facere quod fecisti et plectendum iudicio diuino censeat quod a te processisse cognoscat? aequo ergo animo sustine quod deliqui: dum in ea re praecedis, lux ecclesiae, ipsa uoluisti. ego seruo animum, quem promisi, ut in uniuersis, si mereor, aemulator existam, cuius rei fidem, dum tacentibus uobis taceo et quod loquentibus loquor, ostendit. ad scriptionis ergo officium, postquam iussus sum, me reduxi, qui hactenus intra uerecundum penetrale quae non amabantur uerba continui, simili in paginis pariturus obsequio. salue, mi domina, bonae splendor sine nube conscientiae et ad exemplum sanctae conuersationis in longum producere et mei, si mereor, meminisse dignare, epistulari dans ueniam breuitati, quam in angustum artauit festinatio portitoris.

III.

ENNODIVS SPECIOSAE.

Quanto deprimuntur peccatores suorum fasce factorum, quibus ab oculis tollitur quicquid offertur et ne in obliuionem desideria

1 manca *malim; sed fort.* magna *pro* rem magnam *dixit ut Epist. IV 16 et 27*

II. 7 feeri L^1 8 n (i suprascr.) *T in ras.* 12 ita *om. T* 13 auctoris *B* 14 cognoscatur *Pb* 15 ea in re *b* 16 ego] ergo L^1V^1 20 iussus] uisus P^2b *et Sirm.* ∗actenus *L* h *eras.* 25 in *om. LV* angustom B^1

III. 28 depremuntur *B* 29 ocul∗is *L* i *eras.* tolletur quidquid *B* desideri c̃mittantur V^1 *ut uidetur*

mittantur, uicinum fit nec contingi licet omne quod cupiunt! ad Ticinensem urbem uotiuam susceperam necessitatem et molesti itineris uniuersa transieram, existimans hoc sacerdotem credere suis imperiis inpendi quod meo militabat affectui, cum subito circa metas uotorum summo labore petitus iam de area fructus effugit. pro dolor, qui me de epistolari alloquio ad tragoediam uocas! muros uenerandae post religionis loca propter te ciuitatis aspexeram, iam grati parabam uerba conloquii: uereor dicere quod remansit, ne loquendo cogar denuo sustinere transacta. inlustrem uirum Erduic, quem me tu, ecclesiae decus, desiderare feceras, inprouisus oculis casus ingessit. ibi comites mei uidere quid peterem: ibi animi mei aestus innotuit, quem ante sub praedictae claudebam umbra personae: nesciui occultare per caritatis tormenta quod uolui nec fucis aliquibus colorare conscientiam. maerentem me ad domum reduxit qui prolixioris itineris causas incidit. fatigationis meae fateor conpendia non amaui. ecce contestationem diligentiae meae et mentis adserui. uestrum est, si uera dixerim, uos interrogare et animum meum affectionis uestrae aestimatione cognoscere. domina mi, saluto et deprecor, ut libens per praesentium portitorem suggerenda cognoscas.

IIII.

ENNODIVS OLYBRIO.

Nulli dubium est inter prudentes sacrae fidem promissionis inpleri et amicitiam, quae fertilibus est maritata fomitibus, fructuum nobilitate gaudere. ego conscientiam uestram appello

1 contigi (n supra g) *B* 2 ticinensẽ *T* nensẽ *in ras. m. 2* urbẽ *T in mg. add. m. 2* susciperam *B* 3 uniuersi *LPV'b* aestimans *Sirm.* 5 circa] contra *b* 7 traquidiam *B*, tragoeidam *L* uenerande *B* 10 erdui *BLPTV*, ergo *b*; *em. Sirm.* me tu] metua *B sed* a *corr. uidetur* 11 comitis mei *B* 12 mei *om. B* 13 persone *B* 15 consciam (~ supra sci) *T in ras. m. 2* merentem *BPTV* prolexioris *B* 16 conpedia (n supra e) *B* 19 afflictionis *L* mi *ex* m (i supra) *T corr.*, mihi *BLVb*, michi *P* 20 presentium *B*
IIII. 23 olibrio *T* 25 formitilibus *B* 26 fruct*ū *L* u *eras.* nobilitare *T*

iam statutis fidelibus obligatam: ego tamquam de bonae arboris reditu, ita de caritate mutua idoneus carpo poma possessor: nulla partium in aucupio discessionis quod fieri uoluit neget inpletum. apud deum uotis aut supplicium debetur aut praemium. ego in me religiosi, in uobis nobilissimi consideratione propositi ad effectum inter nos concordiae aestimo peruenisse quae coepta sunt, nec adulescentibus gratiae et in nouam lucem erumpentibus frugibus uerborum potui negare commercium, cum culpa dignus sit qui in uicinitate positus noluit primus incipere. in hac ergo parte pudoris uolens uitare dispendium nolo euadere opinionem temerarii, dummodo ad effectum me ostendam peruenisse perfecti. opportunissimum portitorem sarcina inperiti sermonis oneraui affectu delinquens, per quem qui peccauerit et ueniam meretur et gratiam. rogo ergo salutationis effusissimae debitum soluens, ut, si me cordi habetis, de uberrimi ostendatis directione conloquii, quia sicut amoris elocutor et copiosus adsertor es, ita nescis alicui blanda uerborum fucatione deludere.

V.

ENNODIVS LACONIO.

Numquam inter amantes silentio bene multatur offensa: grauius inuentorem percutit uindictae nouitas quam errantem: nefas est pro emendatione culparum culpas adhiberi, dum studio curationis qui medetur aegrescit. uolui taciturnitatem quam circa me hactenus mei inmemores seruastis imitari, sed homo lenis animorum fortium non potui aequare contemptum. uictus

1 obligata *B*, oblegatam *LTV* tanquam *T* 3 quod fieri uoluit *V in ras. m. 1* 7 cepta *PT*, concepta *L* aduliscentibus *B* 8 comercium *PT*, commertium *V* 10 dispendiam *B* 11 affectum *LT*, effectum *V corr. m. 1* 12 oportunissimum *BLPTVb* 13 honeraui *T*¹ 15 effusissime *L* corde *fort.* 17 cupiosus *B* nescit *B* uerborum] sermonum *Pb* 18 diludere *B*

V. 20 lacon*io *L* 21 aman**tes *L* te *fort. eras.* 23 °mendatione *B* ad*iberi *L* h *eras.* 24 midetur *V*¹ egriscit *B* uoluit *T* 25 actenus *B* 26 lenes *B*, leuis *b et Sirm.* equare *B*

sum naturae fragilitate, confiteor, et quod uos credo conputare inter uitia plus amando stili abstinentiam effusa loquacitate pensaui et longi dolorem silentii sermonis ubertate conposui. expectans quidem a uobis praeuium munus in litteris, sed nolui mihi ipse, dum diu taceo, negare responsum, aestimans, quod loquendi formam dare nisi loquendo non possem. proinde, domine mi, salutationis debendae obsequium soluens perlatorem praesentium ad uos specialiter destinatum solita dignatione suscipite et sublatum de consuetudine scribendi usum reparate, ne in damnum gratiae parcitas contingat ista uerborum.

VI.

ENNODIVS POMERIO.

Quousque tantum licebit abstinentiae? quousque fama nobilis epistularibus destituta conmerciis ueterescet? nolo euadere opinionem temerarii, dummodo ad notitiam possim peruenire perfecti. uolo esse paginarum praeuius destinator, ut Galliarum bona ad Italiam migrent sine ullo formae suae translata dispendio. an forsitan putabas te in quocumque loci delitescere, quem scientiae lux longe positorum monstrabat aspectui? et nisi me in laudibus tuis domestica quidem relatio, sed per inperitiam sui pauper angustet et amplissima meritorum tuorum praeconia relatoris artet exilitas, utriusque bibliothecae fibula perfectionis ex gemino latere uenientis partes maximas momordisti, procurando ut tali ingenium tuum saturitate pinguesceret. taceo summam caelestis conlatam beneficii et dotibus sine humano adiutorio supernis instructum. recte enim hoc aestimatur uenire de superis quod inter homines nullo constat

1 conpotare *B* 4 exspectans *V* non uolui *B* 7 mi *PT*, mihi *BLV* 8 distinatum *B* 10 contigat *B* berborum *B*'

VI. 13 abstinentiae *B*, absentiae *LPTVb* 14 distituta *B*, destitua (t *superscr.*) *V* commercium *T* ueterescit *B* 16 praeius (u *superscr.*) *L* 18 dilitiscire *B*, delitiscire *L corr.* *V*, delitiscere *L*'*T* 21 angustit *B*' *ut uidetur* 22 relatoris *B*, perlatoris *LPTVb* bybliothecae *BV* (*sed V y in ras.*) 23 partis *B*' 24 pinguisceret *B* 25 summam] ecclesiam *add.* *B* et] et te *fort.*

exemplo. sed haec melius secuturis uita comite censeo reseruanda temporibus. ad illud uenio, in quo me seiunctissimus instruxisti. quantum habuit praesentium portitoris sancti Felicis adsertio, in epistulis meis sine cura dictatis Romanam aequalitatem et Latiaris undae uenam alumnus Rhodani perquirebas. sollicitus credo scrutator et diligens quid lima poliret inuenit, dum per infabricata uerba discurreret. nescimus qua quid mente homo legerit quod hac profert deliberatione sententiam? maxime cum scriptum sit:

ipse parens uatum, princeps Heliconis, Homerus,
iudicis excepit tela seuera notae.

rogo et si indigenis et inter studiorum suorum palaestra uersatis fulget latinitas: mirum dictu, quod amat extraneos. periclum facere de eloquentiae pompa non debeo nec praesumo qualiter quis ualeat experiri, cum professionem meam simplici sufficiat studere doctrinae. si me tamen quondam studiorum liberalium adhuc nouitate gaudentem aliquis tali dente tetigisset, parassem uel quod ad excusationem esset idoneum uel quod non puderet obiectum. nunc uale, mi domine, et circa me ecclesiasticae magis disciplinae exerce fauorem. scribe uel manda Melchisedech parentes quos habuerit, explana-

10 Claudianus in Aletium Carm. min. VI (LXXIV) us. 13 (= II p. 140 Ie.)

1 hac *L*, hae (c s. l.) *V* saecuturis *B* 3 instrux|*isti *L* felices *B* 5 alumpnus *PT* rodani *BLPTVb* 6 polliret *P*, polleret *b* 7 infabicata (r s. l.) *B* bene scimus *malim* qua quid *T corr.*, quia quid *LPT*[1]*V*, quia quid qua *Bb* 8 quod *T in ras. m. 2* 10 Homerus] umerus *B* 11 excipi(t) *B* note *BT*, no*te *L*, sui *b* 12 rogo et si] raro si et *fort.*, *cf. Wiener Studien II p. 244* indigenis *scripsi*, indigenas *BLPTVb* palestra *BLPTV* uersatis *L*, uersatus *BV*[1], uersatos *PTV corr. b* 13 fulgit *BV* (g *ex* c *corr.*), fulit *L* lanita**s (u s. l.) *L* ti *eras. et* ti *s. l. add. m. 2* quod *B*, quod (si s. l.) *V* (si *alio atramento supra scr.*), quod si *T*, uel si *L*, quid *Pb* 14 facere *om. L*[1] 15 ualeat] debeat *Pb* professiomem *B*[1] 17 nobilitate *Sirm.* 18 excussationem *L*[1] 20 fauorem *LT*, fautorem *Bb*, fautorem *V*, fouerem *P* 21 mandata *V* melchisedhaec *L*, melcisedech *B*

tionem arcae, circumcisionis secretum et quae propheticis mysteriis includuntur. ista quae sunt saecularium schemata respuantur, caducis intenta persuasionibus, telae similia Penelopae.

VII.

ENNODIVS FIRMINO.

Exigat licet amor quod non potest implere perfectio et inpetret caritas, ut per loquelae audaciam quae ornare poterat pereat spes tacendi, maxime cum sit dicendi, ut Tullius refert, nisi cum necessaria nimis inepta condicio: sed inter narrationum uias et itinera aperienda falce doctrinae teneri nescius uirium consideratione regnat adfectus. inperatoris loco dominatur semel penetralibus cordis infixa dilectio, credens quod non de uerborum pondere uel pompa capiatur qui de absentis propinqui est salute sollicitus nec existimat quod nasci possit offensa de gratia, hoc ad laetitiam satis esse coniciens, si optatam nuntiet epistula sospitatem. sed uos, quos libra peritiae in eloquii lance pensauit, quibus ubertas linguae, castigatus sermo, Latiaris ductus, quadrata constat elocutio, quaeritis nimirum in aliis quod exercetis, quaeritis quod amatis. nos ab scolarum gymnasiis sequestrati, arentis ingenii guttis quaedam oceani fluenta prouocamus, quasi lychnis contra solis radios pugnaturi. mei macies longe se monstrat studii et nisi excusetur pietate garrulitas, dispendium proprii pudoris est

9 Cicero de orat. I 24, 112

1 archae *B*, arche *T* profeticis *BLV* 2 misteriis *T* scaemata *B*, scemata *T* 3 intexta *fort.* poenelopae *L*, poenaelopae *V*, penelope *PT*, ponaelopaei *B*

VII. 8 loquellae *B* q; (ae superscr.) *L* 10 conditio *LT* 11 itenera *B* et teneri *P*, etenere *B* 13 dominantur *L*, dominator *B* penetrabilibus *LV*(?) delectatio *T* 15 sollicitus salute *T in ras. m. 2* ex|timat**nasci *B* nas *in ras.* posse offensam *B* 16 leticiam s. e. continẽs si ob *T in ras. m. 2* 17 quod *L*, *om. b* 18 pensauit *scripsi*, pensabat *V*, pensabit *BLPTb* 19 sermo *V in ras. m. 1* elucutio *T* 21 gimnasiis *LV*, gemnasiis *B*, ginnasiis *PT* gottis *B* 22 ocheani *B*, occeani *T* lygnis *BLV*, lignis *PTb* 23 radius *B* 24 podoris *B*[1]

quod amaui. uena quidem linguae a generis fonte trahitur et feruore genuino solet fetura nobilis incitari. ego mea sum inpar prosapia: me dotibus uestris quasi peregrinum scientiae plenitudo non tetigit: ego uos tantum laudare magis quam imitari ualeo. et quamuis necdum in me ad florem uenerit matura facundia et pressus onere gratiae soluendi deserar facultate, committo tamen cymbam tenuem placido mari, quia parum ab ingratitudine differt muta gratulatio. unde nascitur quaeso, ut prospera quae de uobis perlatoris relatione cognoui inter caelestia mihi beneficia conputentur? et quamuis reddere deberem sermonis officia, sed quia portitorum neglegentia fecit ut directae a uobis aut retinerentur aut perderentur epistulae: ego tamen uerecundiam meam in statione degentem ad incerta deduxi et totum me legendum sapori uestro conmitto. salue, mi domine, et amantem uestri frequentibus colite muniis litterarum. circa quae studia pigrum esse nec diligentem conuenit nec facundum.

VIII.

ENNODIVS APOLLINARI.

Pro uoto militant desideriis propriis necessitates alienae, dum in gaudium nostrum aliquorum precibus exhibemus obsequium. quis non pretio propter se quaereret quod alteri sub hac occasione praestatur? debent mihi nunc perlatores praesentium debita mea et non solum me ad solutionem non

1 fon(t)ae *B* 3 me] mo *L*[1], me a *fort.* scientiae scientiae *B* 5 nondum *b* 6 praessus *B* honere *L* deser*ar *B* 7 cumbam *B* 9 quaeso ut *scripsi*, quae ut *BLV*, qd'** (d' *in ras.*) *T*, ut *Pb* relationem *T* 10 computentur *Sirm.*, conputatur *LV*, conpotatur *B*, cōputantur *PTb* 11 deberem reddere *Sirm.* officium *LPTVb* sed] sed cessaui *uel* cessaui *fort.* portitorem (u) *L* negligentia *B* 12 nobis *Pb* pderentur *T* 15 colete *BV*[1] 17 conuenet *B*[1]

VIII. 19 apollonari *TV* 20 milita(n)t *V* n *add. m. rec.* neccessitates *B* 21 nostrorum *L*[1] alicorum *B* 22 preti° *B*, praetio *V* alteris *T* 24 presentium *V*

pertrahunt, sed se fatentur obnoxios. non est incuriae quod raro a me scripta prorogantur: similia frequenter, ut nunc repperi, bona se subtrahunt. inueniant ergo huius beneficii fructum, si me diligitis, portitores, qui sicut a me ea, quae erant obferenda, exegerunt, ita ad uos, ut opinor, de scriptionis conmercio optata perducunt. domine mi, salutationis obsequia restituens deum precor, ut haec uobis in bona ualitudine porrigantur et reddatur ilico pagina, quae meam quaerat, uestram nuntiet sospitatem.

VIIII.

ENNODIVS OLYBRIO.

Vix aliquando mihi ea quae diu cupita sunt ex sententia successerunt, ut sitim, quam ex litterarum uestrarum ardore conceperam, eloquentiae diuitis unda satiaret et aestus, quos expectatio longa geminauerat, adridentia labiis fluenta restinguerent. sed cur me ad uotorum adseram summam fuisse perductum, cui maius nascitur de inpetratione desiderium, dum de sermonum uestrorum flumine pectus ardescit? ostenditur mihi liquido quam sit rerum nescia mens humana, quae dum pretium propriae ambitionis intellegit, adsuescit plus amare ad quod tarde peruenit, et dum abundat in praesentia quo laetetur, magis superest quod requirat. nunc, confiteor, in litteris uestris superforaneam cautionem mei aestimator expaui, ubi dum secundis in altum loquelae uestrae portarentur uela

1 pertra^h^unt *B* 2 similia (ia *in ras.*) *T* 3 subtra^h^unt *B* benificii *B* 4 diligetis *B*¹ 5 offerenda *LTV* ad] et *T* 6 comercio *T* perducant *T* mihi *BLV* 7 ualetudine (ne *ex* nis *corr. m. 1*) *V*, constitutis ualitudine *B* 8 porregantur *B*

VIIII. 11 olibrio *T* 12 co^n^pita *B* 13 sitem *B* quã *B s. l.* 14 diutis *L* 15 expec^ta^tio *B*¹ restingerent *T* 16 perductã *L*¹ 17 cui] an *Pb* maius (m *in ras.*) *V* 18 peccatus *T*¹ ardiscit *B* 20 praetium *B*, p̃cium *LVT* *nisi quod T m. 1* p̣e p̃cium *exh.* 21 quo laetetur *coni. Schottus*, quod letetur *T*, quod laedetur (ledetur *L*) *BLV*, quo delectetur *Pb* 23 super foramet *L*¹ estimator *LTV* 24 loquillae *B*

prouentibus et in obsequio militaret quicquid spirat, remigium uestris dicitis deesse conloquiis. non est licita ueri diligentia sequestrata quam pingunt uerba formido. remis opus est, quotiens nullo flaminum puppes iuuantur inpulsu: his non eget cui secundam nauigationem fecit conspiratio deuota uentorum. sol facibus non iuuatur nec lunaris globi claritudinem minorum siderum aliquando inlustrauere collegia. domine, ut supra honorem salutati exhibens precor, ut apud magnitudinem uestram studiorum meorum fructu non caream, postquam uobis quid cuperem non celaui, ut scriptionis operam quam hactenus protulistis stili frequentia uel ubertate pensetis.

X.

ENNODIVS FAVSTO.

Meritum meum regnator caelestis si adtenderet, aut exigua bona adipiscerer aut magna supplicia et mei idoneus aestimator, quo meritis peruenire non poteram, uoto non tenderem. sed gratias illi, qui delicta nostra sic ne extollamur resecat, ut spem ad latiora perducat. domni Auieni dictionibus a me debentur ista praeloquia, qui necdum ad bonam ualitudinem reductus animum meum sollicitudinis catena laxauerat, dum adhuc inter spem et metum anxii uota penderent. naturam respiciens indicauit quo tonaret eloquio. iudicio quidem ista praeceperam et altricem nobilis metalli uenam in thesauris quos pepererat agnoscebam. sed etiam in hoc peccator euenire uix credidi quod adsequi non merebar. uerum dico teste diuina clementia, si sunt aliqui in Liguria, qui de litterarum possint

2 licit aueri B^1 3 depingunt *B* renis *L* 4 puppis *B*, pupes *T* iobantur (u *suprascr.*) *B* 6 iobatur *B* 7 colligia *B* 8 salutationis *T* aput *B* 10 ut] et *uel* uel *fort.* actinus *B* 11 protulestis B^1

X. *hanc epist. om. T, add. in mg. man. rec.* hic deē cpłm 14 si meritum *B* caelestisi *V* si *om. B* 15 adepiscerer *B* 17 ne] non *L* 18 domini *b* aueni *V*, auini *L* 22 indecauit V^1, indecauet *B*, iudicauit *Pb* 23 praeciperam *B*, perceperam *Pb* thensauris *B* 24 peperat (re *suprascr.*) *B* 26 gluria *L* possint *LPV*, possent *B*, possunt *b*

genio et splendore iudicare, uos crediderunt in illa dictione laborasse, quam aetati praeiudicans canus iam in puero sensus excoluit. sed ista magis illis cum lacrimoso gaudio dixi, quos aut effusus sanguis albo curiae caelestis adscripsit aut clara confessio, qui secundis confirment primordia nostra successibus. uos famuli humilitate et obsequio salutans opto inter quaeuis, dum istis animum relaxatis, aduersariorum mala gaudere. nihil est enim, in quo inimicorum possimus damna sentire. hoc nobis deus contulit, quod inuidia terrena non subtrahat.

XI.

ENNODIVS FAVSTO.

Quid faciam, quando rescribenda uos scribitis et pro bono praescientiae caelo uobis obsequente concessae quicquid alienum pectus potuit inuestigare narratis? liqueto supra hominem esse duorum sic implere personas, sed ad illum referantur ista, qui praestitit. ego tamen remittere me orationem, per quam in umbram antiquus Tullius trudetur, non promisi, quippe qui acceptum quaternionem sub maiori quam ingenio meo commodabat celeritate reddideram, dum fidei seruiens quae ad profectum poterant pertinere contempsi. nihil apud me de ueneranda tunc dictione remanserat, nisi quod ad fructum, quantum aestimo, bonae opinionis reposcenti memoria furante subduxeram. nolo dicere, quale fuerit quod inuitus restitui, quale etiam quod amaui, ne manifesto credatis uos alleganda sine sui dispendio praedixisse. curis meis tamen super hac parte serenae lucis meae domni Auieni miseratio licet incipientis tamen iam probata succurrit: quandam scedulam, quae

2 canus *Pb*, canos *BLV* 3 lacrymoso *Pb*, lacrimo *BLV* addixi *fort.* 9 terręna *L* subtraat *B*

XI. 12 qm̃ rescribenda *T in ras.* 13 quidquid *B* 14 liqueto *LPV*, liquido *B*, liquet hoc (hoc *in ras. m. 2*) *T*, liquet *b*, liquet ō *Sirm.* 16 praestetit *B* 17 antiquis *B*[1] 21 remanserat (s *corr.*) *L* quod *B*, *om.* *LPTVb* 22 resposcenti *B* 24 amaui |aui ne (aui *in mg. postea add.*) *B*; amoui *fort.* 25 hanc *L* 26 domni *B*, domini *LPTVb* 27 succurrat *V* scedolam *B*

ipsi remanere potuit, ostrum mihi nobilitatis ingessit: hanc hactenus habui, inde sum et locutus et sapui. sed postquam et aliena beneficia iussus sum perdere, perlatore eam sequente destinabo, non eam in me pro peccatis meis intellegens beniuolentiam, ut quod externorum muniret ingenia bene credulus non negarem, sciens me hominibus quod inpugnat propositum cautione miscere. uerum dico illo teste, cui nota sunt omnia, a me illas mundi ore celebratas dictiones uestras, quod credo inscitia mea fieri, cuiquam dari nec tormenta conpellunt. domine mi, salutationem reuerentiae uestrae exhibens contestor, quia neque neglegentia iudicium meum neque adulatio inpugnat affectum.

XII.

ENNODIVS ASTYRIO.

Propheticis oraculis sublimitas tua praestat obsequium et ad fidem ueterum sanctionum militat nouellis excessibus. prouidisti ne segnior admonitio remaneret ualitudine subtracta neglectui. scriptum enim est per dei cultores, quorum aures prudentum debeat doctrina transire, quos salsi sermonis sapore pertrahere, allegans perire monita, quae in alia constitutis deliberatione praestantur. ego tamen loco humilis, lingua mendicus solis antea necessitudinis stimulis uerba concessi et ad contestationem diligentiae prioribus litteris exhibui sub sanguinis libertate responsum. nunc male est animo, quod iniuriarum

1 hostrum *BLPTV* nobilitas *L* hac (u *sup.*) actenus *B* 2 locutus** et (et *fort. eras.*) *L* 3 perdere *B*, pendere *LPTVb* perlatorē *B* ¯ *add. corr.* 6 hominubus *L*[1] 7 miscere *scripsi*, misceri *BLPTVb* dico illo dico *T* 8 nec credo *fort.* 9 inscicia *T in ras. m. 2* meo *B* 10 mihi *BLV* reuerentię ur̄ę (ę ur̄ę *in ras.*) *V* 11 neque *Bb*, *om. LPTV* negligentia *B*[1]*T*; mea *add. T sed m. 2 exp.* nec *Pb*

XII. 14 astirio *T* 15 profeticis *BLPV* 17 ne] me *P*[1]*T*[1] senior *B* ualitudine subtracta *T in ras. m. 2* 18 neclectui *B*[1] *ut uid.* est enim *T* 19 prudentium *Tb* debaeat *L* falsi *PT*[1]*b* 20 pertraere (h *sup.*) *B* alligans *B* moneta *B* 23 exibui *B*

fructu carens sumpsisti forsitan mentita apud te urbanitate iactantiam, nesciens quod auctorem repetunt tela, quae indocilis aduersus alterum manus emiserit. quis putet contumeliam, quae solam conscientiam destinantis adfligit? inproborum natura est, hoc sentire de omnibus quod merentur et in malis solacium nusquam uidere innocentiam. tormenta sunt maculatae conuersationis non sibi credere esse participes. haec illa mente descripsi, qua memor propositi odium conpellor debere criminibus. nullum dens meus nisi de se tetigit confitentem: dum uitia incessimus, reum ira manifestat. nam iniurius sim, si stili loco uomerem sentiam aut mihi scripta conputem quae relegens non agnosco. scit enim dominus quia, si non nostro nomine notata fuisset epistula, ad quem fuisset directa nescirem. tibi habe facetias tuas aut illis reserua, cum quibus uobis sine oris officio per clandestinae familiaritatis communionem clamor est actuum. ecce salutationis honorificentiam soluens deprecor, ut in dirigendis epistulis loca tempora personas adtendas, ne quod ego ad me scriptum non conputo alterum forsitan laedat, quia aestimo te huius epistulae formulam ad plurimos destinasse et sola nominum conmutatione eam per singulos sine meritorum consideratione transmittere.

XIII.

ENNODIVS OLYBRIO.

Vt tradit quaedam eloquentiae persona sublimis, lex est in epistulis neglegentia et auctorem genii artifex se praebet incuria.

1 forsita^{n} *V* te *om.* *B* orbanitate *B* 2 actorem *T*, auctores *P*¹*b* repetun *L* 4 distinantis *B*, destina^{n}tis *L* adfligit** *B* 5 hoc *B* *s. l.* 6 nusquam (s *in ras.*) *T*, nũquam *LP*, nunquam *b* 7 participes (parti *in ras.*) *V* 8 discripsi *BL* quam *L V*¹ 9 den*s (e *uel* i *eras.*) *V* meus *ex* metis *V m. 1* confidentem *T* 10 reum *ex* retim *V m. 1*, reu *B* manifestat ira *T* ^{in}iurius *B* 11 steli *B*¹ sententiam *L*¹*V*¹ 12 nostro *Sirm.*, uestro *BLPTVb* 13 nomen enotata *B* 14 reserua** (nt *eras.*) *L* 15 clamdestinae *T* 16 act*ũ *L* 19 ledat *B* 20 commutationem *P*¹*T*¹

XIII. 23 olibrio *T* 25 negligentia *B*¹*T* praebit *B*

in quo opere illud subducitur gratiae, quod cruciatuum testis sudor inuenerit. caminis excocta fabrilibus uerba non flagitat salutis suae nuntius et quaesitor alienae. melius [si] in his commerciis pura elocutionum fronte congredimur: diademata simplex conloquii cultus abiurat: epistularis communio si quando affectatum decorem fugit, obtinuit. sed magnitudinis uestrae diues et elucubrata narratio mendicis limitibus nescit includi nec oris thesaurum quibuscumque artare confiniis: magnorum more fluminum riparum frena contemnit. nam dum conpositum uelamen occupationis locuples lingua transgreditur, his tantum se studiis militare significat, ad quae uel occasione perducta est. et nisi uobis quietis nostrae testimonio reipublicae gubernacula sentiremus fuisse conmissa et rem laboris uestri esse quicquid ubique disponitur uel Italiae curam didicissemus unum pectus ingressam, paene uos sola putaremus paginalis stili cura et adsiduitate macerari. deo debentur haec munera, qui et amatorem scientiae sensum contulit et limam studiorum ad oris fabricam non negauit. non sic pernix aether acta neruis arundo proscindit, quemadmodum inuenta ingenii uestri sermo describit. nulla languescit obice, nullis tardatur obstaculis, fit peruia quaecumque se illi difficultas obtulerit et mirum in modum per allegantis peritiam mutatur natura causarum: hoc facis in merito negotium habuisse quod cupias: ueritas est quodcumque pro ueritate narratis. hinc cautis iudicibus non licet repugnare. minutissimi discussores opinionis lucrum

1 subducit *b* cruciatum *L¹PV¹*, cruciatuum t. sudor *T in ras. m. 2* 3 si *uncinaui* 4 commertiis *LV* 5 simplix *B* 7 nostre *T* diuis *B* elugubrata *T* 8 thensaurum *B* 9 contempnit *LPTV* 10 locupes *L*, locuplebs *B* 13 gubernacula//// (*2 uel 3 litt. eras.*) *V* laboris (is *ex* em *corr.*) *V* uestri (i *in ras.*) *T* 14 esse *om. T* quidquid *B* dedicessemus *B*, didicessemus *LV* 15 ingressum *LV¹* poene *B*, poenae *V*, poenę *L* 16 adsiduitatem *L* 18 fabricatam *L* aethęr *L*, ether *B* 19 proscendit *B*, proscindit *L* ˜ *add. m. rec.* admodum *T in ras. m. 2* 20 discribit *BL* languiscet *B* 23 immerito *T* 24 narrasti *fort.*

aestimant, si sequantur quo pertrahit oratio inperiosa captiuos. huic ego linguae, his opibus reuerentiam, fateor, ad quam primus cucurri, debeo singularem. et opto esse plurima quae mihi ad caritatis fibulam agenda mandentur. sed quae iniunxistis de religiosis feminis Speciosa et germanis eius, male est animo quod inplere non potui. nihil enim nunc mihi cum illis residuum est familiaritatis aut pignoris, maxime quia in disiunctis ciuitatibus degunt. ad quas tamen missas ad me litteras mox direxi, quae responsum usque ad illa quibus se uiderent tempora protulerunt. ego ne magnitudinem uestram suspensam tenerem, scripta prorogaui: mox ad uos perueniet, si quid mandauerint, quod libeat indicari. nunc honorificentiam salutationis inpertiens rogo, ut mihi magis cum ecclesia sublimitas uestra si qua sunt agenda, conmittat, quia puto me in adfinium uestrarum causa uel matronae amici circa uos diligentiam pectoris non celasse.

XIIII.

AFRIS.

Lucrum forsitan putaret inimicus, si inter pericula, quae Christianis indixit, credentium animos subegisset et per diuersa domini grege disperso non superesset uel inter paucos a quibus possit fide perseuerante calcari. regnat adhuc ille in numero uestro, qui sibi non tam in multitudine quam in deuotione conplacuit. scriptum enim est datam Satanae potestatem, ut seruos Christi cribraret, ut quod de tritico inueniri posset horreis iungeretur, quod de paleis ad ignium alimenta transiret. ad uos specialiter dictum est: n o l i t e t i m e r e, p u s i l l u s

27 Luc. 12, 32

1 estimatur T^1 *ut uidetur* quo* *T* oro *in mg. add. T* captiuus *B* 2 ego] ergo *Sirm.* 4 fibolam *B* 14 si quae *b* 16 pec**toris *L*, peccatoris TV^1

XIIII. 18 afris *om.* T^1; cohortatio ad constantiam *add. m. rec. T* 22 posset *fort.* 23 qui sibi non tam *T in ras. m. 2* 24 satane *BL*, sathane *PT* 25 cribaret B^1V^1 ut] et *B* posset *Sirm.*, possit *BLPTVb* 26 horręis *L* ingnium *L*

grex: conplacuit patri uestro dare uobis regnum. uenit inter uos gladius perfidorum, qui marcidae ecclesiae membra resecaret et ad caelestem gloriam sana perduceret. quos habeat Christus milites certamen ostendit: qui triumphum mereantur per bella cognoscitur. nolite metuere, quod pontificalis a uobis apicis infulas abstulerunt. uobiscum est sacerdos ille uel hostia, qui non tam honoribus consueuit gaudere quam mentibus. maiora sunt confessionis praemia quam nominatae munera dignitatis. ad illa plerumque etiam minoris meriti personas fauor humanus adducit: ista nisi gratia superna non tribuit. ipse enim in uobis et pugnauit et uicit, quem fides meretur et inter hominum tormenta sociari. prolixis non est opus feruorem in uobis caelestem animare conloquiis. habet incrementa sua diuinae uirtutis incendium. nec opus est eos in tropaeo iam positos adtolli laudibus, qui sine monitore uicerunt. grauat conscientiam Christiani quicquid adferunt blandimenta praeconii. res quidem uirtutis est, quam fecistis, sed summi praemii restitutione superanda. quod tamen directis ad filium nostrum diaconum litteris sperastis, beatorum martyrum Nazari et Romani benedictionem poscentes, fidelibus non negamus. accipite ueneranda patrocinia inuictorum militum, quia et uestram iam fidem in proeliis imperator agnouit: feliciter confessionis munera consummate. dabit deus, cum ipsi placuerit, reducem ecclesiis quietem, ut maerorem, quem induxit aduersitas, pacis dulcedine consoletur.

1 grex *ex* rex *L* *post* cōplacuit *ras. 10—12 litt. L* 2 membra ecclesie *T in ras. m. 2* eclesiae *B* 4 quod *P*, quot *Sirm.* 5 pontificales *B* 6 apices *B* infolas *B* ab-stulerunt (uit) u. est *T in ras. m. 2* 9 a*d (b *eras.*) *L* 11 pugna* *L* ū *eras.* 13 opos *L*[1] *ut uidetur* 15 tropeo *B*, tropheo *LPTV* attollit *L* (ne) si *L* 16 quidquid *BPb* 19 *post* nostrum *spatium 8—9 litt. uacuum in V*, .H. *add. Pb; nomen intercidisse non uidetur* diač *BL* 20 nazarii *T*, nazarẹi *b* 22 et quia *Sirm.* iam] piam *add. ed. Crabb.* imperator* *T* 23 munera *in* munia *corr. T m. 2* consummatę *V*, consumate *PT*, consummare *ed. Labbei* *cum *T* 24 reducēin *ex* reducere *T m. 2*, reducere *ed. Labbei* eclesiis *B* merorem *BPTVb*, memorem *L* indixit *Pb* 25 consuletur *B*

XV.

EVPREPIAE ENNODIVS.

Caelestis dispensatione mysterii uno tempore mihi sororis, Lupicino refusus est matris affectus, et geminae copula necessitudinis peregrinantem recipere meruit post interualla pietatem. reuixisti apud nos post dilectionis quem procuraueras obitum beneficio litterarum: uidimus amorem quasi de quadam sepultura surgentem. inauspicato nobis incolumitatis uestrae nuntius accessit auditu, quam credebamus per contemptum nostri uiuentem busta conplesse. credimus te dura perpessam, sed confitemur inrogasse durissima. quod sustinuisti commune cum bonis est, cum crudelibus quod fecisti. ubinam gentium materna hactenus cura delituit? ubi quod fratri debebatur errauit? ad longiora animus tuus quam corpus abscesserat. si te ad ultima terrarum confinia peregrinationi socia dispulisset aduersitas, illuc sequi debuit germanae fides et sollicitudo genetricis. sed in occasu solis, cui proxima fuisse narraris, frigidum pii amoris pectus habuisti. imitata fuisses aetherii sideris circa debitam diligentiam defectum feliciter renascentem et feriatum a gratia non perpetuo animum gessisses. suscepisti mentem prouincialium, quos adisti: mutasti regionem et propositum pietatis abdicasti. nam abiurans Italiae communionem, non solum circa amicos, sed etiam circa interna pignora reppulisti.

XV. 4 effectus *T* 5 inter*ualla *B* 6 obitū *B supra* u *ras.* 8 inauspecato *B* 9 adcessit *B* nostrum *Sirm.*, uestri *Pb* 10 coplesse *T* 11 sustenuisti *B*, sustinuisti *V* ti *et proxima syllaba* com *in ras.* cōe *T in ras.* 13 *actenus *L*, hactinus *B* deli|tuit *L* li *ex* le *corr. m. rec.* 14 abcesserat *T* 15 peregrinationis ocia (otia *T*) *LTV*[1] dispolisset *B* 16 illuc *P et Sirm.*, illic *BLTVb* genitricis *T* 17 occăsu *L*[1] pio *B* 18 amores *B* habuistis *T* etherii *BL*, etherei *PV*, etheri *T* 20 animum *om. in textu add. in mg. V m. 1* gesisses *B* suscepti (is *supra*) *B* 21 prouintialium *V* 22 abdi*casti (s ? *eras.*) *L*, *om. V sed* abdi (casti *supra*) *add. m. 1*, abdicasse| *B* nam (a *ex* u *corr.*) *V*, nū *in mg. add. B*, non *Pb* non s. c. a. s. etiam *V in ras. m. 1* italiam *aut* curam circa *scribendum uidetur* 23 *prius* circa *T s. l. m. 2*, *alt.* circa *V s. l. m. 1* repulisti *T*

postremo animae tibi mutatio accessit cum mutatione telluris. quam timeo quod longis incuriam tuam incesso conloquiis! quid offensa faciet quae inlaesa contempsit? dedi iustum dolorem studiis non amantis: quae te innocentem faciant causas ingessi. sed exprobratio ista, si per se respiciatur, aspera est, si origo eius inquiratur, omni dulcedinis melle condita. grauiter fert circa caritatem neglegentiam qui parentis silentium liber accusat. poteris errata corrigere, si praesentia non uales, scriptione multiplici. salutis ergo gratiam praesentans quaeso, ut mei memineris, qui preces tuas circa communem filium et uota praecessi. ante enim quid debuissem consideraui, quam quid uelles agnoscerem. tu deum religione placa et precum circa nos adsiduitate conpone, qui intentionem meam in eius profectum et cordis secreta respiciat, ut quod ego labore polliceor ille praestet auxilio.

XVI.

ENNODIVS FAVSTO.

Par quidem fuerat sublimi uiro Pamfronio commeante ministerium paginae ad uiui sermonis officia transferri nec illum epistulari fasce onerari, quem non tam uerba mea contigit nosse quam studia. sed eius in his officiis manus dantur imperio. postulat adiutricem paginam latentium scrutator animorum, et ideo, ne quid apud eum nostri deesse contingat obsequii, scripta concessi, etsi commendationi non necessaria,

1 mutatio adcessit *B*, accessit mutatio *LV* cum mutatione (cum *in ras. m. 2*) *T*, commutatione *b* 2 innecesso *B* 3 effensa *T* inlesa *BV* dedi^sti *P*, dedisti *b* 4 innocentem innocentem *B* 5 exprobatio *T*[1]*V* respicitur *Sirm.* 6 inquiritur *Sirm.*, inspiciatur *Pb* omni] dī *T* ducidinis *B* 7 negligentiam *BT* 9 presentas *L* 11 consideranti *T*[1] 12 uellis *BV*[1] 13 praecum *B* adsiduetate *B*

XVI. 18 panfronio *T* comeante *T* 19 pagine *T s. l. m. 2* 20 honerari *L*[2]*TV*, honorari *BL*[1] contegit *B* 21 studea *L*[1] 22 postolat *B* 23 ideo *L* quit *T*[1] contigat *B* 24 obsequii• *T*

praeceptis eius adcommoda. quibus enim sermonibus prosequendus est cui totum magnitudinis uestrae licet sperare de gratia? ita eueniet, ut angustiora sint supplicantis uerba quam merita perlatoris. quid enim praestes iuuaminis illi, pro quo quantumuis poposceris, plus meretur? ergo ad stili exercitium iunguntur haec, non ad beneficium conmeantis. iuuat animum sub quauis occasione uestri meminisse, licet nominato scriptione nil tribuam. ecce tamen quia ita iussus sum, illa quae praestantur extraneis insinuationis dicta subiungo. iuuate uos peculiariter expetentem, fiduciam eius dignatione roborantes: quicquid spe praecipit inueniat, ut si meritorum suorum angustus aestimator est, ad me referat quicquid fuerit consecutus. obsequium salutationis inpendens supplico, ut crebris me releuandum ducatis adfatibus, cui inter maeroris sarcinas nullum praeter oris uestri solacia potest esse subsidium.

XVII.

ENNODIVS CONSTANTIO.

Nemo peritiam pomposa elocutione condemnat nec spernendum cum pudore ducit esse quod sequitur: sui inpugnator est quisquis elucubratis sermonibus linguae cultum praedicat abiurari. ego tamen in epistulis magnitudinis uestrae diligentiam semper, non uerba pensaui nec adiutricem malitiae facundiam maius pretium habere censui quam simplicitatem, quae infucata fronte secretum mentis enuntiat. hoc in sanctis hominibus et amaui semper et colui. ago nunc atque habeo gratias, quod

1 eius *T s. l. m. 2* 2 licit *B*[1] 4 prolatoris *B*[1] praestis *B* iouamenis *B* 5 mere///tur (re? *eras.*) *L* 6 benificium *B* iouat *B* 7 occăsione *L*[1] *ut uidetur* miminisse *L*[1] 8 nihil *Sirm.* ita *om. Sirm.* 9 uos *om. T* 10 peculiriter *L*[1] expectentem *B* eius///// (eius? *eras.*) *L* 11 quidquid *B* precipit *T sed s. l. m. 2* ł presumit 13 [re]leuandum *B* 14 meroris *BLTV*

XVII. 19 dicit *Pb* 20 quisque *Pb* elocubratis *B*, elucabrantis *L* 23 magis *T* cens*ui (i *eras.*) *L* 24 om̄ibus *T* 25 adque *B*

paruitatem meam litterarii sermonis uisitatis affatu et inter occupationes et excubias, quibus uniuersos Rauenna distringit, mei cura non ponitur. reddo ergo effusissimae salutationis officia sperans, ut praesentiam meam apud domnos meos amantes uestri pro dignatione, qua credentem fouetis, faciatis optabilem.

XVIII.

ENNODIVS IOHANNI.

Probabiles causas habeo, quibus unanimitatem uestram stili mei morsu quamuis rubigine sordentis incessam, quas, cum sis abundans naturae bonis et ingenii facultatibus locuples, purgare non possis. ego umquam credidi ad alium reditus uestri citius indicia posse perferri? ego curam mei inter quasuis occupationes illud amicis censui consecratum pectus excedere? ecce ante oculos meos redduntur aliis paginae et amica expectatio sub omni credulitatis meae despectione frustratur. nolo litteras maiori obiurgationis felle conplere: sufficit tristibus stricta narratio. in eo adhuc animus meus quo magnitudinem tuam discedentem monuit persistit statu: uestrum est, si temporum mala contemnitis, promissam seruare concordiam. salue, mi domine, et amantem tui releua communione sermonis, ut scribendo deleas dolorem, quem uides amico per scriptionis abstinentiam contigisse.

1 uisitatis (ti *ex* sti? *corr.*) *L* 2 uniuersus *LV*[1] 3 ponetur *B* effusissimae *b*, effusissime *BLPTV* 4 dominos *V*[1]*b* 5 amantes *BT*[2], amantis *LPT*[1]*Vb* 6 obtabilem *T*

XVIII. 8 ioanni *LT* 9 unianimitatem *BL*[1] 10 rubiginae *B* 11 habundans *PT* et *om.* *LP* locupes (i *sup.*) *L* 12 unquam *T*, nunquam *b* redditus *L* 13 proferri *L*[1] 14 illut *B* amiciciis (ciciis *in ras. m. 2*) *T* censui con *T in ras. m. 2* 16 crudelitatis *T*[1]*V*[1], credelitatis *LV*[2] dispectione *B* 17 obiurgationis maioris litteras *T* 18 magnitudinis *T*[1] 19 mouit (n *sup.*) *V* 20 contemnetis *B*, contempnitis *PL* 22 uidis *B*

XVIIII.

ENNODIVS CONSTANTIO.

Abundo gaudio nec clauda laetitiae meae fides est ideo aliqua per diabolicam inspirationem nasci certamina, ut tu, qui te ultra emendationem omnium protulisti, triumphi honore gratuleris. non est, ut uideo, effeta Liguria: nobilitatem pariendi nec in temporum extremitate deposuit: inimicum uitiis adhuc et in cineribus nutrit incendium, in cuius fauillis ultrix criminum flamma non moritur nec hostis errorum ignis operitur. quam timui ne uelut exhausta cessaret, dum epistulae uestrae frontem alienis fuscatam praestigiis sollicitus trutinator aspicerem, more parentis adtoniti, qui cum carum pignus ad bella transmittit, nec de explorata esse patitur uirtute manifestus. ad incrementa sollicitudinum triumphos filii numerat non quietis: plus expertae metuit felicitati cui formidinem ministrat affectio, quia ignara cautionis est mens instituta uictoriis et in acie amor laudis salutis obliuio. tropaei gustus abdicari imperat lucis affectum: sapor uitae illos tantum possidet, qui de conflictibus uenientia bona nulla didicerunt: semper ad gloriam iungitur quod de incolumitatis propriae cura decesserit. sed mihi in praesentiarum supersedendum est huiusmodi scriptione. non sunt militis nostri plus praedicanda quam adserenda certamina. ubi iaculis opus est, uerba nil conferunt. licet promulgasse sententiam meam fuerit, dum uestram praedico, et hoc sit respondere quod responsa laudare: dei tamen opem precatus obsecutura fidei uerba subiungo, ad

XVIIII. 2 ennodius *om.* *T* 3 habundo *PT* letitiae *TV* fidis *B* 6 effe*ta (c *eras.*) *V*, affecta *b* leguria *T*¹ 7 uiciis *LTV* 8 nutrit] mittit *T in ras. m. 2* 9 hostilis *fort.* ôperitur ígnis *T* 10 ex*austa *L* 11 frontem ūre *T* trucinator *L*¹*P*, trocinator *B* 12 parentis (p *in ras.*) *V* 13 manifestus *B*, securus *LPTVb* 14 triumphus *B* fili *B* 15 expertae *Bb*, experta *LPT*, exparte *V* (a *s. l. add. et* pa *in* pe *mutauit m. 1*) 17 tropei *B*, trophei *LPTV* 18 possedit *B* 21 dicesserit *T*¹ 23 iaculis *ex* iacuus *L* 24 meam sententiam *Sirm.* 26 praecatus *B*

illum conuertens stili mei cultum, qui, quotiens scribenda est infelix curuis terra uomeribus, se famulis suis germina conlaturum promittit esse, quae iaciant, dicendo: non cogitetis quid loquamini: pater enim uester est qui loquitur in uobis. ipse ergo ad sanciendam promissi ueritatem ueniat et ipse oris mei labantem confirmet infantiam, ut alucinationis nostrae concinnatio non inhumana uideatur. sed quid diu replicanda circumloquor? unum rogo, ut pro modulo meo rescripta taxentur nec putetur aut legi aut defensioni deesse quod nescio. ergo, ut scriptione testamini, inuentus est homo, qui seruos Christi, quemadmodum ipse promisit esse faciendum, sub hac occasione cribraret, adserens de arbitrii libertate homini in una tantum parte, quae deterior est, eligendi datam esse licentiam? o scismaticam propositionem, quae iuxta apocalypsin scriptas habet in fronte blasphemias! quae ista libertas est, si ualet, edisserat, ubi hoc datur solum uelle quod puniat, aut quare electionem nominet, ubi unam tantum partem adserit fuisse concessam? quod si ueritate subsisteret, locum diuina iudicia non haberent. quid enim boni a nobis deus noster recte quaereret, qui adpetentiam eius de uoluntate subtraxerat? sed iuxta apostolum: numquid iniquus deus? absit. si inter homines a recti discordat affectu qui a subiectis exigit quod in potestate non tribuit, hoc de deo qua conscientia sentiatur aduertite. ubi est illud apostoli clamantis et pro arbitrii libertate testantis: uelle adiacet mihi, perficere autem non inuenio? quid est aliud

3 Matth. 10, 20 15 cf. Apoc. 17, 5 21 Gal. 2, 17 25 Rom. 7, 18

1 qui *Bb*, quo *LPTV* 2 infelix] inflexis *fort. scribendum et* curuis *delendum est* 3 esse promittit *fort.* non] ne *Sirm.* 5 promisi *T*' 6 et *om. Sirm.* 8 unum**** *B* 9 defensione *V* 11 seruus *B* 12 cibaret *V* 13 q̃ *ex* quod *T* 15 apocalipsim *T*, apud calypsem *B* blasfemias *BP* 17 unam *V in ras.* 19 subsisterit *B* 22 si *addidi, om. BLPTVb* hominis *ex* humanis *B* 23 exiget *B* potestatem *T* 24 conscientiam *L* sentiantur *T* 25 adiacit *B* 26 proficere *PT*'

nisi dicere: noui dextrum iter eligere, sed nisi ingredientem iuuerit gratia superna, lassabo? nemo dubitat, nemo condemnat, quod auctore gratia protestante et ipso aequitatis hominibus callis aperitur. dux enim bonorum et praecessor est gratia, quando caelitus multiplici ad requiem inuitamur hortatu, quando nobis dicitur: uenite, filii, audite me. uenite, benedicti, patris mei, possidete paratum uobis regnum. ubi ego sum, ibi erit et minister meus. sed nisi talibus monitis et uoluntas nostra quae libera est et labor praestet obsequium, ad periculum et gehennam non imperio aliquo, sed sponte deuoluimur. itaque aut praemium deuotio aut poenam contemptus operatur. alioquin non erit iusta retributio, quae aut per supplicia refertur necessitate peccantibus aut bonam mercedem offert operi ad quod adtrahuntur inuiti. ergo debemus gratiae quod uocamur, debemus gratiae, quod occultis itineribus, nisi resistamus, sapor nobis uitalis infunditur: nostrae tamen electionis est quod beneficia demonstrata sectamur. uia enim scelerum non imperatrix nostra legitur esse, sed famula, cum de peccatis dicitur: sub te erit adpetitus eorum. quid etiam sibi uult uniuersa prophetae quasi sertis redimita elocutio: nolite aemulari inter malignantes. nolite confidere in principibus. nolite fieri sicut equus et mulus, et apostolus: nolite fieri serui hominum? totiens 'noli' in superna admonitione quo respicit, si aliud uelle non licuit? deinde quamuis in persona Christi tamen pro arbitrii adstipulatur eiusdem prophetae nobis

6 Ps. 33, 11 6 Matth. 25, 31 sq. 8 Io. 12, 26 19 Gen. 4, 7 21 Ps. 36, 1; 145, 3; 31, 9 23 I Cor. 7, 23

2 lassabor *PTb* 3 autore *B*, actore *T* gratiae *Pb* protestante *B*, prestante *LV*, praestante *PTb* ipso *BLTVb*, ipse *P et Sirm.* 4 predecessor *T*[1] 6 fili *B* 7 patres *BV*[1] uobis ratum *T* 10 inperio *L* 11 diuoluimur *BLTV* 14 operi *Bb*, *om. LPTV; cf. Wiener Studien II p. 242* trahuntur *Sirm.* 15 gratiae *om. B in exitu lineae, uncis inclusit Schottus* 18 inperatrix *L* 19 esse legitur *Sirm.* 20 etiam] enim *Sirm.* profetae *BV* 23 equus *in* eius *corr. L* apostoli *T* 26 profetae *BLV* nobis l. t. ut facerem *in textu om. in mg. inf. add. L*

libertate testimonium: ut facerem uoluntatem tuam, deus meus, uolui, et alibi: uoluntarie sacrificabo tibi, et: uota mea domino reddam, et iterum: uouete et reddite. illud autem beati apostoli quo se muniri credit exemplum nobiscum facit, si quae sequuntur aduertat, cum inimicus adrogantiae dixit: gratia dei sum quod sum. mox enim, ne sic fugax gloriae crederetur, ut longo interuallo a ueritate descisceret, sapiens architectus adiunxit: abundantius omnibus laboraui et gratia dei in me egena non fuit, quod dixisse est: Christus in me quem digne aut abundanter muneraretur inueuit. non enim pauper est diuina gratia, sed meritorum nostrorum putatur quadam macie aut exilitate tenuari. quae tunc non suis aestimatur meatibus fluere, quando de eius cursibus ariditatis nostrae uena nil recipit. o si epistularis pateretur angustia sacrorum uoluminum arcana reserari! sed timeo ne qui nullam poterit deo inspirante in fide nostra inuenire calumniam de paginae prolixitate causetur. quid illud, qua mente suscipit: ecce aquam et ignem, ad quoduis porrige manum? quid alia, quae copiosus adsertor ipse replicasti? credo more aspidis clausa, ut aiunt, aure transiuit. uideo quo se toxica Libycae pestis extendant. arenosus coluber non haec sola habet perniciosa quae reserat: ad aestimationem occultorum facinorum ferenda sunt quae fatetur. uult enim ad illud pertingere, neminem suo uitio aut neglegentia perire, si homo utriusque rei boni et mali per potestatem concessa electione priuatur. hos tantum iactat potuisse saluari sine labore ullo, sine mandatorum amicitia, quos

1 Ps. 39, 9; 53, 8; 115, 15.18; 75, 23 6 I Cor. 15, 10 18 Eccl. 15, 17 20 cf. Ps. 57, 5

2 uoluntariae *BL* 3 uouite *B* 5 si (i *in ras.*) *T* secuntur *PT* 8 descisieret *T*[1] habundantius *T et sic saepius* 11 muneretur *B*[1] 12 quadam putatur *T* maciae *B*, acie *T* exsilitate *B* 14 areditatis *B*[1] 15 archana *PT* 18 suscepit *B* 21 lybicęspitis *V*[1] *sed corr. m. 1;* lybicę *L*, lybice *BP*, libice *T* 23 oc(c)ultorum *B* 25 negligentia *BT* 26 potuisse *ex* potestate *T m. 2*

peregrinantes a merito fauor tantum caelestis eripuit: perinde, quod in ipsum referatur, illos perisse intellegit quos gratia noluit diuina liberare. tu, mi domine, salue dicto fac apud te ut sies et si sanari mancipium mortis non potest, a contentione disiste, ne cum tu fidei radice fultus ualida niteris, ille sub occasione huius controuersiae ante editionis tempus diuini seminis ab aliquorum utero partus excutiat.

XX.

ENNODIVS CONSTANTIO.

Dabis ueniam quod celer rescripsi, quia aetati adhuc debeo indocilem festinationem. uos maturitas et pondus decet. proinde credentem fouete et nugas meas a publico rigore subducite, quia si pagina nostra res crepera atque anceps est, iussionis uestrae se tuetur patrocinio, ab hoc quod nemo imperata fastidit. uale ergo dicens legenda commendo: fiet etenim ut posthac bene accepti ad parendum delenificae oboedientiae stimulis incitemur.

XXI.

ENNODIVS ALBINO.

Quater ad magnitudinem uestram scripta prorogaui et adhuc tamquam deses accusor. lingua militauit affectui: adsituitas diligentiam non meretur. credo portitoris aut neglegentia aut inuidia ad hanc me offensam fuisse perductum. ecce tamen scripta multiplico et pro uoto uestro prosperitatis meae indicia faciens de uestra cupio felicitate gaudere. salue, mi do-

1 peregrinantis *B* proinde *Sirm.* 2 perisse (er *in ras.*) *B* 3 liberari *B* 6 occăsione *L*[1], occasionem *T*[1]

XX. 9 ennodius *om. T* 10 caeler *BLV*, sceler *T* 13 res crepera] retia (recia *T*) parat *PTb* adque *B* 14 tutetur *T* ab *ex* ad *L m. 2*, ob *fort.; cf. Epist. IV 31, VII 24* 15 dicens ergo *T* 16 dilenificae *BLV* 17 stimulis] famulis *V*

XXI. 19 ennodius *om. T* 21 desis *BLT*[1]*V* 22 negligentia *BT*

mine, et amantem uestri sub omni dignatione releuate, quia deo proximam rem facitis, patrocinio uestro credentem plena fide et communione releuare.

XXII.

FAVSTO ENNODIVS.

Superuacuis ad beneficia laborat inpendiis qui solem certat facibus adiuuare. gratiae plenitudo abiectione non indiget, nec ulla requirit conmendationis augmenta quem ad amicitiarum cumulum merita pertulerunt. inlustrem et patricium uirum Albinum parentem uestrum stili mei cura prosequitur, cui per paginam non inpendo necessaria sed uotiua, et quamuis utilitati eius nihil adiciam, amorem tamen mereor, quod praedicti iussa conpleui. uenerabili ergo domino obsequium salutationis inpertiens precor, ut circa diligentiam suam praedictus uir magnificus recipiat quod mihi, dum uos colit, exhibuit. noui enim cito amplissimum uirum ad cordis uestri esse penetralia perducendum, quem innocens propositum suis erit apud uos dotibus adiuturum.

XXIII.

DOMNO SVO FAVSTO ENNODIVS DIACONVS.

Sine dispendio tulelae orbantur quos ad uos pertinere contigerit: non desunt illis paterna subsidia quos fouetis. Lupicinum Euprepiae nostrae filium loquor: ad ipsum pertinet praefata generalitas, de cuius substantia sublimis uir uenerator uester comes Tancila dixit mihi, a domno nostro rege quod

2 facites B^1

XXII. 5 ennodius *om.* *T* 6 superuacuus T^1 7 indegit (e *corr. uidetur*) *B* 8 requiret *B* au*menta (g *partim eras.*) *L*, aumenta *B* 9 cumolum *B* pertolerunt *B* 10 parentē (*alt.* e *ex* u *m. 1*) *V* 13 domino *T s. l. m. 2* 15 magneficus *B* colet *B* exibuit *BL* (*post ras.*) *P* 17 aput *B*

XXIII. 20 domino *L* domno suo *et* Ennodius diaconus *om.* *T* 21 dispendio (*alt.* d *in ras.*) *B* 23 eupraepiae *V*, aeuprępriae *B*, eup̄pie *T* 25 comis *B* domino *Pb*

referri graue sit inpetratum. nam uniuersas matris eius facultatulas a Torisa uel aliis adserit fuisse conpetitas. aliud, quod infelicitati pupilli potuissem praestare, non habui, nisi ut uestram notitiam instruerem et ueri fungerer relatoris officio. uestrum est inspirante deo circa miserum prouidere quod adiuuet: ad me respexit quae mihi resignata sunt indicare. domini uere mei salutationis obsequia praesentans de clementia diuina postulo, ut laborem uestrum iuuamen caeleste comitetur.

XXIIII.

DOMNO SVO FAVSTO ENNODIVS DIACONVS.

Dispendium credo esse diligentiae nullas commeantium manus litterarum dote munerari, quae solent lectione etiam uultus ad longinqua portare et carorum imagines officio praesentare sermonis. ad ista iungitur etiam bene de utrisque merentis sublimissimi Luminosi portitoris occasio, qui ad religionem meritorum uestrorum suae quoque gratiae fructus adiungit. quis geminus patiatur ut sub quacumque neglegentia hebetetur affectus, si a paginis temperem, quas dignatio uestra exigit, et si illas nominatus non accipiat perferendas? deo gratias, quod in fronte epistulae locandum fuit, quia felicitas uestra uotiuis erigitur aucta successibus, quod tumida inimicorum ceruix Christo deo nostro grauata subcumbit. spe praeceperam quod effectus ostendit. bene enim sententiae caelestis finem praenoscit qui nouit qualitatem eius de actuum humanorum

2 adserit (aliis *superscr.*) *V*, asserit aliis *T*   3 prestare *B*   5 adiuuit *B*   6 indicate *T*¹   8 postolo (u *superscr.*) *V*

XXIIII. 10 domino *L*   fausto *inscr. T*   11 nulla seommeantium (o *superscr.*) *B*   13 presentare *TV*   14 de *om. T*   utrisquae *B*, utriusque *Pb*   'merentes *B*   15 occăsio *L*¹   17 geminos *B V*¹, gemin' *T* (*sed in mg.* geni'), genius *b*   negligentia *B*¹*T*   18 haebetetur *L*¹, hebitur (te *superscr.*) *B*, habitetur *b*   effectus *T*   temperiem *LV*¹   19 nominatas *V*¹   21 eregitur *B*   acta *T*   22 nostro *scripsi*, non *BLTVb*, nunc *P*   praeciperam *B*   23 effectus (*pr.* e *in ras.*) *B*   24 act•um *L*

serenitate colligere. uale ergo longum, mi domine, et amantem uestri stili usu releuate, ut quicquid subtrahunt interualla terrarum tabellaria conpenset oblatio.

XXV.

FAVSTO QVAESTORI ENNODIVS DIACONVS.

Pro caelesti dispositione reditus mei indicia fieri nullo magis quam amico Rauennam properante conuenit, cuius fidelis relatio etiam pagina cessante suffecerat. sed usu abstinere non potui, quo si sub quocumque neglectu temperem, uideor damnasse stili frequentiam quam amaui. iungitur quod praedicto obuias in negatione manus exhibere non potui, qui scit ab amantibus sui securus exigere quod eis pro religione conscientiae nouit fideliter exhibere. Rauennam ergo digressus, quae quicquid in praesenti uita habeo dulce conplectitur, Mediolanum salua corporis ualitudine Christo prosequente perueni, male ferens quam in redeundo hieme inpellente optaui forsitan contra desideria celeritatem. sed ad deum cuncta referenda sunt, cui adiacet humana facta conponere et diligentiam corporalem aeterni amoris sapore mutare. nunc ad scriptionis causam dicta humili salutatione et conmendationem me confero perlatoris, qui si pro mentis uestrae serenitate gratuletur beneficiis, agnoscit se aut recepisse quod uestris praestitit aut qualiter amare debeat incitari. quem, si uel nolit, festinum redire conpellite, quia et affectui meo praesentia eius est necessaria et si deus promissionem statuerit, cum ipse iusserit, utilitati expectatur adcommoda.

1 se*renitate (d *fort. eras.*) *L* colligitur *T*[1] 2 steli *B*[1] reuelare *T*[1] quidquit *B* subtraunt *B*[1]

XXV. 5 fausto *inscr.* *T* 6 iudicia *LP* 7 amico (a *in ras.*) *B* cuis *T* 8 cessente *B* sufficerat *B* 9 quod *L*, a quo *fort.* 11 exibere *L* (*post. ras.*) *T* 14 quidquid *B* 15 christus *T* 17 referenda sunt cuncta *T* 18 compositione *T* 19 conmendationem *scripsi*, conmendatione *B*, commendatione *LPTVb* 20 dicto *T*[1] 22 aū se (aut *superscr.*) *T* prestitit *B* 23 incitare *T*[1] nollit *B* redire festinum *T* 26 exspectatur *V* acōmoda *T*

XXVI.

ENNODIVS LIBERIO.

Aut alitur aut sustentatur scriptione diligentia: ministra affectionis est epistularis confabulatio: muta caritas simulacrum praesentat ingrati: depretiat genium suum quae in uocem non prorumpit amicitia. bene secretum pectoris reseratur claue sermonis: dignatione uestra iam potior. haec pro ingenii uiribus paginalis conmercii libamenta dedicaui, per quae usurpo uindicare mihi meritum plus amantis. nemo enim taciturnitatis repagulo ora porrigit, quem decisi foederis memorem proditor mentis loquela non deserit. principem ergo locum in litteraria communione possideo et maiori cultura dignus sum, qui prior quid gestirem patefeci linguae testimonio. ecce religionem dirigendae paginae sine nube disserui. uestrum est in me fouere quod recepistis, ne iudicia culminis uestri me iacente patiantur examen. exponit enim censurae sententiam suam quisquis quod elegit non tuetur. domine mi, salutationis reuerentiam pleno dependens obsequio deum rogo, ut beneficiorum circa uos suorum incrementa multiplicet, quia solus census est meorum plenissime conmodorum, qui celsitudinem uestram ad fastigia quae debentur extulerit.

XXVII.

HONORATO ENNODIVS.

In uicinitate uos degere moderna scriptione signastis, iungentes ad dispendia gaudiorum statum uestrae ualitudinis inminutum. non nego, sic mereor, ut semper mihi cum dulcibus

XXVI. 2 ennodius *om. T* 3 alitor *B* scriptionem *T*[1], subscriptione *L* 5 repraesentat *Sirm.* depciat *LPT* quem *T* 7 dignationem *Sirm.* uestra *BTb*, uestram *LPV et Sirm.* potior *BPb*, patior *TV et Sirm.*, ∗patior *L* 8 uendicare *T* 11 loquilla *B* 13 qui *T*[1] 14 disserui (c s. l.) *T corr. m. 2* 15 coepistis *b*, cepistis *b* 16 paciantur *B* 17 elegerit *T* mihi *BLV* 20 plenissimus *fort.* cōmodorum (cō *ex* con) *L*

XXVII. 23 ennodius *om. T* 24 uicinate (tt s. l.) *L* deg∗ere *L* 26 ego *T*[1]*b* ut *V s. l. m. 1*, ut *T s. l. m. 2*, et *L*, *om. P*

amara socientur. hactenus uos Rauennatibus occupatos excubiis aduersa tenuerunt, unde quia laxari contigit, corporalis in uobis est labefactata substantia, ne in totum liceret optata promereri. quam dura est humanarum rerum condicio, quae quotiens desideriis aliquo sapore responderit, mox et in foribus concessa permutat. expaui tamen calumniam, quam oratoria et nimis Daedala prouisione litteris indidisti, ut iniuncta pro utilitate tua nolle me credas, si efficere non potuisse signauero. o artificis ingenii secretum, quod plus commoditati prospicit quam de amore confidat! deus testis est me tibi non negaturum esse quod ualeo. tu deum roga, ut actionem meam infelicium quas diligis litterarum non patiatur calamitatibus inpediri. nihil est enim quod magis pro obice metuam actionis inpositae, quam illud, quod noui, accipere scolasticum nil mereri. confer magis ingenium tuum ad squalentia iura, per quae quicquid scabrida poposcit lingua mox meruit aut, si non meruit, mox auulsit. domine, salutationis gratiam soluens spero, ut effusis laborem meum precibus iuues, quia, cum non habeam docti aut eruditi meritum, saepe in causis sustineo fata perfecti.

XXVIII.

AVIENO ENNODIVS.

Deo gratias, quod principe loco ponendum est, qui magnitudinem tuam quae a me erant offerenda fecit exigere. dedisti pretium garrulitati, quam uix hactenus intra uerecundum penetrale continui. eliciti utor stili genio, quem duriter ab in-

1 sociantur *P*, sentientur *T* actenus *B*, ∗actenus *L* rauennantibus *L* 5 responderet *B* 6 permittat *T*¹ ta men *B*, *om. T* 7 dedala *LTV*, ded∗la *B* prouissione *L* indedisti *B* 9 artifices *B* comoditati *T* 10 ^negaturum ^non *T* 12 diligis *Bb*, diligit *LPTV* 13 enim est *b* 14 scholasticum *B* 15 ad] ab *T* 16 quidquid *B* 19 sępe (ę *postea add. m. 1*) *V*, spe *Pb* susteneo *B* fata *BTVb*, facta fata *P*, facta *L et Sirm.*

XXVIIII. 21 ennodius *om. T* 22 principe *BT*², principis *LPT*¹*Vb* 24 precium *LTV* uix *ex* ius *corr. T* ∗actenus *L*, hactinus *B* uericundum *B*¹ 25 geno (i *suprascr.*) *B*

portuna scriptione reuocaui: meritum coactae uocis inusitata loquacitate possideo. nam postquam me iussisti paginas destinare, animo meo, quod tacueram, commendasti. euge, frons diu prodiga, aliquando mihi contigit ad affectionis copiam sine tui dispendio peruenire. discamus non odisse quod adiuuat. silentii gratia fecit, ut te libera iam loquamur: expectantur a nobis saepe fastidita conloquia. non ibo longius: adseritur, ut uideo, linguae officium raritate sermonum. in qua parte non clauda laetitiae meae fides est, sententia nostra ueri adstipulatione fulcitur. ecce ille, qui doctorum epistulas grauidi dotatas messe conloquii summis labiis uix libabat, tabellae nostrae culmos non dedignatur accipere. gemina, pudor, mihi hilaritate profuisti, cum tu in statione certus es et cum frequenter contempti desiderantur affatus: facta est ecce melior eius sententia, quem amamus. nobis ergo uerecundia, consuli nostro emendatione prospeximus. sed ne in longum procedat pagina transcendens terminos praefinitos et loquendo multa quod tacuimus demonstremus non fuisse consilii, uale, mi domine, et amantes tui hac communione dignare, quia praecelsi honorum tuorum apices haec sola recipiunt augmenta, quae de humilitate nascuntur.

1 cohacte *B* in usitata *fort.* 2 post////|quā (quā *eras.*) *L* iussistis *L* 3 comendasti *T*, commodasti *fort.* 4 prodig*a (i *eras.*) *L* contingit *T*[1] 9 letitiae *V* fidis *B* sententie *T*[1] uestra *T* 10 grauidi] grandi *Sirm.* 11 messe colloquii messe *T*[1] 12 culmus *B* 16 emendatio[ne] *B* 18 demostremus *LV*, demustremus *P* 19 amantes *Bb*, amantis *LPTV* p̄cessi *T*[1] 20 agmenta *T*[1] 21 de *B s. l.*

LIBER TERTIVS

I.

SENATORI EPISCOPO ENNODIVS.

Prima res est sancto conueniens sine dubitatione proposito sponte pro iustitia facere quicquid alii solent monitis exhibere, sed honestati proxima uel secunda rectis suggestionibus non grauari. in qua parte et si principem locum non possidet qui monetur, habet tamen dei gratiam, quod ueritatis insinuationibus nón repugnat. causam ergo praefationis insinuo, ne et ego utilitatem meam differre uidear prolixitate sermonum. dudum per me suppliciter postulaui, ut de mancipiis, quae de casa mea a uestris sollicitata constabat, unum mihi quod remanserat redderetur. dedistis precibus meis sancta promissione responsum, ut etiamsi uobis puer ipse iure conpeteret, uos tamen gratiam commodis anteferre. regresso me de Rauenna, quod dictu nefas est, pro peccatis meis effectum sacerdotalis definitio habere non potuit. adscribo meritis meis, quod cuius ore damnatur mendacium statuta uiolauit. ecce iterum me ad conscientiam uestram refero, ecce quod filium decet exhibeo, ut per sublimem et magnificum uirum domnum Victorem ad humilitatem conferam quicquid mihi poterat legum saecularium auctoritate praestari. uidete si reus sum, qui elegi uirum antistitum moribus congruentem, qui uel contra aequitatem repugnantium indomita posset corda mollire. effectum mihi

I. 2 Ennodius *om.* *T* 4 quidquid *B* aliis *T* 5 honestate *T* suggestibus *T*[1] 6 possedit *B* 7 ∗quod *L* 9 prolexitate *B* 10 pro me *fort.* suppleciter postolaui *B* 11 unum *ex* uñ *T m. 2* 13 ut *idem ualet ac* scilicet, *cf. Wiener Studien II p. 249* 14 anteferit *T*[1] *ut uidetur* 16 diffinitio *PTb* 17 damnantur *L* 18 filium] fidelium *B* 19 uirum *om.* *B* 20 secularium *B*, saecularum *L* 22 equitatem *B*, equitatum *T*[1]

negotii iam promisi, qui legati meritum conprobaui. prouidete, si religionem deceat, si a pontifice dignum sit illum, qui potest cautibus inperare, contemni. duo sunt quae mecum faciunt, negotii sinceritas et genius subplicantis: quicquid contra hoc obstiterit, bonorum sententiam mox meretur.

II.

EVGENETI ENNODIVS.

Quamuis commercia litterarum magis sint laetitiae quam maeroris nec secretum pectoris aut amicitiae diligentiam bene in lucem digerat clauda recenti confusione elocutio: uidero tamen utrum dispendium caritati inferat sermo rarior, monstrat tamen si nullus prorogetur infantiam. testem diuinitas gratiae linguae dedit officium. sed dicas, mi domine, haec aliena esse ab eo quem nouerim maximis doloribus occupatum, pressum pectus angoribus ad amoris uerba non erigi nec quicquam delenificum lamenta sentire: res quae mentem premit repudiat quod oblectat auditum: qui maior animae fuit portio frater in superis, hanc transtulit ad sepulcra. quid exigendum ab illo sit, cuius diuiduum salutis busta clauserunt? in summis adflictionibus queri non posse uocem gemitibus subiugatam. lacrimarum tempore dictatur inportuna narratio. respondebo, quod par quoque meum pectus acerbi casus maeror intrauerit. nec diuidi me posse ab eius tristitia, quem mihi pro uoluntatum similitudine nonnunquam laeta iunxerunt. ostendo tamen saepe grauioris mali in luctibus indicem fuisse sermonem et intercepta taciturnitatis remedia proditore conloquio. dicam:

2 re^u^ginem *B* 3 qua *ex* qui *T corr.* 4 et *ex* e *V corr. m. 1?* hoc contra extiterit *T*

II. 7 ennodius *om. T* 8 commertia *LV*, commentia *PT* 9 meroris *BLTV* 10 uideo *T* 11 inserat *L*[1] 12 protegetur *T*[1] 15 pectus *ex* peccatis *T* quidquam *B* 16 premet *B*, praemit *V*[1] 18 superus *L*[1] *ut uidetur* sepulchra *BL* 19 diuiduum] dimidium *Sirm.* 20 quaeri *b et Sirm.* 21 dictatur *scripsi*, dicatur *BLPTVb* 22 meror *BLTV* 24 no^n^nunquam *B* iuncxerunt *BL*, iun^c^xerunt *V* 25 saepae *B* 26 tac^i^eturnetatis *B*

qui lamentationi suae paginas denegat in una aetate uult perire quod deflet: non meretur recordatio fratris et docti, ut nobiscum quid de ipso senserimus occumbat: feriato ore in planctibus parcus est animus: amati commemoratio quae mandatur tabellis uiscera carorum aculeis uiolenter inrumpit: numquam patitur obitum ueterescere relatio funeris digesta per litteras. hoc studio magnitudinem tuam flens consolator appello, ut uicarii sermonis beneficio et promissus sub inuocatione dei inter nos nutriatur affectus et persona facundiae, quae meritis suis occasum non patitur, nostra quoque confabulatione reuiuiscat.

III.

DOMNO SVO FAVSTO ENNODIVS.

Cum scribendi occasio et domestica et amica subpeditet, quare a paginis temperem tamquam indigus perlatoris, maxime cum sedulitas litterarum responsa mihi soleat saepe praestare? huic se studio comitem dedit honorabilis uiri ueneratoris uestri fratris Constanti postulatio, qui industriam suam, qua apud uos domnos, ut efficacem decet, innotuit, meis desiderat beneficiis subiugare. transcribit enim ad aliena iura sudorem suum qui debere uult commendaticiis quod meretur. dedi tamen manus precibus et pro eius desiderio sub occasione exhibendae humilitatis scripta prorogaui deum rogans, ut sub omni cele-

1 lamen(ta)tioni *B*, lamentationis *L* 3 quid *om. B* senserimus *L* mus *ex* s? *corr. m. 2* feriat(o) *B*, a feriato *TV* 4 plantibus *T*[1] mandantur *T* 5 nunquam *B* 6 ueteriscere *B*, ueterascere *T*[2] 7 consolatur *B* 10 occāsum *L*[1] *ut uidetur*

III. 13 dño *B* 14 subpede(i)tet *B* 15 a *B in mg. add.* temperiem *T* indigus *Bb*, indi(g)tus *V*, indictus *LP*, indiciis *T* maxima ē *B* 16 sepae *B* 17 ueneratores *B*, uenatoris *LPb* 18 fratres *B* constantii *T* 19 aput *B* domnos *scripsi*, domnus *BLPTVb* 19 decit *B*[1] 21 commendati(ci)is *T*, cōmentatiis *L* 22 exhibende *B* 23 humilitatis (il *in ras.*) *B* deum] deiñ *T* caeleritate *B*

ritate nuntius me uestrae ualitudinis et prosperitatis adtollat. nominatum tamen pro mei consideratione magnitudo uestra gemino, si indignus precator non sum, fauore comitetur.

IIII.

ENNODIVS ABBATI STEPHANO.

Litterarum uestrarum quam dulce negotium est, quod mihi spiritale munus exhibuit! quam uotiua perlatorum necessitas, quae remedii sui studio desideriis medetur alienis! confiteor, nisi repugnaret proposito, inimica pene ad turbandam aliquorum securitatem uota conciperem. ecce praestant aduersa quod secunda non tribuunt. sanctorum litteras tranquillis rebus unde peccator acciperem, quas numquam meritorum meorum nitor exegit? ecce quantum mihi contulerunt suffragium qui a uobis obtinuisse se confitentur. diuinam aestimo prouidentiam ista tribuere. multum iam credo quod de malae conuersationis fasce deposui. proximus est innocentiae qui sanctorum meretur alloquia. quare dum me saecularis licentia inmunda possedit, numquam tanti uiri apices merui, post etiam per longa interualla numquam huiusmodi bona suscepi. deus magne, quam dignitatem seruientibus tibi tribuis, ut quos respicere coeperis etiam amicis tuis reddas acceptos! uere semper uos singulari cultura suspexi, semper uenerandis moribus gra-

3 precator (ca *in ras.*) *V* fabore *B*

IIII. 5 ennodius—*l. 16* proximus est *bis exh. B, priore apographo expuncto folii 55ʳ quod relicum erat et totum folium 55ᵛ uacuum* ennodius *om. T* stefano B^1V 7 munos *B* (*apogr. 1 et 2*) exibuit *B* (*apogr. 1*) L^2 8 studio] stimulo *B* (*apogr. 2*) desiderio T^1 9 penae *B* (*apogr. 1 et 2*) alicorum *B* (*apogr. 1*) 10 conceperem *B* (*apogr. 1*), conceperim *B* (*apogr. 2*) quȧ ecce *T* quȧ *exp.* prestant *B* (*apogr. 1 et 2*) 11 tribu*unt (u *eras.*) *L* 12 peccatorum T^1 acceperem *B* (*apogr. 1*), acceperim *B* (*apogr. 2*) quam *L* 13 contolerunt *B* (*apogr. 1*) quia *T in ras. m. 2* 15 ista] illa *Sirm.* male *B* (*apogr. 1 et 2*) *LTV* 17 colloquia *Sirm.* secularis *B* 19 per] qui *L* suscipi *B* 20 seruientibus] credentibus *T* 21 ceperis *BLTV* acceptus *B*

uata peccatis colla submisi. ecce iam quasi aequalis appellor. erexit me diu custodita subiectio. foue ergo me orationibus tuis: ostendis enim paginis fragile a uobis non exhiberi patrocinium. nam et isti suscepti sunt, qui mihi bona, de quibus gestio, contulerunt. ad rem redeo. perditus ille clericus expauit causam dicere apud episcopum, postquam defendi a me uidit eos, quibus meum deputastis obsequium. suggero, si iubetis, ut unus de ipsis Rauennam ambulet cum uestris ad filium uestrum domnum Faustum commendaticiis, ne in praeiudicio ipsorum uenalis iudicum, qui Mediolani exuberant, sententia depromatur.

V.

ENNODIVS MAXIMO.

Grandes hiatus paterer litterarum uestrarum eleuatus alloquio, si non mei conscius inperitiam pudore conprimerem et indicii lancem tenerem, etiam cum laudor inmeritus. uos dignatio censurae fecit immemores: me propositum intra uerecundum degere penetrale conpellit. uos scripta mea tanquam amantes adtollitis: me necesse est illos metuere, qui rancido despicientes cuncta neglectu etiam edecumata condemnant. ago tamen gratias quod apud domnum Patricium talem me iudicari scribitis, qualem uestro testimonio reddidistis. insinuationi ergo amor debetur iste, non paginae, quam scaber stilus sine eloquentiae dote signauit. salutationem tamen magnitudini uestrae dignam referens deo gratias ago, quod uotiuis uos auctos successibus reduxit ad propria, quos mens mea pro conexione caritatis numquam sentit absentes.

1 summisi *BV* equalis *B* 2 me ergo *Pb* 3 exiberi *BL*[2] 6 dicere causam *T* 8 adi *T* 9 cōmendatiis *L*

V. 17 censure *B* 19 adtollites *B* 20 edocumta *ex* edecumata *B* 23 debetur amor *T* pagina *ex* pagine *B* 25 ag.o *B* uotiuos *B* 26 actos *T*, aut eos re *B* 27 pagina. (m? *eras.*) *L* claritatis *T*

VI.

ENNODIVS LAVRENTIO,

Dandae sunt manus amoris imperio: uinctum me tenet adfectio cui uerba concessi, ut quod ad salue debitum pertinet non tacerem. domestici perlatoris occasio mihi perire non potuit, nisi ad diligentiae testimonium scripta transmitterem. salutans ergo reuerentia debita precor, ut uicario me releuetis affatu, quia promitto mihi litterarum prorogatione responsum.

VII.

ENNODIVS ADEODATO PRESBYTERO.

Quis uestrae affectionis inmemor nisi qui est inhumanus existat? quis totius religionis personae apud deum nolit habere suffragium? ego maxime, qui et grauibus peccatorum sarcinis premor et uestram gratiam obtinui, quae res mihi absolutionem integram pollicetur. salutans ergo ueneranter et debite spero, ut pro me per omnia sanctorum loca uota facias: quae consecutus dei beneficia sine mora dissoluam, quia conpertum mihi est, quod mereris audiri.

VIII.

ENNODIVS AVIENO.

Si offensa praestat, ut magnitudinis tuae scripta geminentur, quam uellem saepe illa sereni pectoris tui tranquilla turbari? et nisi aduersaretur proposito, causas indignationis ingererem, quando quod amor non meretur per culpas optinui. ego tamen errore uacare me nuntio in ea causa, in qua dum accusatis neglegentiam, praemium contulistis. puerum turbatus direxi,

VI. 5 taceret T^1 6 ad (d *s. l.*) *V* transmitterem (tt *ex* s? *corr.*) *L* 7 reueletis *L*

VII. 13 exsistat *V* nollet *B* 15 gratiam urām (urām *in mg. add.*) *B* 16 uenerantur T^1 17 quae] quem *B* 19 mereres *B*

VIII. 23 sepe *B* 25 obtinui per culpas *b* 27 praemium *V* a *exp. m. 1*

per quem nihil aliud quam quod opus esset ostendi. libero pectore lingua uacat officiis: mens confusa gratiam salutationis abiurat. ecce deo in utroque gratias, quia nec ego reus sum et uos me reum esse credidistis. beneficium mihi commotio uestra contulit, quod uix dedisset affectio. ego quid tibi debeam explicare non possum: pauper est caritas, in cuius narratione sermo non deficit. domine mi, salutem debitam dicens deum rogo, ut quodlibet animo gesseris semper scribas.

VIIII.

ENNODIVS MARCELLIANO.

Scio magnitudinem tuam grandibus dei beneficiis abundare et promissam circa amicos seruare constantiam. nescit animus uester incerta polliceri amorem sine aliqua inminutione custodiens, et ideo securum me post deum uestris trado et commendo manibus et dei beneficia in quibuscumque negotiis per uos mihi euenire non ambigo. domine, ut supra salutationis honorificentiam soluens rogo, ut frequenti me epistularum uestrarum releuetis alloquio, quia summum mihi a deo munus conceditur, si de uestra meruero sospitate gaudere, quos fides et integritas omnibus, qui deum timent, facit acceptos.

X.

ENNODIVS LVMINOSO.

Posset amicitiarum religio et adultae inter nos planta gratiae nulla discretarum sentire damna regionum, si quod negatur aspectui pensaretur alloquiis et pigro corporum onere diuisi

7 naratione *T* mi *PTb*, mihi *BLV* 8 gesseres *B*[1] scribas] finit *add. LPTV*

VIIII. 10 ennodius *om. T* marcellino *T* 11 habundare *PT* 13 pollicere *L*[1] aliquae *B* immutatione *b* 16 domine mi *P* sapra *B*[1] 17 ut *T s. l. m. 2* frequenti me] frequentissime *B* 18 mihi summum *T* 19 quos] quia *Sirm.* fidis *B*

X. 22 ennodius *om. T* 23 possit *Bb*, poscit *coni. Schottus* 25 corpore *T*[1] honere *T*

per illam, quam e caelo sumpsimus partem, animis iungeremur. index merae affectionis uota pectorum lingua signaret, si ad desiderii copiam militaret oris officium et penetrale mentis resignatum teneretur in litteris: tunc nullo caritas neglectu ueteresceret, tunc diligentia mutuae deuinctionis usu polita fulgeret nec scabro memoria nostri torpore laederetur. sed quid faciam quod mihi meritorum meorum nebulae serenitatem bene amantis obducunt et obliuionem mei peccata conciliant? facessat a proposito meo imitari quod factum doleo et per silentium sumere de uestra taciturnitate uindictam. geminis ergo stimulis uerba concessi. negare non potui conmercium epistolare, quod et causa poposcit et gratia. scitis optime quae a uobis et per me et ore proprio sanctus pater uester domnus episcopus postulauit, ut expensa, quae pro necessitatibus domni papae Rauennae facta est, redibitione pensaretur. certis enim potentibus, quorum nomina tutum non est scripto signari, nouit dominus, quia plus quam quadringentos auri solidos erogauit: hos me fidem dicente concessit. frons mea apud ipsum libera esse non potest, donec per uos, sicut confido, pollicitatio compleatur. idcirco direxi praesentium perlatorem, hominem et religionis et fidei, ut ab hac me quam praefatus sum conuentione et iniuria subleuetis. unde salutationis honorem tota humilitate persoluens rogo per illum contestans, qui communia circa sanctum papam uota respexit, ut ordinetis qualiter ab huiusmodi inquietudine releuer. tamen si uerecundum esse non

1 sumsimus *LPV* animi si *B* 2 indix *B* maere *LV*, mere *BT* si *om. B* 3 cupiam *B* 4 a re|signatum *T* a re *add. m. 2* 5 ueterasceret *T*[2]*b* diligentia *BP*, diligenti *LTVb* mutue *B* fulgent *T*[1] 6 nr̃i *B*, uestri *LPTVb* 7 mihi *B s. l.* 8 mei peccata mea *Sirm.* 11 commercium *BL*, commertium *T* 12 proposuit (c s. l.) *B* scit (s *ex* c *corr.*) *L* 14 pape *BTV* 16 tum (tum s. l.) *B*, tuum *L* scriptio *L* 17 quadrigentos (n s. l.) *V* solidus *L* 20 iccirco *T* direxit *T*, direxit *BLPVb* et *om. Sirm.* 21 me ab hac *T* 24 sanctum] sp̃m *T*

creditis, indicate, et de propria facultate restituo quicquid me spondente a sancto episcopo constat expensum, quia litteras sancti papae habeo, quibus iussit quicquid opus esset fieri cum mea debere securitate compleri. si mereor laborare, uestrae erit prouisionis expendere.

XI.

ENNODIVS SENARIO.

Si diligentiae memoria circa personam meam animus uester non exueretur, si reuerti eum ad iudicium sublimitas tua non cogeret post fauorem, frequentia scripta prorogares. sed quid faciam, quia non ualidis radicibus nititur amor indebitus et cito ad examen reducitur quicquid gratiae aura subripuit? me noui solum prius debuisse diligi quam probari: hunc tantum fructum de caritate possedi, quem incognitus prouisione subtraxi. sed uos conuenerat non cito ab eo, cui amici nomen inposuistis, abscedere, ne non semper ad meam culpam redeat quod promissa mihi non tenetur affectio. solet enim esse ignara districtionis deuincti conscientia, et opus est ut perpetuo teneat quicquid semel fidum pectus acceperit. salutem ergo debitam dicens spero, ut despicientes rancida potentum fastidia honorem uestrum et quam deus tribuit possibilitatem humilitatis fascibus sublimetis. cuius rei fidem interpres animorum lingua confirmet et testimonium fidele mentibus deferat caritas monstrata per litteras.

1 credetis *B* iudicare *BT*[1]*b* et *om. b* 3 pape *B* esse *LV*[1] 4 mereor] meo *B* (*post* meo *spatio 3—4 litt. uacuo*) 5 expendere *PTb*, expendet *B*, explandere *L*, expludere *V* (lu *in* en *corr. m. 1*)

XI. 7 ennodius *om. T* sanario *B* 8 memoriea *V* 9 exuretur *V* 10 cogerit *B* 12 subrepuit *B* solum noui *LPTVb* 15 •ab *V* h *eras. uidetur* imposuistis amici nomen *Pb* 20 dispicientis *B*, despicienses *L*[1] ranceda *B* 24 litteras] finit *add. LTV*

XII.

ENNODIVS ABBATI STEPHANO.

Geminantur dei dona sperantibus et duplici exuberat gratia superna beneficio: largis meatibus caelestium munerum unda procurrit: transeunt haurientis ambitum quae a Christo ueniunt fluenta donorum. sola uena est quae maciem nescit et defectus abiurat, tantum cursibus suis suggerens, quantum meretur pectus sitientis accipere. cui aduertite quid occultus sapor infundat, quando ardorem limpha conciliat et siccitatem labiis aestuante animo inriguitas uiui fluminis gignit. talis est uestrarum ratio litterarum, quae quantam afferunt desideriis satietatem tanta pariunt et augmenta, quarum profunditas et bibitur et optatur, et ita puro ditant gurgite, ut occulto ab eis uiscera subfundantur incendio. in quibus cognatas uideo flammas et pocula et diuersitatem naturae in peregrinam coisse concordiam. domine mi, longum terris deo nostro tribuente uitae beatissimae exemplum praesta et per religionis sanctae philosophiam non in hac tantum uita sperandum esse contemptu saeculi praesentis ostende.

XIII.

ENNODIVS APOLLINARI.

Quantum cura mea, quae affectui uestro per necessitudinem militat in dies suggerit, nulla commeantium essem damna commentus, nisi ad illud unicum solamen absentium, quod in

XII. 2 ennodius *om.* *T* stefano *L* 4 superna gratia *L Pb* largissime actibus celestium *B* 5 percurret *B* transeant *V*[1] aurientis *BP*, *aurientis *L* 8 sicientis *LV* 9 limpfa *B* 10 estuante *B*, estuanti *T* gignet *B* 11 quantam *b*, quantum *BLPTV* affer̄| *L* sacietatem *LTV* 12 aumenta *L post ras.* 14 cognata *T* 16 mi] mihi *BLV* 17 presta *B* 18 phylosophyam *LV*, filosophiam *B* uita tantum *LPTVb*

XIII. 20 *Epistulas 13—18 primus edidit Sirm.* 21 apollenari *BLV* 22 nostro *T* 23 suggesserit *L*[1], suggere *B* essent *Sirm.*, ēe *T*, essem *uel* esse in *B* 24 commentus *scripsi*, contentus *BLV*, contemptus *T* alud (d u above) *L* unicum illud *Sirm.*

litteris inuenit prouidentia superna, concurrerem. sed quid faciam, quando tanta est uenientum confusio, ut nescias qui potissimum deligendus sit, cui reddenda sanctae conscientiae uestrae possint scripta committi? trahunt enim in occasionem conpendii sui uiliores quicquid nos praestamus affectui, et graue est ut seruiat cupiditati quod exigit uis amoris. idcirco animum usque ad domestici perlatoris opportunitatem ab scriptione suspendi, ne diligentiae ratio sparsa per inmeritos perlatores aliena inportunitate ranciscat et ad me culpa redeat quae a me non sumpsit exordium. necessitatem ergo procurati silentii breuiter explicans ad usum me paginalem conuerto, per quod magnitudinis uestrae mihi praesentiam secretis animorum itineribus expectata per paginas uerba concedunt. uale ergo, mi domine, et illa quam debes generi serenitate frequentibus amantem foue conloquiis, quia nullum est tam uenerabile munus sollicito, quam si saepe uos agnoscam uestram nuntiare, meam quaerere sospitatem.

XIIII.

ENNODIVS EVPREPIAE.

Frequentia et necessitudini et amori exhiberet conloquia pectus obnoxium, nisi desideriis remedia sua subduceret discretarum consideratio sine medela terrarum. quicquid enim cari-

1 concurrerent *Sirm.* 2 uenientium *LTV* nesciat T^1 ? *ex* qd *T corr.* 3 possimum (ss *s. l.*) *L* delegendus *BLTV* 4 nostre *T* ///scripta *B* cōmitti *B* ‾ *atram. fusco add.* occāsionem L^1 5 prestamus *B* 6 cupitati (di *s. l.*) *V* exegit *B*, exigis L^1 iccirco *T* 7 oportunitatem *BLTV* 8 inmeritus B^1 9 inoportunitate *B* reddeat *B* 11 paginale *BLV*; ad munus *uel* subsidium paginale *fort.*; *cf. Wiener Studien II p. 251* 12 mihi *T s. l. m. 2* 13 pagina B^1LV; *fort.* pro pagina 14 domine *V* 15 uenerabilem| unus B^1 16 sollecito *B* 17 et eam *T* suspitatem B^1

XIIII. 20 necessitudinem *B* exiberet BL^2, exhiberi T^1 21 sua *om. Sirm.* subducerent *LTV* descretarum *B* 22 medilla *B*, medelam V^1

tate iunctum est, quicquid sanguinis catena sociatur, hoc distractum uix respirat per interualla regionum. quae enim possit habere subsidia cui frequens denegatur copia et paginalis alloquii? muta inter absentes diligentia quo teste pandatur? aut enim opportunitas commeantium expectata subtrahitur aut inueniuntur tales, quibus non possint reddenda caris scripta conmitti. uix tamen usque ad domesticum perlatorem diu anxia uota suspendi, per quem honorem salutati exhibens optata uobis patefaciam meae prosperitatis indicia et litterarum mihi spondeam promulgatione responsum, quibus, si in portu est sanitas uestra, amplectendis reseretur affatibus.

XV.

ENNODIVS EVPREPIAE.

Rarum est ut necessitati amor fultus necessitudine colla summittat: uix contingit ut seruiat qui imperator est semper et suo iure dominatur affectus. quo umquam regium diligentiae nomen inpeditur obstaculo? cui libera caritas mancipatur obsequio? excusationem de aliquo timore non adhibet, nisi qui animum deuinctionis abiecit. mens quae pietati militat, etsi sint dura principum iussa, non metuit: nulla sunt tam barbara iura populorum, quae non reddi filio debita materna patiantur: quicquid in orbe gentium est ab humanitate non discrepat: quicquid in mundana luce gignitur fructus uteri requirit et seminis: sola nobis cum cunctis animalibus causa et solli-

1 cathena *T* 2 interualla (ter *in ras.*) *L* posset *B* 3 cupia *B* 4 mutainter *V* (i *postea add. m. 1*), mutinter *L* (a *s. l. m. 2*) 5 oportunitas *BLTV* subtrahetur *B* 6 possent *B* 8 exibens *BL*[1] 9 maeae *V*

XV. 13 eupraepiae *B* 16 numquam *V* diligentiae *B*, diligentia *LTV* 17 inpeditor *B*, impe*ditur *L* n *fort. eras.* 18 adhibit *B*, ad*ibet *L* 19 piaetati *B*, pietate *LTV* 20 iussa] iura *T* 21 iura] iussa *Sirm.* quem *T* 22 gentium] genitum *Sirm.* 23 gignitur (tur *in ras. m. 2*) *T* fructus *ex* fructtis *L m. 2* fructus uteri *T in ras. m. 2* requiret/// *B* (e *corr.*), uestri requirat *T* 24 ea causa *fort., cf. Wiener Studien II p. 252*

citudo communis est. cuius aestimabitur esse mens illa feritatis, quae erga curam sobolis posterior ab inrationabilibus inuenitur? germanitatem tuam respicit praefata concinnatio. tu unici oblita pignoris et miserationem orbati et felicitatem eius, cui mater superest, abstulisti. uere fateor sub libertate propositi, modo maxime quando ei a te et conloquia denegantur, pace deo propitio inter regionum nostrarum dominos omni radice solidata tigridem te inmanitate superasse. quando inueniri potuit aut quod plus amare possis a filio aut propter filium quod timere? facultatum cura debuit posthaberi, quia numquam bene hereditas quaesita est herede contempto. ecce dico: ni deus per sollicitudinem meam serui sui maliuolis obstitisset, omnis generis tui fuerat planta succisa. leaenae catulos tutis siluarum aut heremi commendant penetralibus, ne partus earum praeda sit hominum. dicas forsitan, quod haec exprobratio grauiter me ferre inpactam de adulescente sarcinam monstret. nouit dominus hoc solum me acerbe perpeti, quod et praesentia tua careo et totius te per silentium inmemorem affectionis esse cognosco. beneficio tamen dei paterna puero nostro non denegatur instantia. inbuendus liberalibus disciplinis limen nobilitatis ingressus est. ipsam quoque ad te dictionem, qua commendatus est, destinaui, in qua non eloquentiam sed uota cognoscas. uale ergo, mi domina, et si fieri potest, nostris te cum dei ordinatione redde conspectibus.

1 estimabitur *B* mens esse *LV*, mens^ee^ *T* (eē *add. m. 2*) feritates *B* 2 subolis *B* 4 meserationem *B*[1] 5 praepositi *T*[1] 7 propicio *B* dominus *B* 8 tygridem *BLV* inmanitatem *B* s^u^passe *T* inuenisse *T* 10 postaberi *B* 11 nunquā *B* 12 ni *ex* m *T* malibolis obstetisset *B* 13 leaene *L* catolus *B* 14 eremi *Sirm.* penitralibus *B*, penetra**libus (li *eras.*) *L* 16 exprobracio *B*, exprobatio *T*[1] adoliscente *B* 17 dominus] deus *Sirm.* 18 presentia *BLV* 19 benificio *B*, benefitio *V* 20 denegatur] derogatur *Sirm.* imbuen^dus^ libera**libus (li *eras.*) *L* 24 te *T s. l. m. 2* conspectibus] finit *add. LT*

XVI.

ENNODIVS LACONIO.

Diu est quod animus meus illa qua solebat releuari expectatione torquetur. in longum traxistis silentia, nulla necessitate conpulsi. non fui huius imitator neglegentiae, ut neque ego scripta prorogarem, sed ad dies conticui superuenturi spe inlusus alloquii. nunc tamen uicit deliberationem meam iam matura amplitudinis uestrae taciturnitas. debet euelli silentium, quod duriter in quadam radice conualuit. geminis ergo prospiciunt scripta nostra conpendiis: et perlatorem Benenatum hominem propter fugaces suos uenientem conmendo et desideriorum bona non differo. ergo uale, mi domine, et pro uoto tuo circa me geri prospera cognoscens paribus me accelera releuare sermonibus, quatenus et perlator de beneficio gaudeat et ego subleuer de responso.

XVII.

STEPHANO EPISCOPO ENNODIVS.

Postquam meritis uestris dignitas restituta est et honor quem exigit uita conlatus, nulla beatitudinis uestrae pro peccatis meis scripta suscepi. aliena est a proposito uel a moribus uestris circa supplices quae in me seruatur obliuio. temeritatem meam pontificalis non accuset auctoritas: uix est ut diligentia quid iuris possit habere respiciat: numquam se metitur quem stimulat caritatis imperium. additur quod perlatori

XVI. 3 quae *B* releua *L* 4 torquitur *B* silentia silentia *B* 5 neque] mea *Sirm.* 6 sed] si *T* 9 in radice quadam *T* 10 prospitiunt *V* scripta nos propt (tra—hominem *s. l. add. corr.*) *B* bene natum *TV* 11 commendo *BT* 13 accelera reuelare (reuelare *in ras. m. 2*) *T*, accelerare *LV*, adcelerare *B*, attolle *Sirm.* 14 sermonibus quatinus *T in ras. m. 2* quatinus *LTV* benefitio *V*, beficio *L*

XVII. 17 Ennodius Stephano episcopo *Sirm.* stefano *BL* 18 dignitas] uestra *add. Sirm.* 19 exegit *B* 21 suplices *B* temeritatem *V* te *postea add. m. 1* 22 accusat *B* 24 addetur *B*

praesentium obuias manus adhibere non potui, nisi ut Benenatum hominem Gallias pro certis negotiis expetentem ad coronae uestrae notitiam mei perducerem sermonis officio, quem tota humilitate commendans rogo, ut per eum uicariis releuari procurer alloquiis. domine mi, salutationis seruitutem tota deuotione persoluens spero principe loco, ut precum uestrarum serenitas meae quoque mentionem non omittat facere, cum diuinitati subplicat sine intermissione, personae.

XVIII.

EPISCOPO EVLALIO ENNODIVS.

Ad quantum me fastigium perduxerit donum spiritalis alloquii, angustia testaretur, si sermone ualeret ambiri. ad quod enarrandum idonea non est mentis exilitas nec sufficit oris egestas. uos enim mei memores extitisse quid aliud computabo quam peccata superari? memoria uestri omne quod actuum obscenitas potuit ministrare iam depulit et per sudum respicere supernum munus indulsit. domine mi, salutationis obsequia decenter inpertiens deum rogo, ut circa paruitatem meam illa anima, in qua omne quod deus mandat exuberat, dignationem pollicitam sine aliqua procuret inminutione seruare. quam rem ex arbitrio mihi contingere frequentium declarate testimonio litterarum.

1 presentium *B* adibere *L post ras.* bene natum *L TV* 3 offitio *V* 5 releua•ri (u *eras.*) *L* procurer *B in mg. add.* mi *BT*, mihi *LV* seruitutem (u *post* t *in ras.*) *B* 7 omittit T^1

XVIIII. 10 Ennodius Eulalio episcopo *Sirm.* 12 angustiam *B* 14 extetisse *B*, ex|extitisse *L* 16 act•um *L* 17 mi *T*, mihi *BLV* salutationes L^1T^1V 19 meam *B s. l.* 20 pollicitam s. a. procuret *T in ras. m. 2* immutatione *V* (uta in inu *corr. m. 1*), imitatione *B* 21 mihi *T in ras. m. 2*

XVIIII.

ENNODIVS FAVSTO.

Deo gratias, qui iuxta desideria mea, ne aliquando ab scriptione temperem, negotiosa facit esse conloquia: potest enim et utilitati prodesse quod exigit uis amoris. proinde, domine, indicia meae ualitudinis faciens fugacem puerum uestrum Germanum uocabulo, qui ante triennium lapsus est, me suspicor inuenisse, de quo indiculum destinaui: qui si uere uester est, mature sequenda cognoscam.

XX.

ENNODIVS FAVSTO.

Multiplicibus ueneratoris uestri adfinis mei Iuliani negotium Marcellini laborat insidiis, qui ad querelam tantummodo paratus de iudicii integritate diffidit: uitat quae optat examina. nam postquam nescio quod praeceptum ad Geuicam exhibuisse perhibetur, praedictus supplex uester ad Mediolanensis fori audientiam mox cucurrit et per triginta aut quadraginta dies praesentiam suam publico, sicut oportebat, ingessit iudicis. contestatus est ipsum Geuicam, qui ordinatus adserebatur inpulsor: ut susceptum suum ad iudicia destinaret, admonuit. domnum quoque Trasemundum, sicut ex litteris ipsius poteritis agnoscere, fecit scire. sed nihil apud eum profuit, cui solae latebrae in causa misera possunt esse remedio. pro quo rogo, quamquam apud uos precibus opus non est, ubicumque ueritas innotescit, quia omnia huius rei instrumenta trans-

XVIIII. 3 iusta *T* mea *om. Sirm.* ne *om. B* a scriptione *Pb*, adscriptione *B* 5 exegit *B* uis *BLTV*, ius *Pb*, *cf. p. 81, 6* 6 iuditia *LV* 7 elapsus *fort.* 8 indicolum *B* qui] quo *fort.* 9 sequanda *B*

XX. 12 ueneratoris (s *in ras.*) *B* 13 querellam *B* 15 uegicam *L*[1] exhibuisse (exhibu *in ras.*) *T*, exibuisse *L post ras.* 16 predictus *B* 17 concurrit *Pb* XXX aut XL *B* 18 presentiam *B* publico] suplico *T* 19 adseribatur *B* 21 dominum *B* tra*semundum (n *eras.*) *L* licteris *L*[1] *ut uidetur* 21 tygre (scire) *V* scire *s. l. scr. et* tygre *deleuit m. 1* 25 innotiscit *B*

misit, ut ordinatione uestra ab huiusmodi molestiis efficiatur alienus. domine, salutationis obsequia deferens spero, ut et a praedicto inquietudinem remoueri qua soletis cura faciatis et meam sollicitudinem de prosperitatis uestrae statu litteris subleuetis.

XXI.

ENNODIVS FAVSTO.

Paucis adserendus est quem et notitia senior et opinionis bonae lingua commendat: non indiget prolixitate sermonum qui suis apud magnitudinem uestram dotibus adiuuatur. sublimem uirum Vitalem loquitur praefata concinnatio, quem os uestrum fecit sacri consortio gaudere collegii. ergo extraneis munietur epistulis qui orationis uestrae beneficio curiam non ut peregrinus ingreditur et cui reserastis libertatis penetralia, illi pectoris arcana claudentur? ego autem gaudeo scriptione multiplici, quia, etsi parum tribuam perlatori, nulla proprii desiderii damna sustineo. domine, salutationem restituens quam debeo precor, ut et circa praefatum gratia se culminis uestri propius manifestet et mihi prospiciat restitutione conloquii.

XXII.

ENNODIVS FAVSTO.

Inludit mihi spes quae exigit frequentiam litterarum. hac enim fretus inefficacibus animum pasco conloquiis. diu est quod sine intermissione scripta prorogans silentium, quod expugnatum esse credidi, confirmatur. sed quid faciam, quando

2 $\overset{ex}{a}$ *B*, a *b* 3 predicto *BLTV* inquietudine (ne *ex* nem *corr.*) *L* s|oletis| *B* oletis *in mg. add.*

XXI. 8 opiomonis *B* 9 sermonis *T* 10 sublimen T^1 12 facit *T* 13 benefitio *V* non *add. in mg. T m. 2* 14 ut *om.* *Pb* peregrinis *T* ingredbtur B^1 15 archana *BPT* 16 quia *Bb*, qui *LPTV* 18 debeo *PTb*, debebo *BLV* praecor *V* prefatum *BTV* 19 se manifestet *T* prospitiat *LV* colloquii *PT*, alloquii *Sirm.*

XXII. 22 exegit *B* 23 inefficatibus *LTV* 25 sed confirmatur *B* quando BT^2, quomodo T^1Vb, quomo *L*

uix ad consilium reducitur pio amore pectus obsessum? putat remedia et quae conperit nil iuuisse. salutati ergo obsequium reuerentia exhibens consueta commendo praesentium perlatorem ipsum Constantinum, cui suffragium honestas et pudor est, cui quamuis plura per affectum debeam, maiora tamen coactus soluo per iudicium.

XXIII.

ENNODIVS MARCELLIANO.

Apud amantes et honore pollentes beneficiorum affectus in promptu est nec ulla preces cui praestandi mos est tarditate depretiat. Virgilius sublimis uir, tam sanguine quam honestate pracipuus, inponi sibi ab inlustri uiro sacrarum comite Rauennam excurrendi necessitatem plurimum deflet, cuius si hoc haberent desideria, obuias manus aetas adferret. qui apud uos me precatore utitur, ut ab eo huiusmodi sarcina fiat aliena, quia relationibus frequenter quid egerit instructam praedicti suggerit potestatem. domini, honorem salutati exhibens precor, ut consideratione mei in testimonium diligentiae postulatis detur effectus.

XXIIII.

ENNODIVS MASCATORI.

Nouo me genio infucata pectoris uestri ornauit diligentia: eliciti utor stili testimonio qui doctis supra inscitiam garrulitate displiceo. coactus sermo pretium, quod non habet ex

2 nihil *Bb* iubisse *B* 3 reuerentiam *B* exibens *L post ras. ut saepissime* presentium *B* 4 onestas *LV* 6 iuditium *LV*

XXIII. 9 benefitiorum *V* ėffectus *B*, effectus *b* 10 prumptu *B*, promtu *LTV* ullas *coni. Schottus*, illa *Sirm.* prestandi *B* 11 depreciat *BLPT* ·onestate *B* 14 uos *T in mg. add. m. 2* 15 peccatore *LV*, p̄catorię *T in ras. m. 2* ab eo] habeo *L* 16 instructam *Pb*, structam *BLTV* predicti *B* 17 domini *LP¹TV*, domine *BP²b; cf. Wiener Studien II p. 229 sq.* salutandi *b et Sirm; cf. Wiener Studien II p. 253*

XXIIII. 21 marcatori *L*, Mercatori *Sirm.* 22 nouo] quo *b* 23 eliceti *B* insitiam *T* 24 precium *BLTV*

eloquentia, ab inpacta necessitate subripuit: nunquam fuit digna ultione contumelia, quam iussus exhibuit: nemo oboedientem iuste condemnat: sibi debet inlatas iniurias de eloquio rusticante qui prouocat imperitum. supercilium est celsioribus non parere, maius si quae noueris descendisse ab obsequente despicias. inprobi desiderii putatur adsertio non amare quod exigis: adstipulatur iudicio suo qui censuram de obtemperante suspendit: male pertinax districtio est, quae meritum in parente considerat: pudorem ab statione non expulit qui quod loquitur debet imperio. itaque in nobis quod sordet eloquentia commendatur obsequiis. uos uideritis quale sit quod iussistis offerri: ego uos sine frontis meae dispendio meruisse aestimo quod desiderastis accipere. taceo inter ista, quae principe fuerant loco narranda, ecclesiasticam humilitatem quod placere poterat abiurasse, orationum pompam qui orationem diligit non secutum, propositi consideratione et illud me fugere quod ducit ad gloriam, quasi uitium declinare quicquid attollit, culpam putare quod erigit aut sublimat, perdere iustae laudationis meritum fauoris affectu. excusationem ueritatis coloratam periculo non praetendam, dum replico, quod illud, quicquid studiorum dederat cura liberalium, iam reliqui, quod alueo quondam copiosi fluminis uix arentis gutta fundatur eloquii. taceo, quod linguam, quam usus mobilem fecerat, alter usus hebetauit, esse pro facundia silentium, abiectionem a nobis diligi pro coturno. ad illud redeo: quia mihi non licuit intra uerecundum penetrale delitescere nec debilitatem ingenii tegere

2 iusus *B* obedientem *BLT* 3 condempnat *LPTV* 4 imperium *T*¹ 5 discendisse *B* dispicias *Bb*, despitias *LV*, despicicias *T* 6 putetur *B* 7 exigit *Pb* iuditio *LV* censuram suam *T* 8 destrictio *PV* 9 ab stationi *LT*¹*V* (*sed* ti *ex* ci *corr. m. 1 V*), a statione *Pb*, obstatione *B* 10 uobis *T* 11 obsequiis] eloquiis *T* 12 inferri *T* estimo *B* 14 narrandam *V*¹ 16 propositi**** (onis *fort. eras.*) *L* 17 uicium *V* 18 iuste *B*, et iuste *T* 20 pretendam *BV* 21 al*|ueo *L* u *eras. in exitu, add. in initio lineae proximae m. 2* 22 funditur *fort.* 23 hebitauit *B*, habitauit *L* 24 a* (b *eras.*) *L* 25 ad illud *ex* aliud *L m. 2* 26 delitiscere *BV*

taciturnitatis indumento, hoc ad defensionem integram quod praetuli conputabo. sed amore prouocatus epistulares terminos inconsiderata loquacitate transcendi. uale, mi domine, cui honorem exhibens salutantis probabo quid de epistula mea sentias aut taciturnitate aut scriptione multiplici.

XXV.

EVGENETI ENNODIVS.

In statione non esse apud uos gratiam potest qui fide claudus est aestimare: uolo tamen ad diligentiae testimonium prorogari frequentiam litterarum, ne animus de amantis prosperitate sollicitus, dum salus in ualitudine est, suspicionibus uentiletur. ecce habes, mi domine, unde serenitatem pectoris mei ex desiderii proditione cognoscas. adesto partibus tuis et sicut me imperati muneris praerogatiua sublimat, ita uos exhibiti gratia sermonis attollat. ergo salutem debendam restituens precor, ut quid promoueat in me desiderium tuum sub cuiuscumque significationis nube dilucides. uale.

XXVI.

AVIENO ENNODIVS.

Adest magnitudo tua partibus suis et adserit splendorem sanguinis testimonio puritatis. caritatem nesciunt pia corda deserere, religiosam diligentiam mens generosa custodit. gemina ergo luce fulgentia scripta suscepi, dum quod pectus sanctum repperit dextera serena signauit. deum precor, ut

2 pretuli *BLTV* epistularis *B*, epistolaris *LPT*[1]*V* terminus *B* 4 salutati *uel* salutationis *fort.*

XXV. 7 eugenetie *T* 8 apud uos non esse *Sirm.* 10 animus *ex* ammus *L* 11 suspitionibus *LT* 13 par|**tibus *L* me *T s. l. m. 2* 14 impetrati *Sirm.* prerogatiua *B* 15 debendam *in* debitam *T corr. m. 2* 17 delucides *B* uale *om.* *BPb*

XXVI. 19 *epistulas 26 et 27 om. L* ennodius auieno *B* 20 tuo *T*[1] 22 relegiosam *B* 23 lucem *T*[1] suscipi *B* 24 re^p^perit *T*

piam in uobis indolem, si Romam diligit, sub perennitate conseruet et huiusmodi circa me studia sub ea qua promisistis cura multiplicet. uale.

XXVII.

AVIENO ENNODIVS.

Nescio utrum magnitudini uestrae grata sint crebra conloquia: ego tamen semper quod expecto ab amantibus exhibebo. patior aliis aliud esse propositum: mihi meo uiuendum est more, ut amoris plenitudo reseretur claue sermonis: ego in affectione cariosam subrepere taciturnitatem usu fugiente non perfero. nunc si culmini tuo par cura est, monstretur assiduitate conloquii, patescat frequentia litterarum: sin aliis hactenus praeoccupatus studiis in meam modo concesseris diligentia imperante sententiam, quantum de tuo iure submiseris, tantum de meis obsequiis possidebis. ergo uale, domine, et munusculum suscipe non uilitate sui sed taxatum pretio destinantis. uale.

XXVIII.

ENNODIVS EVPREPIAE.

Quamuis caritatis uestrae paginam sollemnibus tantum accepissem muniis obsecutam nec affectui nec necessitudini congruentem, res tamen postulauit me uicariis per stili similitudinem peregrinante diligentia respondere conloquiis, ne subtracti sermonis officium non uestram innotuisse mihi astutiam,

1 perhennitate *T* 2 quae *Bb* 3 uale *om. T et Sirm.*

XXVII. 6 cebra *B* 7 exhibeo *Pb* 8 meo] in eo *T ut uidetur* 9 reseretur (etur *in ras.*) *B* 10 subrepere *b*, subripere *BTV* fugientem fugientem *T* 11 si ĩ *ex* sin *ut uidetur m. 2 corr. in ras. T*, si in *Pb* 12 alias *B* actenus *B* 13 preocupatus *T*, preoccupatus *B* diligentiam *T* 15 mi domine *b recte fort.* 16 taxandum *malim* 17 uale *om. Sirm.*

XXVIII. 20 accipissem muniis *B*, muniis accepissem *PTb*, muniis accepissem muniis *LV* 24 mihi innotuisse *Sirm.*

sed nostram reuelaret infantiam. nolo, soror Euprepia, quicquam de prouinciarum malis uel, sicut dixisti, hominum inmissione causeris. quocumque abscesseris, quantum res docet, mentem male credulam non omittis: uitia nostra regionum mutatione non fugimus. circa propinquos tibi fuit tale propositum, ut nec benefacta ipsorum iusta interpretatione pensares nec excessus debita tantum reprehensione corriperes. sed quid opus est doloris epistulam fieri longiorem? ingenium uestrum nulla eloquii poterit mutare affluentia. quod restat, uale, mi domina, et prout expedit ordinem uitae tuae animaeque conpone. me tamen Lupicino noueris non quod tibi debeo, sed quod animae meae conueniat impensurum, quia sola est, quae maiorem a deo retributionem meretur, affectio, cum nullis hominum dotibus prouocata conceditur.

XXVIIII.

ENNODIVS EVGENETI.

Quotiens sensuum pignoribus uerba famulantur, quasi in quodam speculo ita in paginis sermo sibi amicam pingit effigiem, cum qua uiua uice conloquitur et dulci simulacro desideriis obsequente gratulatur. nulla quidem conceptum foederati pectoris eloquitur oris affluentia, et cum sint faciliora uerba beneficiis nec existat quod crescere nequeat ambitione dicendi, ego in explicanda circa uos diligentia arentem testor infantiam. unanimitatem tamen uestram taciturnitatis incesso, quod gemina

1 reuelatio (ret *supra*) *B* (*corr. m. 1*) quidquam *BL* 2 prouintiarum *LV* 4 mutationē *B*[1] 7 corriperis *B*, coriperes *T* 9 afluentia *B* uale restat *T* 10 tuae *om. LPTVb* animaeque *Bb*, animique *LTV et post corr. P* 11 sed quod *PT*[2]*b*, sed quid *BLT*[1]*V* 12 maior est *L* 14 concreditur *b et Sirm.*

XXVIIII. 16 eugeniti *B* 17 sens*um *L* uerba (u *partim in ras.*) *B* 18 quadam *B* effigiam *T*[1] 19 uice] uoce *PTb* 20 federati *B* 22 ambicione *B* 23 inexemplicanda *B* infanciam unianimitatem *B* 24 uram *in* ure *T corr. m. 2*, tuam *b* incessu *B*

scriptione donatus nihil de uicaria relatione cogitasti. ecce iterum paginas mitto sciens tribuere quod expecto. uale, mi domine, et amantem tui adloquere nitore quo clarus es, foue integritate qua praeuales.

XXX.

ENNODIVS AVIENO.

Miror fauis magnitudinis tuae iniucunda copulari et serenitatem conscientiae uerborum austeritate maculatam, dum scribis imperare me potius paginas quam diligentia exactrice promereri. putas ullum genus dominandi esse sublimius quam illud quod amore nos subicit? nulla sunt, domne Auiene, culmina a iugo caritatis inmunia: quicquid in orbe libertatis est tali non subtrahitur seruituti. ecce ego loco humilis, ignotus honoribus uestris fascibus sic iubebo, parili contentus ordine subiacere. nunc uale, et quantum tribui tibi senseris, tantum mihi sicut fidelis restitutor affectionis inpende.

XXXI.

ENNODIVS AVIENO.

Quamuis epistularum qualitas pro ingeniis conponatur et saepe sollemnitati militet, nonnumquam affectionis testetur indicia, quas aliquando dictat sinceritas, plerumque fuci similis concinnatio, quae candorem imaginata diligentiae urbanitate qua tegitur innotescit, dum fabricatis nudata tegminibus intra uelamen aperitur: ego tamen in paginis speculum puto esse conscientiae, per quas amicitiam discernere absentia uix praesumit: clarum est tamen, quid in illis simplex, quid artifex

1 nil *T* 3 nitorem *Pb* 4 preuales *B*

XXX. 7 iniocunda *BPTb* 8 scribis** *L* 10 putas *scripsi*, putans *BLPTVb* ullum] nullum *Pb sed in mg.* al. illud *P m. 2* 11 amori *b et Sirm.* nullę *B* domne *B*, domine *LPTVb* 12 quidquid *B* 13 ignotus] immotus *T* 14 contemptus *T* 15 uale] ulae *L* a *s. l. m. 2*

XXXI. 20 sepe *B* sollempnitati *LPV* 23 fabricatas *B* 25 amiticiam *T* uix] iudex *fort.* presumet *B*

sermo deferat. scindit nubes eloquii mens dictationis interpres: cito ad intellectum peruenit falcibus suis uerborum calle reserato. ergo his ualde delector officiis, quibus panditur sinceritas nec occasio se interserit secura fallendi. gaudeo tamen mihi uel causas scribendi uel perlatores accidere, ut sub hac frequentia meo uoto satisfaciam et pudorem uestrum onerem, nisi a uobis suscepta redduntur. salue, mi domine, et in sententiam meam affectu imperante concede. uale.

XXXII.

ENNODIVS PASSIVO.

Si ad eloquendam sufficeret sermo caritatem, si totum infantia explanaret affectum, cui magis quam uobis paginarum frequentiam praestaremus? et nisi artaret meritum pectoris, nulli dignius sermonis militaret officium. alii affectum, quem mente nesciunt, ore testantur et pingunt inlecebrosis epistularum momenta commerciis, quando feriatis penetralibus amor totus in lingua est nec aliud ad interiora perducitur, nisi quantum in scriptione confertur. at meus erga uos animus eloquii pressus macie et amicitiae ubertate conticuit: metuo enim, ne gratiae terminum ponat mendica confabulatio, ne idem modus putetur esse sermonis et foederis. melius est plus aestimationi per silentium dimittere quam monstrare diligentiae damna per litteras. ecce rarioris conloquii causas adserui, credens apud uos a sinceritate debita facundiam posthaberi.

2 inuenit T^1 3 ergo] ego *b* 4 occasione (se *om.*) *L* fallendi *Bb*, falli *P*, felli *LTV* 5 causa *B* accedere *b* 6 uoto BT^2b, uotis LPT^1V satisfaciam BT^2b, faciam LPT^1V pudorē (or *corr.*) *V* uestrām (u *supra*) *V* onerem PT^2, honerem LT^1V, honorem *Bb* 7 reddantur *Pb* mi *om.* *LPTV* 8 uale *om.* *B*

XXXII. 11 eloquendam *BT*, eoquendam *LV*, exequendam *P et Sirm.*, exequendum *b* 13 prestaremus *B* astaret *V* 14 militaret sermonis *Sirm.* 16 momenta] commenta *fort.* penetrabilibus *B* 18 ad (i *supra*) *B* 19 macię *L* et *om.* *Sirm.* motus *T* 23 damna *B s. l. m. ant.?*, dampna *LV*

quod superest, saluete, mi domini, et diuinis usi beneficiis procedente uita in longum caelestia mandata conplete. inuenit enim apud uos, cum a cumulo coeperit benignitas, incrementum. uale.

XXXIII.

ENNODIVS FAVSTO.

Proposito obsecuntur paginae, quibus commendatio praestatur afflictis. in his enim clara est religionis integritas, quae nullo potentioribus fuco blanditae adserunt lacrimas submissorum. sed hinc alias. cum perlatorem uideritis, uotum dictantis agnoscetis. utinam illo apud magnitudinem uestram supplicationis euentu alleganda conciliet, quo a me litteras impetrauit. mulierem religiosam pauperem de bono negotio praesumentem sermo praefatus insinuat. aestimate si fragilitati, si iustitiae oportuit uerba subduci, si conuenit me uel officio deesse uel moribus. ecce ego reuerentiam salutationis inpendens quid partibus meis deberem contestatus sum: uobis quid remansit adtendite, quia sicut personam meam pro supra dictae uoluntate petitio, ita uestram effectus aspiciet. uale.

XXXIIII.

ENNODIVS SENARIO.

Nihil est equidem quod non a ueritate in altum ambitioso tollatur eloquio. sed ego ad diligentiam circa uos meam patior

1 saluite B^1, salue *Pb* domini *B*, domine *LPTVb* 2 celestia *B* conpletae B^1 3 ceperit *BT*

XXXIII. 7 cōmendatio (cō *ex* con *corr. m. 2*) *L*; commendati operis (praestatur *om. spatio 3—4 litt. uacuo*) *B* 8 relegionis *B* 9 summissorum *LTV* 10 uiderit ses (es *ex* is *corr.*) *B* 11 agnoscitis *B* 12 alliganda LT^1V, uallicanda *B* 13 relegiosam *B* presumentem *B* 14 prefatus *B* fragilitati si *BPb*, fragilitatis *LTV* 15 decesse *L* 16 salutationis *B*, sal͠utis *V* (~ *add. m. 1*), salutis *LTb* 17 uobis quid uobis *T* remanserit *b* 19 affectus *Bb* uale *om. Pb*

XXXIIII. 22 nichil *T*, ninil *B* *quidem (e *eras.*) *L*, quidem *Pb* ambitiosa *L* 23 patior meam *LPTVb*

sermonis infantiam. numquam par fuit lingua caritati, semper subiacuit oris officium bono conscientiae. ob hoc utor securitate monitoris. non credidi tanto tempore amplitudinem tuam mei inmemorem sic futuram, ut etiam sollemnibus conloquiis abstineres, ut illa, quae solent affectionem imaginata fronte simulare, negarentur inter personas catenis foederis obligatas. haec si ualerem narrare, poteram sustinere. ecce iterum scribo et quae uerbis adsero sequenda testor exemplis. uos uideritis quale sit posthac desideria honesta neglegere: ego dolori patientiam usu institutus adhibeo. uale.

1 linguam *L* caritatis *B* 2 bonae *Sirm.* 4 solemnibus *L* 6 cathenis *T* 7 ualerem] sufficienter ualerem *B* 9 post haec *LPTV* (*sed* a *exp. m. 1 V*) honestate *L* 10 usui *B* exhibeo *P*

LIBER QVARTVS.

I.

SYMMACHO PAPAE ENNODIVS.

Boni imperatoris est probatam in acie militis animare uirtutem, ut fortitudo laudis pabulis inuitata in secundis congressibus dediscat lucis affectum. cuius robur ducis praeconio non nutritur? quibus se denegent etiam minus ualida tironis membra conflictibus, quando rectoris testimonio uidet sibi non perire quod gesserit? sola uia est, qua ad proeliandum crescat intentio, quotiens bene gesta non delet obliuio. utinam diuinitas uestris mota precibus diabolicum certamen interimat! utinam deuotionem meam in pace manifestet, ut cuius studium resignauit aduersitas, illius concordia commendet obsequium! ad Marcellianum episcopum directa est a fratre uestro instructa legatio: sed quid promouerit ipse rescripsit. quod restat, porrectis salutationis precor officiis, ut quicquid aegrum est medica oratione curetis et inter latentium secreta morborum qui in generalem necem seruatur ferro spiritali resecetis errorem. uale.

II.

ENNODIVS ALICONI.

Venerabilis Amantius presbyter dum ad uos paginas exigit, rem deuotionis meae sui esse fecit imperii. felix necessitas,

I. 2 simacho *T*, simmacho *B* pape *T* 5 robor *BLV* preconio *B* 6 tyronis *LPV* 8 qua] qui *L* peliandum *L*, preliandum *B* 9 debet *L* 12 cōmendet *B*, comendet *T* 13 marcellinum *Pb* 14 quod *L*[1] 15 quidquid *BL* egrum *B* 17 spūali *T* 18 uale *om. B*

II. 21 dirigit *b* 22 felex *L*[1]

quae uotis praestat obsequium: libera praeeminentis iussio, quae seruit affectui. debet mihi coactor quod meae praestiti uoluntati: prospera est scriptio, quae testimonium tribuit bis amori, dum et nouum in ius diligentiae adtrahit et amici senioris pectus obligat: qui dum magnitudinis tuae fidelis praeco est, prius uos per adstipulationem suam fecit eligi quam cognosci. raro notitiam praecessit affectio: cui contigit ante placere quam inspici? quantum apud me pondus est perlatoris aduertite, ad cuius nutum iudicia nostra flectuntur: uidimus quem didicit: quem laudat amplectimur. saepe in solido constituta mens propria amico cedit examini. merito ergo suspicimus quos probatus extollit. nunc si ubertatem gratiae ingenii macies explicaret, si ad fontem foederis aridi sermonis non lassaretur infantia, si epistularis qualitas, quae etiam copiosis eloquentia frenos inponit, progredi me ad longiora permitteret: adsererem quantum nobilitas tua mihi debeat, quod ad epistulare commercium primus accessi, quod ianuam diligentiae reseraui claue sermonis. baiulus tamen deprecor ut pro his quae tribuit redametur. ecclesiae causas insinuo, quia quod spei meae inpenditur uobis crescit ad meritum. domine mi, effusissimae munus salutationis inpendens quaeso, ut, si uobis cordi est oblationem meam de libamine caritatis accipere, religionem amicae conscientiae reseretis alloquio. uale.

1 praeeminentis *Sirm.*, praeminentis *BLPTVb* 2 coictor *L*[1] (ic *in* a *corr. m. 2*, c *s. l. scr. m. rec.*) meae] mae *B*, me *L* p̄stitu *L*, prestiti *B* uoluntate *L*[1] 4 amci *B* 5 tuae *B s. l.* fideles *V*[1] preco *B*, praeco est (o est *in ras.*) *V* 6 agnosci *Pb* 7 precessit *B* anta placare *L*[1] 8 aduerte *T* 11 suscipmus *T* probitas *b* 14 infancia *B* que etiam qualitas *T* copiosis *B* (*sic*) 15 frenus *B* inpon̄ti *T corr. m. 2* 16 quantū *B*, quanta *LPTVb* mihi debeat *Bb*, *om. LPTV* 17 adcessi *B* quod] et *b* 18 baiolus *B* deprecor *B*, precor *LPTVb* 19 reclametur *L* 20 mi] mihi *BLV* effusissime *L* 21 salutationis munus *b*, munus munus salutationis *B* 22 relegionem *B* 23 me amice *T* uale *om. Pb*

III.

EVLALIO EPISCOPO ENNODIVS.

Trinitati gratias deo nostro, qui fascem quo deprimor peccatorum fortis apud se uiri alacritate sustentat, qui memoriam mei in illo sancti pectoris tui templo quo gaudet Christus subtilis fabricator interserit, ut quod propriae conuersationis nube fuscaui splendida conscientiae uestrae serenitate detergeat. iam noui quia non inefficaciter funduntur lamenta peccantium. hoc mihi principe loco oratio mea, hoc lacrimae contulerunt, ut robustus pro me precator exsurgeres, ut labantibus umeris caelesti munitam auxilio dexteram subrogares. uerum est quia sola apud deum desperatio perdit errantem. ecce iam lolium nostrum spinae uel tribuli hordea triticum uineas pollicentur. age, electe dei, pro me humili quod coepisti et partibus tuis adesto, dum precum in me adsiduitate diluis quod ego collegi ubertate culparum. frequentibus etiam susceptum pasce conloquiis, ut insulsum pectus nec ulla uirtutum stabilitate subnixum admonitionis sale confortes. ad obsequia salutationis reuertor et epistularem transgressus terminum unum uelut garrulus sed pro necessitatibus inportunus adiungo, ut me sine cessatione tantum iuues precibus, quantum confirmas alloquiis. uale.

IIII.

EXEMPLAR EPISTVLAE QVAM IPSE DICTAVIT. FRATRI SOROR.

Quamuis summatim gratiam aliqui debeant etiam malis in affectione pignoribus nec illud quod posteritati tribuitur bene-

III. 3 quo* (d *eras.*) *L* depremor *B* 5 sancto *b et Sirm.* quo* (d *eras.*) *L* 6 proprae *B*[1] 7 fuscati *T*[1] detergat *PTb* 10 peccator *T*[1] exsurgeris *B*, exurgeres *T* libantibus *B* humeris *PT* 11 subrogares *T*, subrogaris *BL PV* 12 disperatio *BLV* 14 age] perge *fort.* cepisti *BT* patribus *T* (*in mg.* partibus) 15 precum *om. B* di*luis *B* 16 pascere *T* 19 unum *ex* uñ *T m. 2* uelud *BPT* 20 necessitatabus *L*[1] abiungo *L* 21 uale *om. BT*; *in T subscriptio legitur:* Explič ·I· pars eplarum ennodij.

IIII. 24 soror *om. b* 25 quamuis] *cf. Wiener Studien II p. 247* aliquid *B* etiam] et *P*

ficium putetur esse sed debitum, cum malignus interpres iudicium cordis naturae subdit imperiis et tollens saporem diligentiae sola iubendum putet obiectione pariendi, quando plus creditur fili uocabulum ualere quam obsequium et non quaeritur quid in amoris lance promoueas, sed quale ad praeiudicium aestimanti nomen opponas, cum apud prudentes frustra subolem dicimus, nisi exhibet quod uocatur: nam qui in prole censuram neglegit, conceptum magis designat sibi placere quam meritum. facessat in posteris hoc solum nos cogitare quod libuit. etenim fructus uteri, nisi honestate respondeat, plus in testimonio lasciuiae uidetur euenisse quam gratiae. fas enim est germanitatis semper fidele consortium etiam partubus anteferri: datur participem originis sic haberi, ut nec consideratio sanguinis neglegatur et descendens a merito laudetur examen. et ideo ne sinuosis in longum procedant uerba praeloquiis et quod re angustum est crescat affatu, dono, in fraternitatem tuam confero et iuri tuo perpetua libertate transfundo mancipium iuris mei illud et cetera. uale.

V.

FAVSTO ENNODIVS.

Sublimis uir Dalmatius, animae meae portio non defraudata sed solida, cui ad praerogatiuam sanguinis morum splendor accessit, hoc negotio suo credidit conuenire, si meis apud culmen uestrum iuuaretur alloquiis. quod supersedendum eius conscius non putaui, faciens urbanitate quadam personae tribui

1 esse sed *Bb*, sed *T*, esse *LV* intempres *L*¹ 2 imperiis *B* di^{gi}lentiae *B* 3 iubendum *scripsi*, iuuendum *B*, uiuendum *LPTVb sed* ui *in* ju *corr. V m. 1* putat *fort.* 4 filii *Pb* 5 preiudicium *B* 7 sobolem *LTV* exibet *T* 8 neglegent *L*¹ 10 honesta *L* 11 lascitue *T* 14 neglegitur *L*¹ discendens *B*, discedens *coni. Schottus* 15 procedunt *T*¹ 16 preloquiis *B* affatu] affectu *B* 17 perpetuam *T*¹ liberalitate *LPTV* 18 et cetera *B*, et cet̄ *LV*, *om. PTb* uale *om. B*

V. 21 defrudata *L* 22 sed solida *L s. l. m. antiqua* prerogatiuam *B*

quod uos noui debere iustitiae. in Sicilia enim praedicti praedium bono hactenus iure possessum a consortibus perhibetur inuasum. nunc ad iuuamen ciuilitatis inpenditur quicquid ego promouero supplicando. domine mi, salutationis obsequia plena humilitate persoluens deprecor, ut circa memorati nobilis uiri conpendia pudorem leges ac reliqua quae per conscientiam uestram subsistunt reipublicae ornamenta muniatis. uale.

VI.

AGAPITO ENNODIVS.

Credidi, postquam magnitudo uestra bonis est inpensa generalibus et otium migrauit in gloriam, postquam Rauennatibus excubiis occupati, dum quietem uestram neglegitis, nostram omni soliditate firmatis et priuatus genius ad regni decora transiuit, quando nouam lucem de domesticis abstractam sinibus palatinus sibi fulgor adiecit et angustiorem fuisse regni sui pompam rerum dominus cum uos non habuit recte metitus est, pro uicinitate regionum crebris me releuandum esse conloquiis. sed inefficacibus spei meae inluserunt peccata consiliis: nullas paginas ad diligentiae testimonium mens serena transmittit. graue est si amorem non merui, grauius si quem exegeram forte turbaui. scio tamen haec congruentibus ueritati excusationum nubibus esse claudenda, in priuatis inueniri munera litterarum, non recte ab occupatis ista disquiri. sed noui firmam in affectione conscientiam inter quaeuis pondera et aduersa distractam debita sua gratiae non negare. nunc nolo esse pro-

1 siciliae *L* predicti *B* 2 actenus *B* iurae *L* 3 quidquid *BL* 4 mi] mihi *B* 7 reipublice *B* mini∗atis *B* uale *om. B*

VI. 9 acapito *L* 11 in] ad *T* 12 negligites *B* 13 firmates *B* 14 domisticis *B* 16 habuerit T^1 mentitus LV^1 18 inluserunt *B*, luserunt *LPTVb* 20 exigeram *B*, exegerum V^1 21 turbaui forte LV^1 22 laudenda *L* 24 q̃///ui *T* 25 distractam (ctam *s. l. m. 2*) *T*, districtam *LPb* ebita *ex* aedita *T m. 2* uolo T^1

digus in querelis. salutationis reuerentiam soluens deprecor, ut suggestionem, quam apud uos deposuerit praesentium portitor, ad uotiuum perducatis effectum. uale.

VII.

ENNODIVS IVLIANO V. I. C. P.

Suscepi litteras gemino splendore radiantes, quibus purpura dictatoris uestrae iuncta dignationi creuit in pretium, gratias omnipotenti deo restituens, qui uotorum maciem beneficii ubertate transgreditur et quando in desideriis meritorum conscii sectamur angustiam, diuitis indulgentiae copias non refrenat. credidi satis esse, si me feceritis amplissima scriptione sublimem: sed uos non hoc tantum contenti praestare, quod habet mendica postulatio, linguae idonei et laude locupletes paginas destinastis magni more fluminis, qui quotiens ab alueis, ut ariditatem finitimam temperet, ad obliqua inuitatur, optanti tenuem riuulum totus inlabitur et marcida profundo squalore terga per ebrietatem undae salutaris infundit. fortium tamen seruans consuetudinem personarum magnitudo tua circa exiguitatem meam bene coepta non deserat, ut in testimonio diligentiae cura paginalis habeatur et puri amoris adstipulationem deferant blandimenta conloquii. occasum nesciat caritas, quam ante culmina promisistis: tantum circa me crescat gratia, quantum uobis iuncta sunt fastigia dignitatum, ne amicitiam, quam fouit me-

1 quaerellis (el *ex* il *corr.*) *B* 3 *effectum (a *eras.*) *V* uale *om.* *Pb*

VII. 5 $\overline{\text{·ui·}}\,\overline{\text{cp}}$ *B*, VI Episcopo *b* 6 suscipi *B* spendore (l *s. l.*) *B* purpore *B* 7 praetium *B* 9 et *scripsi*, ut *BLPTVb et Sirm.* 10 indulgentij *T*[1] cupias *B* refrenat (re *s. l. m. 1*) *V*, refrenet *T*[2] *et Sirm.* 11 fecerites *B*[1] 12 contēpti *T* prestare *B* mondica *T*[1] 13 idonei et *scripsi*, idonei sed *LTV*, idoneas et *BPb* locuples (te *s. l.*) *L* destinastes *B*[1], destinatis *PTb* 15 a*d *L* b *uidetur eras.* riuolum *B* 16 sterga *T* 17 uñ (*i. e.* unde) *T* infundet *B*[1] 18 exiguita***tem *L* 19 cepta *T* 21 occãsum *L*[1] 22 qua (uiũ *supra* a *eras.*) *B* 23 iuncta] inuicta *Sirm.*

diocritas, credatur abiurasse potentia. nam qui fastum in sublimitate castigat docet se meruisse quod adeptus est. resignate per probitatem conscientiae, felicitatem submitti posse amoris imperiis: illa libera procerum colla, dum formam tribuitis, subiugate diligentiae: fas sit de uobis adsuesci, ut amplissimus in societate retineat quem minor adquiret. ludit de illis casus, quibus obliuionem suorum indicet, quos ad celsa perducit. apud scientem rerum relegere bona non est admonitionis necessitas sed laudis occasio. noui fabricatam ad bona studia ingenii uestri tranquillitatem, quam ideo speciatim conmemoro, ut ostendam ubi affectio solida est honoribus nil licere. sed epistolarem transcendi terminum, dum commendationi meae multus inhaereo: redeo ad officia paginalis alloquii et ualere me nuntians prosperitatis uestrae actutum secunda disquiro.

VIII.

ENNODIVS SYMMACHO PAPAE.

Vsque ad temeritatem me apostolica dignatione promouistis: fiducia concessa extitit mater audaciae. sed qui me humilitatis putat ignarum oboedientem probabit, si iussa consideret. praesumptio est, si dominorum beneficia famuli non sequantur: obsequium aestimandum puto quod pariturus inpendo. ecce causam scriptionis adserui, quia ueritus sum ne post imperatam stili curam tacens praecepta respuerem. huc accessit quod in causa uenerabilis memoriae Mari, dum apud urbem essem, spem meis precibus uos dedistis, cuius negotium cum sancta ecclesia uestra legitima pactione decisum est. sed heredes eius per annos plurimos debitos sibi fructus deflent fuisse sub-

1 credatur *B*, uideatur *LPTVb* potentia* *B* qui fastum *T* *in ras. m. 2* |2 ad*eptus *B* resignante *T* 4 inperiis *B* liberum *T*¹ tribuites *B*¹, tribuistis *L* 6 adquirit *fort.* 7 indicit *T* (it *ex* et *corr. recte fort.*) 8 admunitionis *B* 10 specialem *potius quam* speciatem *B*¹, specialem *b* 12 multos *B* inhereó *B* 13 ualerẽe *B* 14 actuum *L* disquiro] finit *add. B*

VIII. 16 symacho *BT* 17 ᵗᵉmeritatem *L*, temperitatem *B* 19 ppabit *T* 22 inperatam *B* 23 adcessit *B* 24 marii *LPTVb* 26 decisum (eci *in ras.*) *V* 27 fructos *B*

tractos: pro quibus uestri conscius precator accedo, quia cui mos est pia iugiter facere iusta non despiciet et qui largitur proprium aliena non subtrahet. errat qui deo proximam conscientiam credit commodis inuitari: detrimentum est sanctae uoluntati non exhibere beneficium. sola putatis lucra, quae uobis de liberalitate nascuntur, qui diuitias dum tribuitis accipitis. auara est dispensatio sanctorum, quae nil reseruando uniuersa proprium reducit ad meritum: nulla sunt potiora quam quae uobis eueniunt de largitate conpendia. ergo securus conprehensi superius heredibus laboris promisi uestra contemplatione iacturam: uos pollicitationem meam benigna dispositione conplete et illos effectu, me releuate conloquio.

VIIII.

ENNODIVS FAVSTO.

Solet epistolaris concinnatio, quando fauore rapitur, iudicia non amare et copiosius facere beneficium, dum attollit inmeritos. ille enim debet amplius adserenti, qui quod moribus non exigit gratia scriptoris suffragante consequitur, quia nullis adiutus conscientiae dotibus iure ad allegantem reportat, si quid adipiscitur. aliud est in eo, qui conmendatur, tamquam nobile germen ita peregrinantia bona uerbis inserere, aliud innata uulgare, quemadmodum si rusticum pecus Tyria confirmes purpura sponte uestiri et uirus generosum, quod uellus aeno

1 consciis *V* adcedo *B* 2 dispicet *B* largitor *L* 3 propria *T*, pripium *B* qui deo *BPT²b*, quid eo (i *s. l. m. 2 et* eo *in ras.*) *L*, qui ideo *V*, qui ĩo *T¹* 4 in commodis *Pb* 5 benificium *B* quae *B s. l.* 6 noscuntur *B* diuias (ti *s. l.*) *B* tribuistis *L¹* accipistis *B*, accepistis (i *s. l.*) *L* 7 scanctorum *B* 8 que *B* 10 laboris *om. T* 11 meam *om. T* dispositione benigna *T*, b. dispensatione *B* 12 effectu me] effectum *B* reuelate *T¹* conloquio] finit *add. B*

VIIII. 15 epistolares *B* rapantur *L¹* 16 cupiosius *B* cum *T* 17 quod *ex* dem *T corr.* 18 suffragantem *L* 19 siquis *B* 21 germin *B¹* 22 confirmis *B* 23 uellus *om. in ras. 6–7 litt. T*

inebriante non sorbuit, dicas rura diffundere. tingunt alii linguae murice quae nullus ad regalem usum fucus exhibuit, et discreti maris ignota cocleis lana solam lucem bibit eloquii: redditur dignum principalibus indumentis quicquid in uili munere relatorum uerba colorauerint. sed ab huiusmodi urbanitate uires me pariter et uota subducunt. nulla clarioris suci stamina per me splendore rutilabunt: nemo dictum de aliquo inueniet quod in eius actibus non agnoscat. hinc pudori meo uel proposito manum porrigo, quod illi praeuium inpendo oris officium, qui ad notitiam uestram rebus bene gestis occurrit. Venantium V. C. loquor idcirco a me paginale inpetrasse obsequium, ut in se oculos uestrae magnitudinis inuitaret, ne eum inter curarum moles contingeret ignorari. sunt illi suffragia sua, per quae inter susceptos uestros mereatur adscribi. exhibuit uobis modestiam religionem innocentiam, quibus penetralia serenae mentis comitibus introiret. exuberant, mihi credite, apud eum insignia quae fouetis: non laudatorem me continuo in eo probabitis fuisse sed testem. uos, mi domine, perlatori dignationem principe loco tribuite, ne uir bonus nouitate turbetur: liquido aderit partibus suis et uitae opibus pensabit damna uerborum.

X.

TRASIMVNDO V. I. ENNODIVS.

Non temeritas me ad paginale duxit officium, quando ad omnem communionem subditum suum regiae stirpis germen inuitat. est enim haec claritas dominorum inserta natalibus, ut culmina sua dignatione subliment. uultis quasi aequales tractare famu-

1 sorboit *B* tinguant *BLV*, tingant *PTb*; *em. Sirm.* 2 muricae *L* exibuit *TV* 3 cochleis *Tb* solum T^1 5 me urbanitate uires *LPTVb* 6 uotata *B* clarioris (clari *in ras.*) *B* succi *T*, fuci *Pb* 8 hinc] huic *T ut uidetur* 9 preuium *B* 10 notitia *B* ū. c̄. *V*, ūc *BL*, uero *T*, nunc *Pb* 11 loquor *L s. l. m. ant.* iccirco *T* imperasse *L* 13 ignoraret T^1 15 penitralia *B* 16 credit *B* 17 fouetes B^1 20 pensauit *B* uerborum] finit *add. B*

X. 22 V. I. *om. T* 23 om̄ *T* 24 comunionem *V* 26 dignatione (tione *s. l. m. 2*) *T*

los, ut ab ipsa uobis per amorem condicione plus debeant. unde, piissime domine, obsequium exhibens cum generalitate soluendum significo me ad aliqua suggerenda perlatorem praesentium destinasse. uos effectu donate supplicem, quia spe fultus precator accessi.

XI.

ENNODIVS LVMINOSO.

Qui amicam conscientiam manifestis pandit indiciis, tollit otium quibus gratiae praestiterit dignitatem. uix enim feriata sunt ora eius qui consueuit audiri, quia magnum dispendium pudoris est uerborum retinere beneficium, ut dum linguae parcimus honestatis prodiga frons laboret. uos me garrulum fecistis, qui preces meas consuestis admittere. sed ne praestanda circumloquar et epistulae prolixitate inpetranda suspendam, ad rem redeo. sublimis uir Laurentius reditus sibi debitos, quos ecclesia Romana facta cum auctore eius est pactione pollicita, a domno papa asserit sub nescio qua oppositione denegari. in quo negotio fauorem per me uestrae defensionis inplorat, ut rem, quam debetis legibus, uideamini exhibere diligentiae et illud crescat affectui quod denegari non licet aequitati. uos hanc rem iuxta desideria mea tribuite, ut quantum nominato uiro commoditatis accesserit tantum me muneris accepisse confitear. salutem ergo dicens spero, ut circa munia litterarum nec sincerus amor uacationem accipiat nec facundia totius orbis celebrata testimonio conticescat.

1 per] pro *L* amore *L*¹ conditione *BLTV* 2 dñe do|mine *L* 3 suggerendo *B* 4 effectũ *B* suplicem *V*, supplicere *T*¹ 5 praecator *L* accessi] finit *add. B*

XI. 9 prestiterit *B* uix] uox *L* 10 s̃t *B*, sint *Sirm.* eius qui *BPb*, qui eius *LTV*; eius *fort. expungendum*, *cf. Wiener Studien II p. 241* audiri (diri *in ras.*) *B* 11 benificium *B* 12 prodigia *L* 13 consuistis *B*, consueuistis *Pb* prestanda *B* 14 et *in mg. add. B* 15 reditos *B*, redditus *T* 19 legitibus *B* diligende *T* 20 ᵈᵉnegari *B* 21 iusta *T*¹ 22 adcesserit *B* accipisse *B* 23 munia (ia *in ras.*) *L* 24 sincer *B* 25 ·orbis *B* celebrat|a *B* a *in mg. add.* conticiscat *B*

XII.

ENNODIVS IOHANNI.

Natura partum est, ut cura migret in gaudium et mutetur querela praeconiis, quotiens cupita tribuuntur. incertus animi fui quid sibi uellet sublimitatis tuae tam longa cessatio, sed cum potiri datur optato, ipse pro partibus tuis honestum excusationis genus inquiro. uide quid faciant serena diligentiae: quasi totum mihi ex sententia fluxerit, ita simplici munere placatus errata concessi. habes unde pii amoris formam possis adsumere et circa amicitiam constantiae exempla mutuari. me si sequeris, nec plura te a coniunctione peccata retrahunt et unum benefactum sodalis tui culpas absoluet. me silentii, frater, me obliuionis incessis? ubi erat iste animus, quando nec promulgata conloquia meruere responsum nec ad stili imperandam sollicitudinem praeuius existebas? ubi fuit inabstinentia tabellarum non circa omnes in Liguria custodita? multis a desiderio tuo peregrinantibus in solacio doloris mei paginas exhibendo, et mihi taciturnitatem continuasti et illis praebuisti contra uota conloquium, quia est ista humanarum rerum ratio, ut pro magna cognatione par studium semper existat. cuius ordinis immemor uoluisti sociare quaedam imperita cum litteris, putans coire posse in affectum toto calle distantia. quid promouit suada oratio tua elucubratis concinnata sermonibus, quando bonarum artium nescios appellabat amante posthabito? sed hinc alias: nolo excessuum multitudinem relegere, qui breui satisfactione delinitus sum. nam parcitate in eloquendis illis usus fueram, nisi nosse uos crederem de offensis illud remanere

XII. 4 quaerilla *B* preconii *T* 5 uellit *B* 6 pro *om.* *B* 8 mihi *om.* *T* manere *L ut uidetur* 9 ʰabes *B* possi *L* 11 retrahunt (*supra* ra *ras.*) *B* 12 absoluit *fort.* frs *L* 15 preuius *BL* 16 ligurias costoditor *B* 17 peregrinatibus *B* solatio *LTV*; in s. *pro* in sustentatione *dictum uidetur*, *nisi forte* non solacio *uel* solacia (*om.* in) *scribendum est* exhibisti *T* u *s. l. m. 2* 18 prebuisti *B* 22 core ponse *L*[1] tota *T*[1] promouet *BLPTVb*, *em. Sirm.* 24 nescius *B* 25 excess•um *L* religere *BLPTV*, relegare *b*, *em. Sirm.* 26 delenitus *B* 27 no seuos *L*

quod tegitur, [et] quod in uocem erumpit amoueri. domine mi, precor, ut posthac ad ea quae male haberi didicisti non tamquam emendationis contemptor adspires, sed crebro mihi dulces paginas dirige, ut crescat dos facundo, dum seruat sacramenta concordiae.

XIII.

ENNODIVS CONSTANTIO V. I.

Seruat magnitudo tua circa amicos et cultores proprios illud quod sibi iungit ad gloriam. dum enim memoria dignos ducitis, uos probatis. nam diu in consolationem scripta suscipiens, absentiae uestrae damna suspiro. o artificem scientiam bonis caelestibus institutam! ne liceat aliquid prolixae sequestrationi de affectu decerpere, praesentantes sacram imaginem litteras promulgatis. nouit deus discussor sensuum me culminis uestri recordatione macerari et nullum inuenire de optimi uiri peregrinatione subsidium. reddo tamen epistolari cura salutationis obsequium, et dignationi uestrae gratias referens fratrem quoque meum Iohannem per uos mihi restitutum esse confiteor. cuius hactenus in obliuione mei silentium quid gereret non tacebat, is nunc uestro mihi reformatus affectu ad abiuratam stili curam reuertit. rogo tamen uos ut maturetis reditum aut si felix mora detinet, dilectionem manifestetis adloquio.

1 et *inclusi* rumpit *L* mihi *BLV* 2 posthanc *T* adeo *add. in mg. T m. 2* quae] q; *L* habere *B* dicisti (di *s. l.*) *L* di *s. l. m. ant.* 3 contemtor *B*, contempto *T*[1] credo *T*[1] 4 sacramenta seruat *T* 5 concordiae] finit *add. B*

XIII. 7 V. I. *om. T* 8 tua tua *B* cultores *Bb*, saeculares *LPTV et Sirm.* 9 enim *B*, enim nos *LPTVb* 10 ducetis *LPT*[1]*Vb*, docetis *B* probates *B*[1] consulationem *B* 11 **abstinentiae (si? *eras.*) *B* suspiro *V in ras. m. 1* 12 prolixe *LT* 13 presentantes *B* 14 prouulgatis (m *s. l.*) *B* senseum (u *s. l.*) *B*, sens*um *L* cuminis (l *s. l.*) *L* 15 uestri — *l. 18* ioannem *alia man. exarauit in T* 16 epistolare *B* salutationis *T s. l. m. 2* 17 uestrae gratiam *LPVb*, nostre gloriam *T* 18 quoque *om. T* ioannem q (o *s. l.*) per *T* 19 cui|ius *L* obliuione *scripsi*, obliuionem *BLPTVb* 21 maturites *B* 22 decinet *B* manifes**tetis *L* adloquio] finit *add. B*

XIIII.

ENNODIVS FAVSTO.

Quae saepe mediocriter gratis inpensa sunt quotiens exhibentur uerba coniunctis, quicquid fauori obsecutum est sereno mancipetur affectui. non depictis amorem mentitur alloquiis qui perlatori caro reddenda dominis scripta conmittit. in sublimis et magnifici uiri Panfroni mei conmendatione ore feriato mens dictat epistolam. nescio enim in quale culmen merita apud me uiri, quem sum praefatus, extollam, in quo linguae macies debitum pectoris nequit exprimere. sed abdicandum esset mihi, etiam si subpeteret, facundiae lenocinium, quia pauper sermo uberem diligentiam rectius confitetur et si eleuamus per effusas paginas illos, quos arcana nesciunt, iure tribuenda amantibus in artum tabella concluditur. causam ergo modici sermonis elocutus foederatum fratrem quamquam paucis uerbis insinuo, tamen multis obsequiis, ut iutus magnitudine uestra, in negotio suo circumstrepentium aliquando uideatur superasse conmenta. quod restat, famulantem salutationem exhibens me ualere significo, si tamen prospera uestra certis indiciis mihi dispensatio superna concedat.

XV.

ENNODIVS FAVSTO.

Procliuior ad inpetrandum uia est, quotiens a religioso aliquid exigit abiectio deprecantis: coactus enim praestat affectum qui miseriis supplicis inuitatur: non potest adferre obuias manus cui imperat propositum adflictos audire. perlator praesentium

XIIII. 3 quotiens quotiens *B* 4 quodquid *B*[1] fauore *b* 5 affectu *Pb* est *T s. l.* alloquis *B* 8 necio *B*, nescia *T*[1] 10 nequid *B* esset mihi] esse uidetur *Pb* 11 subpeterit locinium *B* pauper *ex* semper *T m. 2* 12 uberam *L* 13 archana *LPTV* 14 arcum *T*[1] 15 foederatam *B*[1] *ut uid.* quanquā *L* 17 circumstripentium *B* 20 concedat] finit *add.* *B*

XV. 23 relegioso *B* 24 prestat *B* 25 meseriis *B*[1] suppliciis *T* 26 inperat *B*

auito se cespite deflet abiectum, qui spei suae residuum in uestro ponit examine, ne aduersarii eius potentia de lucro et securitate gratuletur. uos legum sacramenta, uos defensio respicit submissorum: ego partes meas commendatione muniui. uenerabile ergo nomen augete beneficiis, quia dum iusta tribuitis, nec illa quae ad misericordiam pertinent posthabetis. domine mi, reuerentiam salutati accipiens, ita precibus meis effectum tribue, ut proprium desiderium, dum honestas adseritur, possit impleri.

XVI.

ENNODIVS AGAPITO.

Iure responsum multiplicibus posceretur alloquiis, si non ingratas extitisse paginas meas magnitudinis tuae silentium testaretur. clamat enim taciturnitas uestra garrulum displicere et nouum uindictae genus, ut opinor, inquirit, quando se non uidet promouisse, quod siluit. agitis epistolari abstinentia, ne ab inperitis ad uos scripta mittantur: ademptus tamen est effectus. prouidentiae uestrae profutura tractate: crebrior factus sum in scriptione contemptus. sed breuem sermonem decet exhibere eum, qui magna doluerit. cultorem uestrum fratrem meum Panfronium epistolaris apud culmen uestrum cura comitatur, cui quicquid gratiae concessum fuerit me quoque inpensorum uinculis obligabit, cui etiam aliqua de Vicariae dignitate suggerenda conmisi. uos petitionem meam ad effectum perducite, quia adsum partibus meis, quotiens apud emendatissimos hominum cogor subire testimonium, dum certis exhibeo.

1 abiectum deflet *T* residuum] al. remedium *P in mg. m. alia* 2 et ** *B* 3 sublimissorum *B* 4 muniui *om. T* 5 iusta (a *ex* c *uel* cc *corr. m. 1*) *V* tribuistis *L*[1]*Pb* 6 posthabetes *B* mihi *BLV* 7 saluti *T*[1] 8 imperi (i *s. l.*) *L*; finit *add. B*

XVI. 10 acapito *L* 11 poscentur *T*[1], poscetur *L*[1] 13 dispicere *B*[1] 14 inquiret *B* 16 ademtus *B* 17 affectus *Pb* tractare *Pb* 18 contemtus *B* 19 uestrum] uero *T* 20 aput *T* 21 quicquid (quic *s. l. m. 1*) *V*, quidquid *B* quoquo *B* impensarum *b*, al. īpēsū *P in mg. m. alia* 22 obligbit *L* uicariae (caria *in ras.*) *V* 23 cōmissi *L*[1] 25 certis] al. disertis *P in mg. m. alia* exhibeo] finit *add. B*

XVII.

ENNODIVS DECORATO.

Recte creditur enuntiatrix esse lingua penetralium, quae latentis secreta animae ad lucem uocat eloquio: nesciretur amor pectorum, nisi illum sermo proditor indicaret: iure ueterum sapientia epistolis usa quasi clauibus repositum per eas uulgauit affectum. tracta est in testimonium scriptionis mens testata diligentiam: mutari caritatem non licuit, quam desiderans pagina interueniente promisisset. huic me ego consuetudini uel legi potius mancipaui, adserens litterarum fide quid de magnitudine tua sensibus inoleuit. uos si mecum pari cura in deuinctionem conuenitis, si fida interpres amicitia se aestimans uotum uidet alterius, responsum deferens tabella significet. ego munera salutationis inpertiens deliberationem meam non tamquam uerborum auarus occului.

XVIII.

ENNODIVS FAVSTO.

In adserendis quibus suum non denegat honestas plena suffragium multiplicibus non utor adloquiis, ne prolixus sermo tamquam a negaturo uideatur inpetrasse beneficium: soletis enim quae poscenda sunt precibus anteferre. ad sublimem et magnificum uirum Opilionem parentes eius in Africa consistentes direxerunt certam diligentia inspirante personam, qua ad patrium solum remeante hoc mihi muneris praefatus iniunxit, ut ad magnificum uirum Agnellum pro commendatione suorum a uobis

XVII. 3 lingua esse *Pb* 5 peccorum T^1 indicaret** *L* 9 promisit P^1; promisit. Et *fort.* conse(u)tudini *B* 10 quod *Pb* 11 inoleum T^1 12 diuinctionem *BLPV* conuenitis *scripsi*, conuenientes *BLPTVb* si] se T^1 int*erpres (a *fort. eras.*) *L* 14 imptiens *V*, impartiens *b* 15 occului] finit *add. B*

XVIII. 18 asseruendis *T* 20 uide(a)tur *B* soli(t)tes *B* 21 sublimen T^1 22 e(i)us *L*, *om. T* affrica *T* 23 dirixerunt *B* 24 remeante (mea *corr.*) *L* prefatis *L* iniuncxit *B*

scripta mereatur. quam rem, emendatissimi hominum, non negabitis, non contenti benignitatem uestram solos in Italia positos agnouisse. nunc obsequia mea litteris reddens causam scriptionis uerborum conpendiis indicaui. uos dicenti pauca praestate praecipua.

XVIIII.

ENNODIVS APOLLINARI.

Producendo circa amantem uestri silentia ad absentiam corporalem animum transmisistis: retinendo paginas in inmensum creuit quae hactenus diuisio nil ualebat. res eo rediit per abstinentiam tabellarum, ut ueteris aeui prouidentia conferat nil amori. rancescit caritas, quam uerborum auarus despicit uentilare: sine cultura est diligentia in usum non reducta per paginas: stili frequentia uiuaci pabulo insitam pectoribus nutrit amicitiam. facilius, frater, fuerat desideriis meis te nullo tempore cupita tribuisse, quam saepe indulta subtrahere, quia otium corda nesciunt, quae cibis dulcibus pastor artifex inritasti. aliquanto enim tempore continuando scriptionem inmemorem me sequestrationis effeceras, dum effigiem uenerabilem placido inserebas adloquio: at nunc commeantium uacuas manus nudus inquisitor inspicio. ego tamen nolo errore meo alienas culpas adserere, ut quod factum doleo admisisse conuincar. accipe ergo, emendatissime hominum, desideriorum solacia per caelestem gratiam absentibus adtributa et perlatores, si mei estis memores, subleuate, ut nesciant peregrinationis

1 mereat** *L* 2 contempti *T* solos *T*²*Pb*, solus *BLV*, solas *uel* sola *T*¹ 5 p̃cipua (p̃ *ex* pre *corr. m. ant.*) *L*; finit *add. B*

XVIIII. 8 uestris *B* silentia] laetitia *B* 9 retendo *L*¹ 10 ualebit *L*¹ 12 ranciscet *B*, rancessit (e *s. l.*) *L*, rancessit *T et Sirm.* 13 dispicit *B* 15 amiticiam *T* fater *L* 20 unerabilem *B* ad *B* 21 aspicio (in *s. l.*) *V* 22 quantum (quod *s. l.*) *T* quod *s. l. m. 2* amisisse *T* 23 accipergo *B* 24 solatia *LTV* perlatoris *T*¹ 25 mei si *V* mei estes (i *s. l.*) *B*, estis mei *T* mei si es|tis memores *L transpositionis signa add. m. ant.* esciant *T*¹

incommoda, dum nominatis patriam commendatio amica contulerit. quibus remeantibus nuntio me uestrae ualitudinis subleuate.

XX.

ENNODIVS IVLIANO V. I.

Exercetur bonum diligentiae scriptione multiplici: linguae enim indicio animorum secreta panduntur. adsiduis curam inpendit adloquiis qui otium amore commutat. haec sunt officia, per quae tacitus innotescit affectus. familiaris perlator, nisi reddendas culmini uestro paginas accepisset, me oblitum reuerentiae debitae testaretur. nescio enim esse caritatis neglegens nec partam labore gratiam quieti seruiens effugare. multa debeo uerba foederi, sed ad breuitatem cogit epistola. uale, mi domine, honorem salutati accipiens et circa me adultam serua dignationem. sic bono in medium adscitus reipublicae de felicitatis tuae diuturnitate gratuleris.

XXI.

CONSTANTIO EPISCOPO ENNODIVS.

Vigilius subdiaconus uester experiri uoluit quanta mihi a uobis caritas redderetur et ad occasionem profectus sui coniunctionem nostram conatus adducere, statum inter nos amicitiae, dum augetur honoribus, uult metiri, quatenus ad ipsum fructus redeat, quem ex diligentiae messe condidimus. hunc, si mereor, ad diaconii sacramenta perducite, ut dignitas praefati ad spem mihi proficiat maiora poscendi. sed ne petitionem

2 subleuate] finit *add.* *B*

XX. 6 exercitur *B* diligentiae bonum *Pb* 8 alloquiis *LTV*, eloquiis *Pb* 9 que *B* 10 culmine *B* accipisset *B* 11 debitae] uestrae *Sirm.* testarentur *B* caritatis esse *LPT Vb* negliens *B* 12 labore (e *in ras.*) *B* 13 foederis *B* a*d (b *eras.*) *L* 14 saluti *B* 16 gratuleris] finit *add.* *B*

XXI. 19 subdiaconis *B* ñr *T* 20 occăsionem *L*[1] . ***profectus *L* 22 quatinus *T* 24 diaconi *Lb* perducitis *P*[1], perducatis *b*

meam negatus frustretur effectus, sic concessum meritis uestris locum per longa temporum interualla teneatis.

XXII.

SYMMACHO PAPAE ENNODIVS.

Quamuis sublimi uiro Laurentio adsistat pro pignorum commendatione probitas sua et patris prudentia causas subolis exequatur, attamen sollicitudine genitali ad ampliora procedit et uix credit pro filiis sufficere quod meretur. adiutricem in adstipulatione germinis paginam quaerit et trepidante diligentia patrium ardorem nititur cum uniuersitate partiri. cogitate si uiro optimo negari effectus potuit et pia et iusta poscenti. tribuat diuinitas effectum precibus eius et hunc beatitudinis uestrae nominatis conciliare dignetur affectum, ut erigat paruulos inplorata coronae uestrae miseratio, quatenus anxii circa ipsos genitoris uota superentur. domine mi, spero ut promissa dudum benignitas in ea parte testimonium ferat, si conprehensis superius geminatam inpendi gratiam qui per me precatur intellegat.

XXIII.

ENNODIVS DOMINATORI.

Oportuerat quidem desideria uestra, quae fratris Agnelli patefecit allegatio, ut tabella reseraret et ad elicienda conloquia formam sermo praeuius exhiberet, quia potuit tibi restitui quod debebis nec ullo me colore defenderem te loquente a paginis abstinendo. in tuo iure fuit linguae nostrae ferias

1 meam *om. Sirm.* frustetur *T* sic] si *B* 2 teneatis] finit *add. B exp. corr.*
XXII. 4 symacho *BT* 5 sublimis *B* larentio *T* adsigstat *T* 6 sobolis *LTV* 7 exsequatur *LTV* ampliore *L* procedat *B*¹ 9 adstipulationem *T* tepidante *L*¹ 10 patrum *P et Sirm.* 13 nr͠e *T ut uidetur* paruolus *B* 14 quatenus *BPb*, quatinus *LTV* 15 mihi *BLV* 16 comprehensit *T*¹ 17 p̄caturi *B* intelligat finit *B*
XXIII. 21 patescunt allegatione *b* ut *ex* at *T m. 2* 22 exiberet *T*¹ 23 debebas *P* te *ex* to *T m. 2* loquenta *B* 24 suo *T*

exercitio commutare et rubiginem rusticantis eloquii fabrilibus studiis amouere, quia sicut damnum caritatis est primum cupienti non dedicare sermonem, ita promulgatae scriptioni silentium reddere nec amicitiae suadet memoria nec pudoris. nunc tamen accessit ad genium meum quod paginas imperasti, etsi subtrahitur testimonio, quod numquam in amore uires interrogo. facessat ab ingeniis liberalibus, ut credas fascem esse intolerabilem, quem amicus inponit. tu tantum exacta conplectere et censuram castigans rancida iudicantum depone fastidia. absit a te eum non fouere qui paruit. in spem altioris meriti trahitur, etiamsi ueniat a moneta triuiali, qui tibi inpositum oris mancipauit obsequium. ergo uale, mi domine, quia nolo fieri prolixa quae non sunt ad perpendiculum fabricata conloquia. tu messem gratiae iuxta fiduciam meam tamquam uber solum restitue, quia in tuo posthac erit arbitrio, si crebro epistolas meas accipere uolueris, his me muniis inuitare.

XXIIII.

ENNODIVS FAVSTO.

Aeger animus sicut silentia non patitur, ita processum narrationis abiurat: contestationi maeroris nec taciturnitas nec conloquia prolixa conueniunt: artatur pagina cui uix inter gemitus uerba tribuuntur. sed quid adsero linguae ferias plus loquendo et coactam necessariis epistulam terminis garrulitate polliceor? deum quaeso, ut anxietati meae de manifesto prosperitatis uestrae succurrat indicio. ille admittat lacrimas meas, cui clausa ora fabulantur, cui ad plenam legationem sufficit ex conpunctione defluens imber oculorum. ego labefactatam non

2 dampnum *LV* 4 suadet] suae et *B* memoriae *B* 5 adcessit *B* inperasti *B* 7 ingeniis (iis *in ras.*) *T* 8 qm̄ possit amicus *T* 9 iudicantium *b* 11 a *om.* *B* tribiali (u *supra*) *B* 12 obseqū *B* feri *B* 15 to (u *supra*) *V* 16 inuitare] finit *add.* *B*

XXIIII. 19 eger *B* 20 meroris *LTV* 21 arctatur *TV* 22 tribuntur (u *supra*) *L* 24 polliceor] prolixo *fort.*; *sed cf. Epist. VII 12* queso *TV* allegationem *fort.* 27 inber *B* labefactam T^1

solum quietem meam sed et salutem inimicorum ualitudine et rumorum procellis agnosco. potens est diuinitas inmensae tempestatis incerta bono serenitatis amouere. uos, si de deo mereor, saluete et amanti in uobis conscientiam non Rauennates excubias tabellarum promulgatione consulite.

XXV.

ENNODIVS BASSO.

Si uetus diligentia, quae a parentibus meis erga amplitudinem tuam fructus uberes de gratiae messe condebat, circa personam meam pro fidei memoria seruaretur, monstraret frequentia litterarum et insepultam caritatem testis pectoris sermo recluderet. at nunc oblitum mei te sentio nec aliquam melioris saeculi retinere concordiam, quando nulla quae sollicitudinem tuam resignent scripta diriguntur. sed ego desiderii inpatientiam ad uerba conuerti, qui scio tunc nouellam amicitiam habere dulcitudinem, si annosa seruetur, et illud esse in affectione purius, quod nostri examinauere maiores, sciens quia si Camillum mente retines, Ennodium non omittes. qua de re salutationis munera epistolari cura persoluens precor, ut baiulum praesentium clericum meum, quem ad Gallias et suae utilitatis et meae iussionis causa perduxit, susceptum habere digneris. quo remeante prospera uestra scriptione signate, ut si quid in amore damni fecit obliuio, epistolaris sollicitudo restituat.

XXVI.

ENNODIVS EVGENETI V. I.

Faustum caelo omen adueniens auspicia uestra conroboret et tirocinia canae dignitatis suis muniant diuina consiliis.

1 in amicorum *Pb* 2 inmense *B* 3 si *om.* *T* 4 saluate *B*, salute *L* 5 consulite] finit *add.* *B*

XXV. 12 ad *B* suaeculi *B*, saeculis *V*[1] 14 inpatientia me *fort.* 15 ʰabere *B* dulcedinem *LTVb* 17 quod] qui *T* sciens — retines *om.* *L*[1], *add. in mg. m. ant.* camellum *BPTVb* 19 pręcor *ex* poęor *L* baiolum *B* 20 sua *P* utilitatis *BT*[2]*b*, utilitas *LPT*[1]*V* iussionus *T* 22 ut] ū *T s. l. m. 2* dampni *LV* fecerit *T* 23 restituat] finit *add.* *B*

XXVI. 25 ūı *B*, *om.* *T* 27 tyrocinia *BLPV*

per uos supernus fauor regat dominum libertatis, ut ex pectoris uestri fonte ad aures principis defluat quod in uobis aetherius imber infuderit. ecce quae debui uota rudimentis licet coactis in artum sermonibus enarraui. uos mementote promissi amoris et foederis, ut sine mutationis dispendio debitum mihi quaestura dissoluat. tenete circa me animum decessoris: dignitatis uestrae pollicitatio non frangatur uariata personis domini mei. saluete pro desiderio supplicis et in magna beneficiorum promulgatione suscipite parca conloquia. talis enim est usus felicium et natura meliorum, ut linguae copias rebus et praestitis antecellant.

XXVII.

ENNODIVS SENARIO.

Festinatio perlatoris in artum coegit epistulam et dolentem magna fecit pauca dictare. apud eum tamen ista non grauant, qui inter sermonum angustias interpres est sensuum. super tarditate enim domni Fausti et opinionum uarietate discrucior. uos post deum anxietati meae celeri rescriptione succurrite, quia deterius est incerta macerari spe quam manifestam desperationem indicio amantis agnoscere. ualete, mi domini, et aduertentes quid cupiam uotiua uel necessaria promulgate conloquia.

XXVIII.

ENNODIVS AGAPITO.

Si mihi ex sententia dies fluerent, non negotiosis operam paginis potius quam obsequentibus exhiberem nec munus

1 fauor] amor *T* liberatis *B* ut *Bb*, et *LPTV* 3 aethereus *Pb*, aeternus *Sirm.* 5 dispendio non frangatur (debitum michi) *T* (*corr. m. 2*) 6 animam *T*[1] 7 persona *fort.*; *post* personis *uulgo interpungitur*, *cf. Wiener Studien II p. 231* 10 usus *L s. l. m. ant.* cupias *B* 11 antecellant] finit *add.* *B*

XXVII. 14 et *om. Sirm.* 15 magnam *L* ...ista *L* 16 sens.um *L* 17 domini *B* 19 disperationem *B* 20 cognoscere *T* 21 conloquia] finit *add.* *B*

caritatis ad officia peregrina transducerem. sed coactus rem diligentiae necessariis commutaui. sublimis enim et magnificus uir pro dolosis inimicorum laborat insidiis, qui per me aequitatis uestrae inplorat patrocinium, ne praua concinnatio opinionem eius permittatur incessere et fabricati rumoris ferat forte conpendium. domine mi, salutationem largissimam dicens deprecor, ut ille qui in uobis notus est uigor adsurgat et quod a partibus uestris poscitur mei sermonis obsequio ad inpetrationem congruam perducatur.

XXVIIII.

PAPAE ENNODIVS.

Caelestis utilitatem sequacium cura disponit: inauspicata bene de deo merentibus dona tribuuntur: ingerit superna dispensatio etiam quod supplicare humanitas non praesumit. agnouerunt aduersarii sedis uestrae quo propugnante uincantur, quod proxime de Aquileiensi redemptor noster persona reserauit. et ideo inter excellentia munerum diuinorum peto, ut mei corona uestra meminisse non abnuat. inuitat enim ad famulandum plurimos qui quamuis longe positum diligit obsequentem. uale.

XXX.

EVGENETI V. I. ENNODIVS.

Postquam prima spei meae effectum dedere conloquia, ad usum sermonis ora diu feriata laxaui: animatur enim successibus etiam cui per conscientiam non subpetit Latiaris eruditio. cessantibus studiis saepe facundum gaudia reddiderunt: mae-

XXVIII. 1 peregrinaturus ducerem *T* 4 continnatio *L* 6 domine *om. B*, domini *B* (*s. l. m. rec. ?*) *b* mi *T*, mihi *BLPV*, nostri *B* (*s. l. m. rec. ?*) *b* 8 imperandum *L* 9 congruãt *B* perducatur] finit *add. B*

XXVIIII. 12 sequatium *LT* inauspica *T* 13 de deo *ex* debeo *B* bona *L*[1] ingerit s. dispensatio *om. T* 14 praesumet *B* 16 aquiligensi *B*, aquiliensi *T* 17 numerum *L* 19 diliget *B*

XXX. 21 eugeniti uc. *B* 22 dederet *T*[1] 24 latiares *B*, lanaris *T* 25 cessantibus ergo *Pb* facundus *B*, facondum *T*[1] meroris *BLTV*

roris nubila si hilaritas depellit, mox rutilantia per sudum uerba discurrunt. itaque aut perfectos nos laetitia monstrat aut infantes facit aduersitas. haec, mi domine, uobis etiam adstipulantibus confirmantur. ergo tempus prosperitatis amplexus reddo debendae salutationis affectum, sperans ut circa me nobilis promissio, quae a plenitudine gratiae sumpsit exordium, quasi incrementis egena geminetur. uale.

XXXI.

ENNODIVS AVITO.

Licet multam nobis per litteras magnitudinis tuae occasionem gaudii lamenta pepererunt, cum ad hilaritatis obsequium index funeris sermo militasset, non tamen par lacrimis iucunditas contigit nec maeroris turbidum ex toto alloquii serena depulerunt. retinet adflictionem mens de tanti decessione pontificis etiam post desiderata conloquia, ob hoc quia natura rerum est, ut quaelibet laetitia uel modici angoris conlatione superetur. sed quid noua commemoratione facimus quae animum clandestina hactenus iactatione domuerunt? uotis uestris cum dei adiutorio comitem me promitto, dummodo salua domni papae nostri incolumitate talem uos elegisse cognoscam, quem eum, cui animae cura est, laudare non pudeat. nefas est enim credentem ad obliqua prouocare et quem affectu obligastis per incerta deducere. uale.

XXXII.

ENNODIVS EVGENETI.

Non aestimo rem obsequii frequentia posse rancescere nec culturam diligentiae uitio garrulitatis adscribi. suppetat forte

1 si *om. Sirm.* depellet *B* 2 ita[q:] *B* leticia nos *T* 5 daebende *L*, debende *in* debite *corr. T m. 2* 6 a] ad *L*

XXXI. 10 occăsionem *L*[1] *ut saepius* 11 gaudia *B* pepererint *P* indix *B*[1] 12 p non *B* p[par] *B* iocunditas *B* 13 meroris *BLTV* colloquii *Sirm.* 15 ob] ab *Sirm. cf. Epist. II 20* 16 letitia *V* 17 clandistina *B* 19 promito *T* 20 eū *B exp. corr.* 21 pudeant *L* 23 diducere *LV* uale *om. TV*

XXXII. 25 eugeniti *B* 26 ranciscere *B*

de abstinentia tabellarum excusatio illis, qui publicae utilitatis muniis occupantur: ueniam non meretur, si ab scriptionis adsiduitate temperet absolutus. liquido confitetur amoris neglegentiam qui cum possit epistulas, in quibus est affectionis pabulum, non ministrat: error otiosi est, si bene conperta mens per linguae ferias desideratis adtenuetur inpasta conloquiis. sed sicut nos religionem gratiae fouere conuenit curis saecularibus nil debentes, ita, nisi magnitudo uestra partibus suis adfuerit promulgatione responsi, damnatis probe facta reticendo, quia si tollantur uirtutibus praemia, quem laborasse non pudeat? ecce, quantum aestimo, breui elocutus utrorumque propositum animo meo male esse confiteor, quod remeante Montanario, cum dedissem paginas, non recepi, quod debitum posco lege restitui, pudore geminari. nunc uale, mi domine, et uestram quaerens, propriam nuntians sospitatem deum precor, ut si mei memor est, prospera uestra multiplicet.

XXXIII.

ENNODIVS SENARIO.

Si amor pudori adquiesceret, si caritatis inpatientia uerecundiae lege teneretur, a paginalibus officiis temperarem et silentii formam uestri imitator adsumerem, non inprouidus aestimator coniciens illa, quibus remuneratio a uobis subtrahitur, non amari nec suaderi facilius tabellarum abstinentiam quam tacendo, uiros comitatensis exercitii per linguae ferias clamare quid respuant. sed non ita est magnitudo

2 muniis *Pb*, munus *BLT¹V*, muneribus *T²* ab] a *Pb* 3 confi∗∗|tetur (te *eras.*) *L* negligentiam *BT* 4 est *T s. l.* 5 occiosi *T* 7 gratia *B*, anime *T* 9 affuerit *LPTVb* dampnatis *T*, damnates *B* 11 utrorumquę *B* 13 recipi *B* 14 podore *B¹* geminati *T¹* 15 queręns *B* 16 memore∗ *L¹* m *eras. et* re *in* rē *corr. m. ant.* multiplicet] finit *add. B*

XXXIII. 19 pudore *fort.* inpacientia *B* 20 tene^re^tur *L* 21 silentii *in* silentium *corr. T m. 2* formam *Bb*, *om. LPTV* imitatur *B* improuide *Pb* 22 aestimatur *B* subtrahetur *B* 24 uiro comittat ensis *Bb*

tua lineis quadrata fabrilibus, ut quolibet tecta uelamine amantis oculos possit effugere, quia sine obstaculo uestium penetralia respicit mens amici. nemo aestimet quod latentis interna consilii apud caros aulicis excocta fornacibus celet urbanitas. sed credo, querelis meis illud ordinis uestri aptum excusationibus genus opponas: non recte ab occupatis otiosorum munia postulari, uix ad haec officia posse descendere obsequiis principalibus adhaerentes. audiui quidem saepe talia, sed confiteor non recepi, quia frequenter necessitates desideria transcendunt et sine intermissione timor cedit affectui. uoluntas in culpa est, quae concinnata excusatione defenditur. ecce, mi domine, quam magna doleam, cum officio salutationis adserui, perlatorem utrimque earum pro fide sua et nobilitate commendans, ut beneficio culminis uestri inimicorum eius insolentia technis suis oppressa subiaceat. uale.

XXXIIII.

ENNODIVS HORMISDAE.

Postquam uotiua mihi necessitas uestra beneficio proximitatis desiderii spondere coepit effectum, animo ad longiora transistis et cum Liguriam paene manu contingitis, linguam feriis deputastis. minus licuit absentiae, dum sanctitatem uestram prolixa uiarum interualla tenuerunt: pensabat confabulatio dispendia uisionis et in remediis prouisa diligentiae litterarum commercia praestabantur, per quae officia inter habitatione discretos nil peribat affectui. sed credo eligitis

1 quodlibet *BT*[1] uelanime *L*[1] 2 possi *B* sine] si *B* 4 aput *B* orbanitas *B* 5 quaerillis *B*, quęrelis *L*, querulis *T*[1] 6 occopatis *B* 7 discendere *B* 8 adherentes *B* 9 recipi *BPb* necessitatis *B* 13 utrimque *scripsi*, utrique *BLPTVb* suauit (et) *B* 14 eius *om. Pb* 15 tegnis *BLV*, regnis *PTb*

XXXIIII. 17 hormisde *LT* 18 uotiuum *T* nr̄a *T* benificio *B* 19 caepit spondere *Sirm.* longior *L* 20 contigitis *L* linguar̄ *T* 21 deputatis *T* absente *T*[1] scanctitatem *B* 23 remidiis *B* 24 prestabantur *B* 25 nihil *B*

amicis difficiliora tribuere, non putantes beneficium, si pascar in tanta uicinitate conloquiis. at ego casum meum uersa aestimatione suspiro, ne beatitudo tua retulerit ad iudicium quod exhibuit blandimentis, dum quod praecessit adscribit tempori non amori. facessat a nostro in amicitiis frons picta proposito: nos ad hanc fabricam nulla praecedentium studiorum lima conposuit: nudam scimus ad coniunctionem adferre concordiam: urbanitatem inter caros ut uenena respuimus. ergo, mi domine, salutationem accipiens amantem tui in hac potius parte sectare, ut et culturam fidei per frequentiam sermonis inpendas et ex secreto pectoris infucata expectanti uerba concedas. uale.

XXXV.

ENNODIVS APRONIANO V. I.

In usu est uiris morum claritate fulgentibus religionem amicitiae per culturam nutrire conloquii, ut dum gratiae germina fotu confabulationis animantur, ad messem coniunctio foederata perueniat. per haec enim munia uoluit senior prouidentia absentiae nil licere. merito de uobis emendatissimus hominum domnus Faustus praedicat singulare testimonium. sine nube datur agnosci nihil de eo dubitandum quem probatus attollit. sed nunc ad epistulae angustias me reducens secretis debitam laudem claudo penetralibus, ne quod apud externos faciendum est apud uos inportunitate rancescat. uale, mi domine, salutationem obsequentissimam accipiens: deum precor, ut prospera uestra in longum producens mihi quoque secundis amicorum successibus spondeat auctionem. uale.

2 ad *L*[1] *ut uidetur* 3 ĕimatione *B* 5 ficta (p *superscr.*) *V*, proficta *L* 6 praecidentium *B* 12 uale *om. PTV*

XXXV. 14 approniano *T* ūī. *Bb*, *om. LTV* 15 uiri *B*, uir** (is *eras.*) *L* 17 coniuncto (i *superscr.*) *V* o *in ras.* 22 debitum *T* 24 rancicat *B* 25 d*m͠ (u *eras.*) *L* 27 actionem *T* uale *om. T*

LIBER QVINTVS.

I.

ENNODIVS LIBERIO PATRICIO.

Dum pro uenerandae religione conscientiae uerba dirigitis in Aquileiensis electione pontificis et diuinis initiata cultibus lingua militat consecrando, in ignoti nos diligentia sermonum uincla tenuerunt, quia nihil superat iudiciis, quotiens aliquid probatus extulerit. quid enim sententiae sequacium derelinquat, quando iustitiae obsequitur cuius in examen definitio non uocatur? agitis bono conscientiae quod uestro uix negaretur imperio. exhibuit inter arbitros Marcellini uenerabilis collegam maximus hominum humilitate sublimior, et ne potestati fauor per obliquos adscriberetur interpretes, quod de proprio decerpsit genio laudati iunxit ad pretium. egistis mediocrem, ne praecelsi esset suspecta praedicatio. clarissimorum testimonia ut uires accipiant, culmina castigantur. felix sacerdotium, cui facem praetulit plena mens luminis. beata conuersatio, quae idcirco in discussionem deducta est, ut tanto uiro adstipulante

I. Item epistola symmachi (simmachi *A*) pap̄ liberio patricio directa. Symmachus ep̄s ecclesiae catholicae urbis romae liberio patricio salutem *A* (= *cod. Paris. nr. 9629 saec. X*) *et R* (= *cod. Vatic. nr. 630 saec. X*) 3 cum *T* ueneranda *AR* relegione *B* 4 aquiliensis *BT*, aquilegiensis *Pb* 5 lingua cultibus *LRTV* se^{r}monum *B* 6 uincula *Sirm.* quia] quam *L* diuitiis *R* quoties *R*, quod aciens *A* 7 sequatium *R* dereliquat *B* 8 iusticiae *B* deffinitio *T*, diffinitio *P* 9 agitis (is *corr.*) *V* uix *om. A* negetur *R* 10 marcelli *B* colligam *B* 11 maximos *L* 13 genio *BTb*, ingenio *ALPRV* (*sed* in *exp. V m. 1*) iuncxit *BP* mediocremine *B* 15 fe^{ll}x *B* 16 faciem *R* conuersio *T* 17 icirco *T* adstipulante] adfabulante *A*, affabulante *R*

superaret, quae non didicisset saporem uictoriae, nisi subiacuisset incertis. semper innocentibus gloriam aduersa pepererunt: prouidet defensores fortissimos mediocris inpugnatio. sed quid epistulae terminos loquacitate produxi, coactas lege paginas in humana concinnatione transgressus? iungo et ego, amplissimi, partibus uestris pro modulo exiguitatis propriae caelo uobis obsequente consensum et, quod mirabile inter homines habetur, consideratione uestri adtrahor ad amorem. inspirata mihi per alterum placet affectio, dum manet caritas imis inserta uisceribus peregrinante persona. comitem se tamen caelestis gratia desideriis iungat et dum cupitis datur effectus, aut inueniat bonum pontificatus aut faciat. ualete, mi domini, et amantem uestri crebris releuate conloquiis, ut si non exigat negotiosas frequentia paginas, praestentur affectui.

II.

ENNODIVS MARCIANO.

Dum inter spem et metum animus meus anxio de te iactaretur incerto, solida profectus tui indicia conloquii melle reserasti, quia domesticam origini tuae facundiam fidelis doctrinae heres insequeris. non degenerat, ut uideo, uena linguarum et peritiae successio illo quo patrimonia iure discurrit. putabam

2 semper—mediocris *om.* L[1] *add. m. ant. in mg.* 4 et terminos *B* 5 in h.] inhumanas *T* concinatione *R* trangesus *B* 6 nr̃is *AT* 7 celo uobis *B*, uobis caelo *R* 9 per] pro *R* placere *R* affecto' *T* caritatis *L* 10 incerta *B* 11 *post* iungat *8 litt. ras. in B* affectus *PRb* 12 ueniat *LPT*[1]*V*, ueniet *R* ualete — affectui *om. AR*, *inclusit Sirm.* domine *B*, domine *P* (*sed* e *corr.*) *b* 13 tamantem *B* reuelate *T* conloqis *B* 14 prestentur *B* effectui *V* (a *s. l. m. 1*), effectui *Pb*; finit *add. B*, *codices A et R autem hanc exhibent subscriptionem*: data xviii. kłdarum noubrm die indictione VIII. (octaua finit *add. A*) *AR*

II. 16 martiano *T* 17 cum *T* anxio de te *B*, de te anxio *LPTV*, de te anxius *b* 19 facondiam *T*[1] 21 discurret et *B*

scientiae dotes rem tantum ingeniorum esse non familiae nec duci per stemmata quod labor continuus et indefessus sudor adipiscitur. sed, quantum apparet, ordines suos seruat eloquentia et oris pompa, quae exundauit in ueteribus, migrat ad posteros: concordat scientiae cursus et fluminum, per consuetos alueos et dicendi unda praelabitur. uenit ad te cum censu patris eruditio et bono subolis Asterium sepulcra restituunt. inuidi fateor hactenus annis senioribus et aetatem, cui ille concessus fuerat, suspiraui, beneficiorum caelestium neglegens aestimator, quando potui desperare de togae fructibus radicis manente substantia. sed superna dispensatio ut det genium beneficiis, inprouisum facit esse quod tribuit et dum uota transgreditur, potentiam suam liberalitate manifestat. non est bonis partubus infecunda Liguria: nutrit foro germina, quae libenter amplectatur et curia. nota proximitate sociantur causidicus et senator: his qui bene toga usi fuerint reseratis susceptura sinibus palmata blanditur. uale, dulcissime, et ad haec decora multus incumbe: totum te studia honesta suscipiant: festina, ut ad messem patriam uenias, linguam lectionis sarculo, mores bonorum imitatione purgando.

III.

ENNODIVS OPILIONI V. I.

Debeo equidem prioribus responsa conloquiis et in obsequio propositi uel pudoris, nisi pagina rusticante displiceam, accepta geminare, ne potioris dignatio ad paenitentiam redeat

1 dotis *LV* 2 stimmata *B*, stemata *LTV* continuisset *Bb* 4 in ueteribus *ex* meteribus *L m. ant.* 5 consuetus *B* 6 cum *ex* con *T m. 2* 7 erudicio *BL* bono *ex* beato *T m. 2* sobolis *LTV* sepulchra *LPTVb* 8 actenus *B* et *Bb*, *om.* *LPTV* 9 concessus] censendus *b in mg.* reglgens *B*, negligens *LTV* 10 potui *om. B* disperare *B* 12 facites se (es *ex* is *corr.*) *B* 14 infeconda *T*[1] 16 causedicus *BLV* 17 reserastis *B* 18 incombe *T*[1] 19 ut] aut *L* 20 sarculo *T*, arculo *L* purgando] finit *add. B*

III. 22 ıīı. *B*, vı *b*, *om. T* 23 pro prioribus *B* 25 penitentiam *BLTV*

de abiuratione fastidii. nostro enim uitio in culmine constituti supercilii memoriam non amittunt, si illud mali genus sectari et humiles suspicentur. cum enim eminentissimos adtollat castigatio sua et honorum plenitudo saecularium hoc solo artificio patiatur augmenta, considerandum est quid abiectis detrimenti pariat status angustia non metiti. ergo sufficiat magnitudini uestrae, quod post duplicem scriptionem sentio quid per silentium erroris incurrerim. sed timui confiteor, ne ad uitium me duceret fuga culparum et sermo deputatus ad gratiam, dum nulla peritiae lima comeretur, inueniret offensam. refugi horrorem, qui ignaris de parendi occasione generatur. ecce asserui habuisse me et animam depositum confitentis et bene de uiribus conscii in restitutione uerecundiam. restat autem, emendatissimi hominum, et illud placere uobis allegationis meae inspectione cognoscam, quod hactenus accepta non reddidi. fida enim index est possibilitatis nostrae consideratio et sicut in omnibus praecipua, ita famam muniens circa linguae maciem custodita, quia, si crescit eloquentium dos pudore, facile prudentiae nomen adipiscitur, cum per ipsum conticescat infantia. causae tamen, quam iniunxistis, iacturam frontis exhibeo et dum imperata exsequor, opinionem ad incerta transmitto. Agnellus de casis per uarias promissionum mihi inludit effigies, uolens a uobis summam pretii designari. sed mali

9 cf. Hor. A. p. us. 31

1 abiurtatione *T* 2 supplicii *T* 3 eminentissim'| *B* 4 plenituda *L*[1] saecularum *L* 5 au^e^menta *B*, agmenta *T* 7 post *om.* *T* p *s. l. add. m. 2* 8 silentium *V sed* sil *in ras. 3 litt. quarum prima* c incurrerem *B* uereor (c̄fiteor) *V* uereor *exp. et* c̄fiteor *s. scr. m. 1* 10 offe^n^sam (esam *in ras.*) *B* 11 parendi *B PT*[2]*b*, pariendi *LT*[1]*V* 13 uerecondiam *T* restatute mendatissimi *B* 14 et] ut *fort.* allegationes *V*[1] 15 actenus *B* 16 indix *B* 17 ita] prima *T* famam *B* (*ut proposui Wiener Studien II p. 255*), fama *LPTVb* 18 custodite *L*[1] Quia si *b*, qui asi *B*, quasi *LPTV*, qua si *conieceram l. c.* dos] de *T* 19 conticiscat *B* 20 iniuncxistis *BV* 21 obsequor *T* 22 inludet *B* 23 nobis *L et Sirm.* summa *L*[1]

hominis ardorem insatiabilem esse didicistis, qui nisi contemptu pecuniae non sanetur. domine mi, saluto et rogo, ut religio circa me pii amoris seruetur et foederis.

IIII.

ENNODIVS HELISEAE.

Diu quaesitus desideriis meis euenit effectus: ut detur genius beneficiis, transmissa in longum expectatione tribuuntur. uiuit in quacumque terrarum parte proximitas: sequestratione corporum sanguinis catena non rumpitur: per discreta regionum caritas damna non sentit, quando inter eos qui habitatione separantur praesentiae uice tenetur affectio. deo omnipotenti gratias refero, quia uos memores fecit esse pietatis et prosapiae sub religiosa occasione reminisci. teste deo postquam mihi domna Cynegia meritum uestrae conuersationis exposuit, uisionem uestram speciali ardore requisiui, si uotis copiam optata dedisset occasio. domina, salutationis reuerentiam dicens in designato litteris uestris negotio ministerium deuotionis spondeo, quia tantum praestatur animae, quantum sanctis exhibetur studiis. uere dico me numquam dilexisse quem detestamini et ueritum, ne ad diri hominis profectum uester quoque inclinaretur adsensus. adsit deus, ne ad ecclesiasticam dignitatem ueniat nulla bonae institutionis incude formatus.

V.

ENNODIVS AVITO.

Vellem produci causam, si propositum non grauarem, per quam frequentia amantis scripta promerui. dum enim nego-

1 homines *BV*[1] insatia(bi)lem *L* bi *s. l. m. ant.* 2 mihi *B LV* 3 foederis] finit *add. B*

IIII. 5 helisee *T* 7 uiuet *B* 8 se**questratione *L* (st *eras.*) 9 cathena *T* 10 dampna *LV*, dapna *T* 11 p̃sente *T* 12 prosapie *TV* 14 domina *BPb* cinegia *T* 15 iussionem *T* cupiam *B* 16 dedisset optata *LPTVb* **salutationis *B* 18 prestatur *B* 20 homi(nis) *B* 21 assit *T* 22 **cude (m *eras.*) *L* formatus] finit *add. B*

tiosas paginas destinatis, ministerium praebetis affectui. sed apud prudentes et animorum conscios sufficiunt parca conloquia. urbanus in promissionibus esse non sapio nec eis, quibus animam debeo, fucata fronte blandiri. uos tantum coeptis insistite et mandatis caelestibus obsequentes malum hominem, quem dicitis, a desideriis deducatis. me conuenit plus rebus ostendere quam sermone polliceri, quia quod tribuo hoc mihi restitui incunctanter expecto. domine mi, salutationem plenissimam dicens rogo, ut domnae Heliseae communi matri pro me gratias agas, quae dignata est litteris suis uincula proximitatis ostendere.

VI.

LEONTIO ABBATI ENNODIVS.

Supra meritum meum summa circa me beneficii caelestis adoleuit, dum qui poena dignus sum iustorum praemia consecutus exulto. frustra delinquentes periculi mater desperatio ad extrema praecipitat. in errore maximo constituti meo ad spem solidam reparentur exemplo. nescio de quo opere mihi, de qua innocentia epistolarum uestrarum fructus accesserit et animam peccati ubertate locupletem caelestis boni melle satiarit, nisi quia ille qui uulnera nostra suscepit et pro nobis doluit mutata meritorum condicione quos flagellis dignos uiderit castigat muneribus et uersa uice noxiorum animas dum secundis replet, pudore meliorat. superni ergo secreti dignatione confabulationis uestrae fruges elicui. uos de corporis mei sanitate sollicitos ille reddidit, qui animae meae curam per

V. 1 destenatis *B* praebites *B* 2 conscius *B* parta *T ut uidetur* 3 orbanus *B* 4 ceptis *T* 6 rebus *om. B* 8 mihi *BLV* 9 dõne *P*, dominae *B*, dñe *LT*, donatione *b* 10 ostendere] finit *add. B*

VI. 14 adoliuit *B* 15 disperatio *LV*, disaperatio *B* 16 precipitat *B* 17 solidam spem *P* (spem *s. l.*) *b* 19 animam *Bb*, adimam *LV*, adunam *T* (animam *s. l. m. 2*) *T*, ad unam *P* (al. aĩa *s. l. m. alia*) uberate *B* 21 conditione *BLT* 23 meliorat**ur *eras.*) *L* 25 sollicitus *B*

spiritales medicos ad statum indultae ualitudinis redire conpellit. quae sit in me substantia membrorum, religiosae sollicitudinis inuestigatione perquiritis, quorum status animae partem neglegens toto mundi istius grauatur imperio. agite oratione me talem fieri, qualem adseritis blandimentis, quia fuci nescia propositi uestri claritudo quem bonum esse praedicat ante tempus innocentiae adnuntiat mox futurum. fratribus meis et conseruis, quos direxistis, quantum exhibere solacii potui uoto potius quam re idoneus non negaui. superest ut accipientes obsequia mea cum uniuerso cui praeestis concilio per dei omnipotentis misericordiam coniurati deo pro paruitate mea precibus insistatis, ut cui deest per actiones suas fiducia bonorum per suffragia uestra contingat.

VII.

EVPREPIAE ENNODIVS.

Quamuis saepe ingenii mei maciem cognouisses, periclitari tamen ieiunia oris olim probati iussionis celeritate uoluisti. sed ego non abnuo oboedire diligenti, ut si facundiae deest meritum, gratia subueniat obsequendi. uariae sunt donorum caelestium, licet ab uno auctore progrediantur, species: alium commendat perfectio, alterum insinuat quod sine tarditate aliqua uult parere. domnae meae Cynegiae epitaphium uix una hora habens tractandi spatium inelimata uelocitate conposui.

1 spiritalis *B* medicos (o *corr.*) *B s. l.* indultate *L*[1] 2 religiosạe *L* (*supra* ae *ras.*) 3 perquiretis *B* *quorum (r *in ras.*) *B* 4 negligens *B* (*post corr.*) *LT* orationē| et talem *B*, me talem oratione (ȯrationem *L*[1]) *LPTVb* 5 adseritisṛ *B* 8 quintum *B* 10 presentis (r *ex* a) *B* 11 misericordi(am) *B* 12 actionis *B*[1] 13 contingat] finit *add.* *B*
VII. 15 eupraepiae *B*, eupremie *T* 16 sepe *B* cognouisses (ui *in ras.*) *L* 17 ante ieiunia (añ *s. l.* *P*) *Pb* probari *T*[1] al. celebrate persoluisti *P in mg.* uoluisti *B* 18 facondie *T*[1] 19 ueniat *Sirm.* 20 actore *T* 22 uul *L* dñe *T*, dom*ne (i *eras.*) *L* cynęgiae *B* epytafium *B*, epitafium *T* 23 spacium *BL* inelimenta *L*[1]

uide necessitatem, ut illam tantorum meritorum feminam uerborum saltibus explicarem. parcat sterilitati meae uenerabilis anima, suscipiens pro schemate dictionis studium sine nube dictoris. tu, mi domina, epistolam praesentiae meae uice conplectens ora, ut spiritus illius scabridis nequaquam laedatur officiis.

EPITAPHIVM.

Nil sexus nec busta nocent, nil fila sororum
  Vltima, fallaci pollice quae tenuant:
Mixta deo mulier uiuit post funera factis,
  Mascula femineo tramite gesta ferens.
Sanguis honor genius probitas constantia uultus
  Vicerunt tantis exitium pretiis.
Moribus adseruit magnorum stemma parentum
  Indicium generis mens cui clara fuit.
Instituit natos uitam seruare serenam,
  Dum docet exemplis semper amare deum.

VIII.

ENNODIVS PETRO.

Postquam uenerabilis iustitia principis periclitatis moribus magnitudinis tuae donauit te honorum germine pro messe uirtutum, per linguae ferias fouens inreligiosa silentia et in eloquentia tua et in meo amore peccasti, quia naturalibus adolescit elocutio munita superciliis, quotiens prosperorum famu-

2 saltibuss *B* uenerabilis—sine *om.* *B*¹ *add. corr. in mg.* 3 scemate *LPTV*, scematę *B* 4 mi *om.* *LPTV*, mea *b* 5 spirituis *B* illius] sc̃i (illius superscr.) *P*, sc̃i uis *b* ledatur *B* 7 epytafium *B*; epitaphium—*l. 17* deum *om.* *T* 8 ·a· nil *et l. 17* deum ·ω· *L qui his litteris carminum initia et exitus significare solet* ne° *L* 10 mi(t)xa *B* 11 feminae otramite *B* 13 uix erunt *b* praetiis *B* 14 stimma *B*¹, stema *LV* 15 iudicium *LP* cui] tua *P*²*b*; *cf. indicem de* cũi 16 natos] tantos *B*

VIII. 20 iustitia *scripsi*, iudicia *BLPTVb*, iudicium *Sirm.*, iudicii princeps *uel* o uenerabilis iudicia principis *coni. Schottus* 24 supercialiis *T* prospiorum *T*

latur indicio. copiosior facundia honorum militat incrementis: profectus suos non inparibus significant peritorum ora successibus. ecce inamabilis taciturnitas et uobis dicendi abstulit genium et mihi laetitiae inuidit effectum. referatis forsitan: posses me, amice, de ignoratione culpare, si quid tibi de apice meo promiscuis dedicata nuntiis fama suppressit. sed ego agnoscere carorum culmina rumore non patior et manifesta gaudii colligere de opinionis inconstantia. noueram quam mihi deuinctionis spem simplex eruditi dudum fecisset allegatio: credebam frustra me in illa parte serenis animum auris committere, unde tu me esse hilarem non iubebas: illam ipsam mille alarum fabricatam remigiis scriptionis tuae aestimabam pedibus potuisse superari, ne amanti expectata bona tibi fructum praeripiens alter ingereret. ecce, mi domine, honorem salutati accipiens agnitis dolorum causis remedia properata non deneges, quia, quantum praesumo, nec fides in diligentia nec ad unguem ductus sermo uos deserit in loquela. non contentus tamen uno dicendi genere displicere carmen adieci, ut post epulas Antenorei gurgitis, quas lauacra Aponi coacta in artum carnis lege castigant, dum illud, quod aquarum fetibus distenditur, aqua desecat, ego quoque, qui Heliconis fluenta non tetigi, poeta

12 cf. Verg. Aen. I 301

1 cupiosior *B* facondia *T*, facunda (i s. l.) *L* bonorum *Pb* 2 suos *Sirm.*, suus *BLPTVb* significat *T* 4 laeticiae *B* 5 possis *B* 6 suppressisset *fort.* 7 arorum L^1 8 de] dō *B* 9 deuinctionis *Pb*, diuinctionis *BLV*, disiunctionis *T* 10 frustram (e s. l.) *B* auribus *T et Sirm. sine causa, cum* serena auris *idem ualeat ac serena quae audieram, cf. Wiener Studien II p. 236* comittere *L V* 11 tu *ex* cu *L m. ant.* hilarem esse *Sirm.* iubeas L^1, uidebas *P* 12 arum (la s. l.) *L* 13 expectate T^1 tibi *B s. l.* 14 ingererit *B* 15 dolorem *L* proparata *BL*, praeparata *Sirm.* denegis *B* 17 sermo *B s. l.* loquella *B* contemptus T^1 18 discendi T^1 taman*|dieci *L (corr. m. ant.)* ępulas *B* 19 git gurgitis *B* quas *B*, quos *LPTVb* apponi *Tb* 21 desiccat *fort.* eliconis *BLPTV*

nouus admiscear. accipe ergo risum motura poemata et Glouidenum tuum te solum agnouisse contentus, a publico rigore me subtrahe, quia, si est quod forte placeat, sententia mihi uestra sufficit, si quod morsu dignum sit, secretum puto quod de amici culpis agnoueris. dabis etiam ueniam, quia oculorum pressus angore poemata fortasse clauda conposui: non enim possunt esse uersuum solidata uestigia luminis officio destituta. lege ergo aquas calidas, quas inuises.

Tollitur adclini tellus subnixa tumore,
　Leniter elato fulta supercilio.
Verticibus nullis caput admouet illa superbum
　Nec similis pressis uallibus ima petit.
Fumifer hic patulis Aponus fluit undique uenis,
　Pacificus mixtis ignis anhelat aquis.
Vnda focos seruat, non sorbit flamma liquorem:
　Infuso crepitat fons sacer inde rogo.
Ebrius hic cunctis medicinam suggerit ardor,
　Corpora desiccans rore uaporifero.
Hic pyra gurgitibus, scintillis fluctuat umor:
　Viuitur alternae mortis amicitia.

Ne pereat, nymphis Vulcanus mergitur illis,
Foedera naturae rupit concordia pugnax.

VIIII.

ENNODIVS FAVSTO.

Secundet desideria honesta diuinitas: felix auspicium bonis non negetur studiis: ingenuae intentiones prosperorum fructibus

1 Cluuienum *coni. Gronouius in Obseru. p. 404; cf. Iuuenalis Sat. I 80* 2 contemptus *T* 3 sententia placeat *T* 4 mors ut *B*[1] 5 agnoueris (is *in ras.*) *L* 6 cauda *B* 7 uers*ũ *L* 9 tollitur—*l. 22* pugnax *om. T* ad cliui *Pb* 11 admouit *B* 12 similes *B* 13 fumiger *V et Sirm.* 15 focos *Sirm.*, focus *BLV*, focum *Pb* sorbit *BLPV*, sorbet *b* 17 cunctus *L* 18 rori uapore fero *L*[1] 19 pyra *Sirm.*, poera *BL*, poeṛa *V*, pera *b*, per* *P* 20 alterne *BL* 21 nimphis *LV*

VIIII. 24 FASTO *B* 25 diuinitas] diuturnitas *Bb* felix *ex* flex//// *L m. ant.* 26 negeretur *L* intentiones *PT*[2]*b*, intentionis *BLT*[1]*V*

conualescant. uotorum obsidem tradidit honestati qui ad liberales adspirat superis fauentibus disciplinas: bonarum affectus artium dirum dedignatur ingenium: ad eloquentiae ornamenta non tendunt nisi moribus instituti. his Partenius noster germanae filius incitatus stimulis Romam, in qua est naturalis eruditio, festinat inuisere, cui magnitudinis uestrae suffragia sum paterna pollicitus. datur culmini uestro per supplicantem genius, dum, quod usus exigit, precibus inploramus, ceu si quis credat se ortum solis, cursum fluminis oratione promereri. non est beneficium, ubi ordo seruatur: mori obsequitur quod obligat uniuersos. ego tamen supra cursum, a quo nequaquam disceditis, aliquid accepturus occurro. direxi personam, in qua meritorum meorum status aestimetur. alios forsitan commendatio iuuet indebita: parentibus minus est quicquid superare non possumus. domine mi, seruitia salutationis repraesentans, portitorem paucis eiusque negotium elocutus, restat ut agnoscam quid mereatur persona causa proximitas.

X.

SYMMACHO PAPAE ENNODIVS.

Dum sedem apostolicam coronae uestrae cura moderatur et caelestis imperii apicem regitis, blanditur profectibus parentum quod meis promissum tenetur officiis. spem sine labe obtinet apud constantem uirum fideliter obsecutus. grandis est pompa praestantis, quotiens quod unus meruit plurimis repensatur.

1 inualescant (con *supra*) *V*, coninualescant *L* liberalis *B* 4 tendent *Pb* nisi *ex* tibi *T m. 2* germinae *B* 5 qua* (t *eras.*) *L* 8 genus *T*' exiget *B* 9 hortum *B* 10 benificium *B* 11 uniuersus *B* 12 disceditis *Pb*, discedetis *B*, disciditis *LTV* 13 statutus *L* alius *B* 14 iubet *B*, iu*uet (b *eras.*) *L* munus *b sed* minus *in mg.* 15 mihi *BLV* repraesentas (n *supra*) *L* 17 proximitatis *Pb*

X. 19 symacho *B* 20 cum *T* sedem *ex* secundum *T m. 2* moderatur *Bb*, moderetur *LPTV* 21 regetis *B*, regatis (i *supra*) *T* 22 quid (o *supra*) *B* tenet *B* labe] labore *Pb* 23 fedeliter *B* 24 prestantis *B* pluribus *Sirm.*

superorum instituta sectantur per quos generatio recipit quod persona condiderit. sic Israelitici delicta populi propter Dauid poena non tetigit, dum genti opitulata est praecessoris integritas, et fides hominis aut eripuit de errore populum aut iuuit in gratia. Partenius igitur praesentium portitor germanae filius hac ad coronam uestram fiducia animante directus est, quem sollicitudo liberalis Romam coegit expetere. sancta sunt studia litterarum, in quibus ante incrementa peritiae uitia dediscuntur. hoc itinere cana ad annos pueriles solent uenire consilia, dum quod aetas refugit norunt instituta praestare. fouete ergo cuius ueniendi causas patefacta consanguinitate didicistis. habetis obsidem, in quo dilucide meritorum apud uos meorum qualitas innotescat. domine, ut supra salutationis reuerentiam obsequiorum deuotione restituens precor, ut perlator praesentium famulus uester felici sorte peregrini apud uos nomen excipiat, quia quod adtributum fuerit precibus meis uestrum supra dotes suas ornat officium.

XI.

ENNODIVS LVMINOSO.

Videro apud quos plurimis adserendus est quem instituti liberalis cura sollicitat: uos patronos meruit causa communis. non ignari peregrinos suscipitis nec erudiendos animatis: expertis manus necessitatibus frequenter adhibetur, dum ad eloquentiae palmam feriato ore eos qui titubant inuitatis. exemplis hortatur ex peregrino potens, ex incipiente perfectus. utraque Partenio germanae meae filio pars conuenit, cui ad uenera-

1 superiorum *b et Sirm.* generalitas *fort.* 2 sic] si *B* israhelitici *LV*, esraelitici *B*, istrahelitici *T* 4 fidis *B* 5 iubet *B* parthenius *LV* 9 annas puerilis *B* 10 prestare *B* 11 fouete *P²Tb*, fouite *LP¹V*, fouit *B* cuius *om. Sirm.* consanguinitarum qualitas (te—meorum *s. l. add. corr.*) *B* 12 dedicistes (es *in* is *corr.*) *B* 14 obsequorum *L* perlatorẽ *T* 16 fuit *T*

XI. 20 quod *B* 21 communes *B¹* 22 igniri *L¹* suscipetis *B¹* 26 Parthenio *b*

biles disciplinas Romam petenti pro ferratis calcaribus sufficit uos uidere. si ab humanitate non discrepat, sublimitatem tuam gerens ante oculos rebus ad uirtutem potius quam monitis excitatur. magistra laboris est laudis ambitio, praecipue quando in illo exuberat, quem similis retineas fuisse fortunae. sed si uobis cordi sum, circa memoratum patrem reddite, ut amor mutuus de uicaria inpensione gratuletur, ut quicquid in magnitudine tua dudum laboris exhibui mihi per alterum reformetur. domine, ut supra salutationis obsequia dependens satis esse ad commendationem credidi, si qui esset portitor non lateret. precum prolixitate utitur de inpetratione diffidens: argumentum est nil merentis diu rogare. facessat a moribus tuis, ut perdas beneficiorum genium, dum longa supplicatione producitur de effectu celeri subleuandus.

XII.

ENNODIVS FAVSTO IVNIORI.

Deo gratias praefatus, qui oculorum meorum quas inexplicabilis dolor pepererat nubes abstersit, iure ad ipsum beneficia sua referens, qui lumen dedit et reddidit. uix enim post innumeros dies sanitatis fiducia animante respiro. et hoc ad absentiam culminis uestri prolixiorem respicit, ut quem genius suus de uicinitate deseruit nil uideret: sed potens est ille, qui corporis tulit nebulas, rerum serenitate mutare tristitiam. post elocutionem necessitatis ad negotium redeo, quod coactum inpetrauit adloquium. amabitis, ut spero, baiulum, quem adserit causa ueniendi. Partenius sororis meae filius per liberalis studii disciplinas ingenuus uult uideri: optat, ni fallor, peculii uestri habere testimonium. magnitudo igitur uestra

1 feratis *T*¹ calcarebus *B*¹ 2 **sublimitatem *L* 5 retineas *B s. l.* 6 cordis *B* 9 esse *L*¹

XII. 16 ĩuni *B*, iunior *L*, *om.* *T* 17 quas (a *in ras.*) *T* 18 pepereat (r s. l.) *L* abstersit///iure (iti *in ras.*) *V* 22 uicinitates *LV*¹ 24 quoactum *B* 25 adloquium (1 s. l.) *B* amauetis *B* baiolum *B* 26 *et postea* parthenius *Tb* liberaris *L*, liberali *B* 27 nisi *B* 28 nostri *Pb*, ueri *fort.* haberetis *B*

praeteritorum tenax, memor praesentium, prudens futuri, perlatorem pro mea commendatione suscipiat, et qui erit per uisionem uestram scribente felicior peregrinationis non patiatur aduersa sentire. domine mi, debitum seruitium reddens precor, ut uel per hanc occasionem, qua illinc Partenius susceptas poterit paginas destinare, desiderati multiplicetur forma conloquii.

XIII.

ENNODIVS HORMISDAE.

Scimus religiosi sacramenta propositi ab obnoxia peccatis multitudine innocentia et fide separari et titulos uenerabilis officii mores potius insignire quam corpora. quis bonum conscientiae inter homines quaerat, si mundi adhibenda est circa pontificum statuta necessitas, si sacerdotum promissio circumspecta cautione seruabitur? numquam habuit in affectu constantiam cui facere aliud de pollicitatione non licuit. saeculi conuersatio legum metu retinetur: dei famulos quod bonum est exhibere conuenit non formidini sed amori. dudum dum nobis metus instaret et de clementia pii regis dubio meritorum aestimatione penderemus incerto, camelos nostros tot dandos domno papae tali reuerentiae uestrae condicione tradidimus, ut, si nobis animalia ipsa non essent necessaria, iustum pro ipsis pretium mitteretur, et quia nouit optime sanctitas uestra, nos dum potuimus per allegationem tuam utilitates sanctae Romanae ecclesiae subleuasse, nunc uicissitudine facite de ueritate beneficium. quaesumus etiam salutatione praefata, ut quid super hac parte deliberatio uestra habeat indicetis, quia

4 mihi *BLV* 5 uel *om. T* hac *LV* 6 desederati B^1 formam *L* eloquii *P*; expl̄c *add. B*

XIII. 13 querat. BL^1 14 ponticum T^1 16 pollitione T^1 17 famulus *B* 18 formidinisad (s *in ras.*) *B* 20 penderimus *B* nostros *om. Sirm.* 21 domino *Bb* uestra *L* 22 necessara (i *s. l.*) *B* 24 nos *L in ras., fuerat primo fort.* n tuam] nostram *Pb* utilitatis *B* 26 quaemus (su *s. l.*) *L* su *s. l. m. ant.* 27 deliberatio (at *in ras.*) *V*

credimus nec praefatum sedis apostolicae praesulem nec uos, qui mediatores existitis, aliud cogitare, nisi quod et proposito et iustitiae sine dubitatione conueniat.

XIIII.

ENNODIVS SERVILIONI.

De perfectione confidunt discipuli, quotiens magistrorum praesentiam praestolantur: spes eruditionis manifesta est, ut fruatur genio suo, inuitare doctorem: clara sunt ingenia, quae instruentum agitantur desideriis: monitorem requirunt qui felici sorte didicerunt. sic ego sanctitatis tuae adfectione possessus, quamquam me de peritia iactare non audeam, uultum tamen praeceptoris expecto, ne degeneri te credas ecclesiasticum germen filio conmisisse, quia quamuis memoria mea ad centenos se non ualeat fructus extollere, scit tamen semina multiplicata redhibere cultori. ueni ergo, ut coram positus segetem tuam boni agricolae uice respicias. deus procul auertat inuidiam. ita uomeribus tuis ecclesiasticae fecunditatis planta conualuit, ut nulla saeuientis procellae possit inpulsione subuerti. nolo praiudicio laudis sanctitatis tuae grauare conscientiam: inspicies quae litterarum testimonio declarantur. superest salutatione praelata, ut ad gaudia tua iam properes, quia diuina beneficia gradibus semper accedunt et quibus bona conferunt meliora pollicentur.

XV.

ENNODIVS SENARIO.

Numquam apud deum fusa deprecatio uotiuo nudatur effectu, apud quem hilaritas lacrimis obtinetur et maeror transit in

1 presulem *B* 2 exsistetis *B*
XIIII. 7 prestulantur *B* 9 instruentem *L* 10 dedicerunt *BV* 11 quanquam *LV* peritiae *B* 12 degeneri|rēte *B* 13 cominisse *L* 14 ualeant *B* 15 redhibere *BT*², redibere *LPT*¹*V*, reddere *b* segitem *B*¹ 16 auertit *L*¹, aduertat *T* 17 feconditatis *T*¹ plantam *L* cualuit *L* 18 pulsione *L* 19 p̃**iudicio *ex* preiuditio *L m. ant.* 20 salutationem *L*¹ 21 poroperes *L* 22 accedant *L*¹, adcedunt *B*
XV. 26 dn̄m *L*¹ uotiua *B* 27 optinetur *V* meror *BLTV*

laetitiam. adfuit diuinitatis auxilium desideriis meis et animae meae maior portio, de prolixis gentium finibus m ricordia duce reuocauit. uere non possum epistulam in m uerba diffundere inpeditus fletibus, quos gaudia in cumu adducta pepererunt. fac, mi domine, paruitati meae caele doni plenitudinem non perire. unum uterque habeamus ho tium nec de parietum angustia sollicitudo generetur, qua unum pectus sufficiens animabus nostris praestat habitacul

XVI.

ENNODIVS PAMFRONIO.

Magna sunt imperia gaudiorum: expers est continen hilaritas et in uocem gestit erumpere. uenit optatus desid dies et ille, quem numquam de meritis meis sed semper superna pietate postulaui, magnitudini tuae splendor acces redditus est generi et moribus tuis apex, per quem consc tiae fidelis in lucem prodire non formidet integritas. bone, indulta custodi, auge successibus quod dedisti, fac seruum tuum primum esse gradum qui summus est. praec spe futura quae deprecor: nesciunt in foribus haerere caelo auctore tribuuntur. semper incrementis ad culmen as ditur, ubi supernus fauor praestat exordium. quis hoc in hominum uel eorum, qui conuersationem suam nulla custodi nube sordentem, accessisse sibi die una gratuletur, te hono auspicia ingressum et dulce meum Senarium ab ultimis rarum partibus restitutum? breuis horarum cursus inter

1 affuit *PTb* 2 genitum *B* mīa *T* (*ut solet*), gratia *Pb* 4 deffundere *B* 6 dona *L*[1] 8 sufficiens (*ante alt.* s *et s* *ras.*) *V*

XVI. 10 panfronio *T* 11 imperia gaudiorum *LPTV nisi* gaudiarum *V scribere coeperat* 12 gestet *B* erumpere *ras.* 14 piaetate *L* postolaui *B* adcessit *B* 15 *B* 17 bona *B* quos *L* 18 percipio *Pb* 19 herere *B* 20 actore *T* tribuntur *L* culmina scenditur *B*[1] 21 s nos *B* prestat *B* 23 adcessisse *B* gratuletur *PTb*, g lentur *BLV*

ut et tu palatio natus et ille sit redditus. in ueritate dico et de dei misericordia mihi securus spondeo, fragilitati meae praesidia caelo obsequente concedi. spondetur mihi quod uobis est praestitum. domine mi, salutationis obsequia suscipiens rogo, ut, si quid amori meo tribuis, domnum animae meae Senarium, ut apud me maneat, exorare pleniter non omittas. quod nisi obtinueris, multum mihi de hilaritatis cumulo decerpsisti.

XVII.

AVIENO ENNODIVS.

Bene magnitudo uestra, dum origini et moribus praestat obsequium, emendationem sine interuallo coniungit errori et quod peccatum sapienter intellegit, priusquam altero denuntietur, auertit. quis credat deliquisse in correctione uelocissimum? pene non uocandus est sectator excessuum qui obuiam manum ponit in subreptione culparum. haec, mi domine, ad ea, quae es dignatus scribere, gratia uestra duce respondeo. ceterum humiliorem me proposito actuum meorum pondera reddiderunt: uix miseria remansi idoneus reformare conloquia. domine mi, salutationis obsequia praesentans deum rogo, qui culminibus uestris fructum pro hac qua humilem non spernitis consideratione restituat.

1 tu *om. B, recte fort., nam* alter *uel* Pamfronius *intercidisse uidetur* 2 de *om.* P^1b dei *om. B* 3 concede L^1 sponditur *B* 4 prestitum *B* mihi *BLV* 5 tribues *B* dominum *PTb* 7 comulo *B* decerpsisti] finit *add. B*

XVII. 9 ennodius auieno *LV* 10 uestra] tua P^2T 12 deñtietur *LT* 13 auertet *B*, aduertit *T* delinquisse *B* 14 excess*ũ *L* 16 que *B* dignatus es *Pb* 17 caeterum *LV* me] te *Pb* act*ũ *L* 18 misera *T* 19 m̊ *V*, mi** *L*, mihi *B* salutationes L^1 21 restituat] legi *add. BLPTVb, initium ut uidetur subscriptionis formulae cuius uestigium B etiam in fine Dictionis XXI fol. 179ʳ exhibet* ENNODIVS EMENDAVI MEAM DEO MEO IVVANTE

XVIII.

FAVSTO ENNODIVS.

Vix est ut intentus rebus felicibus aduersa praenoscat: uelut sinistrum enim omen repudiat, si quid de austeritate futurorum intellectu praecedente respexerit: certe ne et alieno tempore amarae se misceant, ipsa molestiarum horret agnitio. nullo credebam interuallo nunc inamabilem Rauennam, dum erat thesauris meis plena, distare: non me sic sitientem fons, aestuantem aura, ut illa ad se non lassum requies inuitabat. at nunc ipsa Roma puto ad longiora pro peccatorum meorum fasce translata est. ubi est illa quae rara putabatur frequentia litterarum? ubi crebra uisio? ubi tot solacia diligentiae? uere pro meis partibus loquor: detestor uitam, quae nec in aerumna constitutis est odio. adleget forsitan culmen tuum, sibi pro superna dispensatione cupita contigisse. non est plena felicitas, quando uestrorum aliquis miseriis durae sequestrationis adfligitur. deo credite, non sunt fucata quae defleo nec ad explicandam cordis tragoediam aut epistularis concinnatio sufficit aut sermonis angustia. Christe rerum arbiter, propriae succurre necessitati, ne humana fragilitas ad inmensi fascem doloris non sufficiens pressa subcumbat. domine mi, salutationis seruitia dependens rogo, ut paginalis circa me cura seruetur, ut uel hoc remedio inter aestus mens constituta respiret.

XVIII. 3 in(teo)tus *L* 4 enim] animi *Pb*, enim animi *Sirm.* 5 procedente *B* et *om. Pb* 6 amarae *Sirm.*, amare *BLPTVb*, cum amaris *P*[1] 7 rauennem *T*[1] 8 thensauris *L*[1], thesauris (es *in ras.*) *B* plena *B in mg. add.* destare *LP*[1]*V* 10 ad *B*[1]*L* 13 erumpna *T* 14 adleget *scripsi*, adlegit *BLTV*, allegit *Pb*, adlegat *Sirm.* tuum *scripsi*, suum *BLPTVb* 16 nostrorum *Sirm.* 17 haexplicandam (x *ex* c *corr.*) *L* 18 traguidiam *B*[1] 19 *post* sermonis *8—9 litt. eras. in B* 21 praessa *B* m(i) *V*, mihi *BL* seruitio *B*, obsequia *T* 23 m(en)s *L* respiceret *B*

XVIIII.

PARTENIO ENNODIVS.

Non in te admiror sermonis abstinentiam, quia qui exigua condiderit nil producit. credis sub hac occasione profectus tui latere substantiam? et taciturnitas inperitiam prodit et infabricata confabulatio manifestat infantiam. interea ante inops gratiae non fuisti, sciens quid diligentia, quid amantis sollicitudo flagitaret: factus es bonarum rerum nescius, postquam te ad obtinenda quae putantur summa trasmisimus. quod restat, uale et accipiens monitoris uerba melioratum te scriptionis adsiduitate diuulga.

XX.

AVITO ENNODIVS.

Dum remedia sua quaerit affectio et aestum sollicitudinis conloquio cupit medicante releuari, ardescit animus prouisionis beneficio: unde extingui creditur, geminatum diligentiae surgit incendium. saepe mihi baiulorum copiam perquirenti inde aegrescere contigit, unde opinabar quod prodesset accidere. ecce medetur desideriis meis qui suorum ad uos causa properauit: fit adiumentum necessitatis alienae quod propriae consideratione suscipitur. uidero quid conmendatione mea Bonifacius promoueat: interim opitulatur studiis meis quod prolixis a me precibus inpetrauit. hunc bonis ortum natalibus testis sanguinis mens designat. germanum suum praefatus in uicinitate Aquileiensis ciuitatis adserit esse captiuum, qui ut a uobis

XVIIII. 2 partinio ennodius *B*, ennodius Partinio *b*, auito ennodius *LTV* 5 lataere *B* et *om.* *Bb* *taciturnitas (*pr.* t *in ras.*) *B* 6 inops (i *in ras.*) *B* 8 es] ě *L* post quem *T* 9 optinenda *BT* summa *Bb* (*in mg.*), maxima *LPTVb* 11 adsiduitate (it *in ras.*) *B* deuulga *L*

XX. 15 mediante *Sirm.* reuelari *L* animus (i *corr. in ras.*) *B* 16 geminatam *B* 17 cupiam *B*' 18 egrescere *BLTV* contingit *Pb* proděet *L*, prodescet *B* 19 meditur *B* 21 percipitur *V*, pcipitur *P* bonifatius *B*, bonefacius *T* 23 hortum *B* 25 aquiligensis *B*, aquilegensis *T*

iuuetur exposcit. sanctae domus uestrae consuetudo uulgata est: talem uitam bonorum actuum obsidem iam dedistis, a qua uelut debitum poscat qui calamitate deprimitur. domine mi, accipientes plenae salutationis obsequium facite exorati quod sponte consuestis, ut qui uestris supplex est alteri eum esse non liceat.

XXI.

AVITO ENNODIVS.

Adstipulatorem me opinionis suae fieri magnitudo uestra ita supplicatione postulat, quasi ad amicitias recenti adhuc sim incude formatus aut non genio suo defrudet qui propositum diligentiae sub quacumque occasione commutat. facessat a Christianis moribus uaria de amante sententia: qui officium oris sui dedicauerit laudibus liberum non habet inchoata deserere, ne deuenustet praefati mella praeconii uilitate sequentium. uidero qui ingenuum credat esse sectari nouitatem: ego ut tarde amicos eligo, ita in his indemutabiliter perseuero. mihi adsum, quotiens opinionem uestram astris aequauero, quia apud quos ignoti sumus moribus nostris de sodalibus aestimamur. uere fateor splendorem conscientiae uestrae famae uice copiosus effudi: ante aduentum culminis tui obsequio sermonis mei in Liguria quanti essetis innotuit. deo gratias, qui cum sententia mea generalitatem fecit habere concordiam. utinam me non humiliaret paupertas eloquii! plus habent uota de meritis tuis, quam proferat lingua de laudibus: inops facundiae per quos-

1 iubetur *B* 2 act*ũ *L* 3 depremitur *B* mihi *BLV* 4 accipientes *Pb*, accipientis *BLV*, accipiens *T* plenę (ę *corr.*) *B*, plene *TV* exorari *L?*, exoranti *Pb* 5 consueuistis *Pb* uestri *Pb* (*falso*, *nam* uestris *pro* uestris amicis *dixit*) 6 liceat] exp̄ *add.* *B*

XXI. 9 oppinionis *L* fieri *om. Sirm.* 10 amititias *L* 11 defrudit *B*, defraudet *PTb* propositum suum *V sed* suum *exp. m. 1* 12 occăsione *L*¹ 13 cristianis *B* 14 oris *V in ras.*, moris *B* suis *P* 16 ingenium *Sirm.* 17 amicus *B* immutabiliter *PTb* 20 uic*e (a *eras.*) *L* copiosus *B*, copiosius *L* (u *in ras.*) *PTVb* 21 effundi *PTb* 22 essites *B*¹ 25 inobs *T*

cumque strepitus quae gloriae tuae potuerunt conuenire non tacui. facta est lux genii uestri conscientiae meae demonstratio. procul auertat diuinitas, ne umquam testimonio meo fragilitas claris moribus inimica subripiat. nulla est quam opime texuistis in uobis erroris causa, quam recolam, et si pro meis meritis extitisset, bonorum ueterum recordatione sopiretur. quod restat, ualete, mi domini, et iter meum uotorum benignitate prosecuti caritatis recordatione absentiae meae damna pensate.

XXII.

VENANTIO ENNODIVS.

Si proximitas sanguinis ad diligentiam mentes inuitat, pii amoris obsecutus imperiis gestio me praeuium praestitisse sermonem et orditum paginas amplectendis uiam reserasse conloquiis. diu quidem cassa expectatione maceratus, dum operior paginas non emisi, sed calcaribus suis animum meum fodit affectio et ad tabellarum munia priorem fecit accedere. habeo praerogatiuam, si bene conicio, plus amantis, qui et post productum silentii uestri studium loquor, et debeo uerecundia conmendare quod tacui. nunc tamen, ne epistularis concinnatio transgressa terminum deuenustet auctorem, salutationis seruitia dependo et, si mereor, dignationi uestrae conciliandus occurro, quia potiorum sublimitas communione geminatur et facem praefert eminentissimo gratia concessa subiectis.

XXIII.

CONSTANTIO ENNODIVS.

Si liceret cum magnitudine uestra aequa sorte contendi, si honores aetas meritum quod uobis facem praetulit nos non in

1 que *B*, q̃ *ex* q; *L* 4 inimica *T in ras.* subrepat *fort.*, *nisi antea* testimonii mei *praeferendum est* qua opinionem exuistis *fort.* 5 meritis meis *LPTVb* 6 extetisset *B* 7 domine (i *sup.*) *B*, domine *L*[1]*P*[1]*Tb* meum u.] uotorum meorum *T* 8 dampna *LPTV*

XXII. 12 gestio me] gestionem *L* 13 reseresse *L*[1] 14 exspectatione *LV* opperior *V* 16 accidere *B* habes *Sirm.* 17 conditio *L* 19 epistulares *B* 20 actorem *T*

XXIII. 27 honoris aestas *L* non *om.* *T*

umbram cogeret: ego potius culmen uestrum de tabellarum abstinentia iure culparem, qui, postquam ad urbem Romam profecti estis, nulla me recordationis fruge subleuauit. sed uide, per rerum prouidentiam quam cauta est seniorum dispensatio et fabricatis plena sermonibus: praeuenitur querelis innocentia et, ne dolorem suum in lucem producat, arguitur: fit rea, ne faciat. ergo haec mihi digrediens promissa contuleras? hac deosculatum fiducia subleuasti, ut crederem mei inmemores uos futuros? an ad aliud adtributae sunt paginae, nisi ut secreta pectorum oris claue manifestent? sed abstineo prolixitate paginali, ne grandiorem generet confabulatio producta rancorem. ad salutationis obsequia me reduco rogans, ut pro me apud apostolos dei preces effundas, ut eorum beneficiis mortalis angustiae superetur obscenitas et de puro mandatorum caelestium tramite mens serena gratuletur.

XXIIII.

LACONIO ENNODIVS.

Bene cupitis superna dispensatio dedit effectum et de negotiosi occasione conloquii fraternam refouens diligentiam quod putabatur necessarium fecit optabile. hinc caelestis cura nepti meae procum non omnino a sanguine nostro peregrinantem iussit accedere, ut, dum consulendi instat opportunitas, sancto amori pabula praestarentur. uix sustinebam fateor procurati studia longa silentii, sed interpres mitior putabam adplicandum timori quod subducebatur affectui. deo gratias, qui ad usum stili fraternitatem uestram reduxit et gratiae. diuinis tamen legibus cognationem indiculo conprehensam in matrimonio licere sociari sine dubitatione noueritis. sed continuo ad urbem Romam

1 debellatum *T* 3 subleuasti *b*, subleuastis *P et Sirm.* 5 preuenitur *B* quaerelis *B* 6 do*lorem *B* 8 ut] ne *Pb* immemores *T* 9 futuros an ad *T in ras. m. 2* ad *om. BLV* 13 praeces *B*

XXIIII. 19 occăsione *L*[1] 22 accidere *B* oportunitas *BLPTVb* 25 subduceretur *P* 26 uestram *add. in mg. T m. 2* 27 indico[ulo] *V* cūp̄hensam *L*

homines meos dirigo, exacturus a uenerabili papa super hac parte responsum, ut animum uestrum potioris praecepti firmet auctoritas. domine, ut supra salutationem plenissimam accipientes sanctum quoque et communem patrem parilis noueritis esse sententiae, cuius ad uos per hominem meum, si diuinus fauor adnuerit, cum sedis apostolicae apicibus litteras destinabo.

XXV.

AVITO ENNODIVS.

Quam saepe aliena peccata nos ingrauant et quod a nobis non oritur iure nostro inputatur excessui! ex me didici fidem ueterum non perire, dum per negotia nouella cana poetarum reparatur adnuntiatio. de me dictum aestimo: d e c i d i t i n f e l i x a l i e n o u u l n e r e. super expectandae memoriae uiri Sabini filio exhibetur praefata concinnatio, qui hactenus aegritudinis tentus obstaculis sine uitio suo constituta uiolauit. fateor paene animum meum reum fecerat magnitudinis uestrae diues adsertio et credebam culpam esse propriam, quam conscientia non habebat. ecce, ut primum in bonam ualitudinem reductus est, Mediolanum cum summa properatione commeauit. cetera apud uos alleganda esse non credidi, quia qui commendat magnis uiris iustitiam obliuionem uidetur aequitatis opponere. domine mi, salutationis plenissimae munus exhibeo et, quod

12 Verg. Aen. X 781 sternitur infelix alieno uolnere

1 exacturos *B* 2 nostrum *T* fimet (r *superscr.*) *B* 3 accipientis *B* 6 distinabo *B*

XXV. *alterum huius epistulae apographum in libris BLTVb post Epist. VI 12 legitur* ($B_2L_2T_2V_2b_2$) ennodius auito L_2 10 inputatur B_1B_2, imputatur $L_2T_2V_2b_1b_2$, imputetur $L_1PT_1V_1$ 12 adnunciatio B_2 dictum (u *in ras.*) B_1 decidit Pb_1, decedit B_2, decidet $B_1L_1L_2T_1T_2V_1V_2b_2$ 13 exspectandae L_2V_2 mamorię L_2 14 sauini $B_1B_2L_1L_2PT_1T_2V_1V_2b_1$ hactinus B_1, actenus B_2 egritudinis B_1L_2 16 paene $L_1L_2V_2$, pene *rell.* ur̃e T_2, ẽe T_1 17 diuis B_1B_2 quem T_2 18 ualetudinem B_2b_2 20 alliganda $B_1B_2T_2V_2$ 21 supponere *fort.* 22 mihi $B_1B_2L_1L_2V_1V_2$ ex*ibes L_1

superest, quaeso ut status circa me gratiae uestrae, quamuis sit plenissimus, adhuc tamen recipere cogatur augmenta.

XXVI.

AGAPITO ENNODIVS.

Resistunt peccata desideriis et ut meritorum status delinquentibus innotescat, a labiorum proximitate cupita subtrahuntur. acrius adfligunt oblata, cum pereunt: potior sitis est, quam undarum gustus exaggerat: non urunt memoriam prima fronte negata beneficia: quis ferat ingestam oculis aequo animo se perdidisse dulcedinem? sed recte ista ad supernam remittuntur prouidentiam, qua caelestis dispensatio mysterii idcirco humanis dispositionibus manus opponit, ut uotorum praestet effectum. sanctus pater uester libenter se pariturum iussioni magnitudinis uestrae fuerat de mea occursione pollicitus, sed animum eius in diuersam partem pro utilitate, quantum dicit, ecclesiae superuenientia rapuere consilia, sicut praefati pagina ad uos directa declarauit. praestolatur tamen super negotio designato magnitudinis uestrae secunda conloquia, quo manifestius in fratris uestri Fausti patricii utilitate me esse necessarium reseretur, cuius gratiae nihil sibi aestimat liberum denegare. quod restat, obsequii mei humilitate suscepta precor, ut caeli opifex, qui culmini uestro paruitatis meae curam est dignatus infundere, ipse per uos sequenda disponat.

XXVII.

EVGENETI ENNODIVS.

Supra modum me sollicitant procurati studia indefessa silentii et licet animus in statione sit positus, contristat sermonis abs-

1 satus B_2 uestrae *om.* T_1 2 cogitatur L_1L_2 agmenta T_2, augmente L_1; explic̃ *add.* B_2

XXVI. 6 sub*trahuntur (*pr.* t *corr.*) *B* 8 exagerat *T* 11 qua *scripsi*, quae *BLTV*, quoniam *Pb* celestis *LTV* 12 praestit *B*, prestet *LV* 14 occursione] occasiione *b* 17 praestulatur *B* 19 uestri *om.* *T* patrici *B* utilitati *L* 21 degare (ne *s. l.*) *B*, derogare *Sirm.* praecor *B* 22 caeli *om. Sirm.* uestrae *Sirm.*

XXVII. 25 eugeniti *B* 26 procuratori *L* 27 contristat tamen *Pb* (tñ *P s. l.*)

tinentia, qui uiuis imaginibus secretum pectoris oris claue manifestat. patior quidem interdum caritatem sub paginarum promulgatione simulari, numquam tamen credo his muniis abstinere qui diligunt. referat forte magnitudo uestra publicae occupationis curam locum scriptis familiaribus non dedisse. sed idem status erat, cum praecedente tempore conloquia culmen uestrum crebra praestabat nec ita aulicis deputatus premebatur excubiis, ut promissi amoris memoriam non haberet. quis fauis toxica, quis caenum fontibus clandestinus susurrator admiscuit? aut forte quod fuerat de affectione subreptum ad iudicium rettulistis? sed ego occupare uos paginarum promulgatione non differo, ut ad usum ueterem cessantibus promissae dignationis stimulis uel garrulitatis meae prouocati fruge redeatis. domine mi, obsequium salutationis plena humilitate persoluens indico me uestris cupidum esse aspectibus praesentari, si tamen faciendum perpensis quae uobis cordi esse non dubito rescribatis.

1 qui *scripsi*, quae *BLTVb* 3 nunquam *V* 6 praecidenti *B* 7 aulicis deputatas ita *LTVb* praemebatur *B* 9 cenum *T* susurratur *B* 11 retulistis *LTV* 12 differo *Bb*, defero *LTV* 14 mihi *BLV* salutationis obsequium *Sirm.* 15 cupidium *B*

LIBER SEXTVS.

I.

ENNODIVS PARTENIO.

Nisi te efflictim diligerem et pii amoris soliditas indemutabili radice constaret, possem iuiuriarum dolore prouocatus, uel cum pueriliter irasceris uel cum adroganter supplicas, conmoueri: nihil enim inuenio, quod sit fabricata humilitate superbius. praefero contumelias fucatae frontis obsequiis: transit amaritudinem dulcedo simulata. non opus est deprecationibus, si quae te catena nectat intellegis. poscant pro excessibus ueniam quibus est liberum non parere. ita famulos nobis iudicii caelestis claritudo deputauit, ut in quacumque mens parte deflexerit illorum necessitas inclinetur. ille expectat clemens, qui destrictum, si uelit, refutare possit imperium. haud procul te ab hoc ordine euagari potestas mihi a deo adtributa patietur. optare te conuenit, ne mansuetudinem, quam in me praedicas, meritorum tuorum consideratio iusta deuenustet et pietatis tramitem culparum multitudo depretiet. licet, ni fallor, misericorditer uindicta comitatur errantem nec ulla est potior patientia nisi quae uitiis aditum non recludit, a te tamen facessat indignatio nostra, quia quod deliqueris non inclusus dolor et gratia fallente seruatus sed uerbera castigabunt. nunc uno modo in cicatricem cogere uulnera intemperatis sermonibus

I. 2 paternio *L* 3 efflictem *BLTV*, efflicte *P*, afflicte *b* amoris] cordis *Sirm.* 4 possim *B* 6 humilitate — fucatae *om.* B^1 *add. in mg. corr.* 7 perfero *T* 8 depraecationibus *B* 9 pro *uncinauit Schottus* 10 pro quibus *Pb* caelestis iudicii *Sirm.* 12 expectatat *B*, exspectat *LV* 13 uellit *BL* haut *TL*, ʰaut *B* 17 depretietur L^1 *ut uidetur* 18 uendicta B^1 19 non r.] intercludit *T et in mg. P* tamen] non *T* 20 uestra *T* 21 falente *L*

ingesta praeualebis, si te per culmina liberalis studii ingenuum doctrina monstrauerit. ueniam nisi peritia suffragante non exiges: mutata qua notus sum lege parcendi circa desidem saeuitiam sub perennitate seruabo. quod restat, deum precor, ut ualeas et de uersibus tuis caelesti fauore comitatus spem augeas, quam dedisti.

II.

ENNODIVS FAVSTO.

Summa gaudiorum est opportunitas perlatoris, qui minister diligentiae per necessitates suas desideriis obsequium praestat alienis. hunc quidem honestas commendat et peregrinus ab officio mercatoris pudor insinuat. iungitur quod ei notitia culminis uestri ad fidem probitatis accessit. nam scriptionis uenerandae frugibus ipso commeante satiatus sum. refundo ergo depositum officii lege constrictus et quem in Liguria positum pro uirium mediocritate suscepi ad potissima patrocinia tabella prosequente trasmitto. quod superest, reuerentiae uestrae quicquid habet humilitas deuotionis offerimus, supplicans, ut litteras uestras uel pro mearum adsiduitate iam merear.

III.

EVPREPIAE ENNODIVS.

Rerum omnium cursus obsequiis corporis, animarum constat imperio: aliud nobilitat caelestis adfinitas, aliud abiectio terrena summittit. nec liberum est, ut quo mens parente deo

23 cf. Sallust. Cat. c. 1

1 perualebis *T* 3 exegis *B* parcedi *L* desidē/// *T* 4 perhennitate *T* 6 dedisti] finit *add. B*

II. 9 oportunitas *BLTV* 11 honestat *L* peregrinus *BPb*, peregrinum *LTV* 13 ura *L*[1] 14 comeante *LV* 16 uirium (*alt.* i *corr.*) *L* postissima *T* 18 debutionis *B* supplicantes *expectes; sed cf. Wiener Studien II p. 233* 19 mearum *Bb*, metrum *LTV*, metū *P* merear] finit *add. B*

III. Epistulas 3—VIII 2 *om. P* 21 eupraepiae *B* 24 summittet *B*, summitet *b* deo parente *LTV*

conlata deflexerit quod de ultimis adsumptum est non sequatur, nec licet militem obuiam manum decretis imperatoris adferre. hinc Crispus adseruit aliud nobis cum dis, aliud cum beluis esse commune. huius secreti ratione cum absentibus peregrinamur et salua membrorum ualitudine amantum febribus aestuamus: per haec uincula nulla itinerum interiectione diuidimur et segregati habitaculis in unum studiis conuenimus. nosti, soror uenerabilis et omnem apud me transgressa dulcedinem, quae praefationem exegisset occasio. nunc aperta tecum et prodiga pudoris fronte congrediar. uix quae ante direxeras blandimenta sustinui: post admonitionem meam duplicia in litteris mella fudisti, quae tota pectoris secreta concuterent et ad desiderium tui captiuam animam relicta corporis sede transferrent. quam timeo ne rursus ad incertum remittatur affectio et cum tota mens diligentiae uela laxauerit, subducta periculum statione patiatur! animus meus quia fuci sit nescius cognouisti nec destabilem inter amantes urbanitatem possit adsumere. tua rursus diuersum sexus et natura pollicetur, ut dicit sapientissimus Salomon: a n i m a, q u a e i n s a t u r i t a t e e s t, f a u i s i n l u d i t. scit uerborum meorum testis et iudex disposuisse me, nisi forte subdolo gratiae sapore decipiar et degustatae caritatis sitienti pocula oblata submoueris, spiritalis coniugii non simulacrum sed ipsam implere ueritatem et dum inter nos unum uelle et unum nolle constiterit, uel quod bonos ad imitationem stimulet uel quod

3 Sallust. Cat. c. 1 19 Prou. 27, 7 24 cf. Sallust. Cat. c. 20

1 adsumptus *B* 3 diis *Tb* belluis *b* 4 ratio *L* 5 et *B add. in mg.* ualiditudine *B* 6 uinc*la *L* itenerum *B* diuidemur *B* 7 saegregati *B* conueniemus *L* 9 exigisset *B*[1] 10 prodigia *L* pudoris *Bb*, furoris *LTV*, uel pudoris *T m. 2 in mg.* 11 dupplicia *T* 12 concurrerent *T* 14 et transferrent *B* 16 peric*lum *L* patiatur (*alt.* t *in ras.*) *B* anim *L* quia] quam *fort.* 17 orbanitatem *Bb*, orbitatem *coni. Schottus* 18 et natura *T in ras. m. 2* 20 eorum *T*[1] 22 sitigenti *B* 23 simulachrum *T* 24 et *scripsi*, ut *B LTVb, nisi forte* ut *pro* scilicet *dixit; cf. Wiener Studien II p. 249* et uñ *T*[1] 25 bonus *B*, beatos *T* imittationem *T*

malos adficiat omnium oculis et mentibus exhibere. tu tantum deo medio aduersus omnem quae ex inuidia nascitur inpugnationem firmam promitte et indemutabilem seruandam esse constantiam. quocirca uale, mi domina, et breui pro maximis admonitione contenta, quia nec epistolaris concinnatio plura patitur nec ratio penetralium paginis debere committi, si ad haec quae indicata sunt uoto et fide respondes, propriae scriptionis testimonio pollicere.

IIII.

FAVSTO ENNODIVS.

Non scripsi, ut amaro incommoditatis meae indicio uos grauarem, sed ut sollicitudinem uestram, quatenus insistat orationibus, conuenirem. male oculos meos ante receptae ualitudinis substantiam inpositus labor accepit: omne a me uobiscum lumen abscessit. sat est significasse quod patior. uestrum est prosperitatem meam a deo, quem precibus placatis, exigere et reseranti litterarum fores crebris opem ferre conloquiis. domine mi, deum quaeso, ut illud a uobis indicari faciat quod me delectet agnoscere.

V.

AVRELIANO ENNODIVS.

Non est fiducia mea praecognitis nudata successibus. ualidus in affectione est quem animo meo diligentiae memorem iusta sum aestimatione pollicitus. gratias tibi, superna dispensatio, quae humanis rebus prosperorum fructum de aduersitatis occasione largiris nec pateris in ordine suo tristia permanere.

1 malus *B* 5 epistolaris (o *in ras.*) *B* 6 penitralium *B* 7 gunt (nt *in ras.*) *B* respondeas *LTV*[1]

IIII. 11 incommendatio *L* 12 quatenus *Bb*, quatinus *LTV* insistat *Bb*, instat *LTV* 15 sat est *LV*, sat ē ut *T*, satis *B*, satis sit *b et B m. rec. in mg.* 18 mihi *BL* 19 delectit *B*

V. 26 largires *B* tristitia *B*

nescio quid magnitudini uestrae hostilis malitia de patrimonii ubertate decerpserit: tamen sub hoc titulo inuictissimi domini multum locupletem gratiam conparauit. bona est iactura substantiae, si incliti notitia principis dispendiis inuenitur: non est facultatum formidanda decessio, si per eam, qui omnes uincat diuitias, summi domini amor adquiritur. huc accedit quod nec illa inminutio, dum facta est lucri mater et honorum uia, inpactae humilitatis potuit tenere substantiam. sic reparata sunt quae inimicus eripuit, ut adhuc gaudiorum cumulum praestoleris. supersunt quae in spe habeantur, cum culmini tuo contigerit maxima iam tenere. his beneficiis caelo auctore conlatis notitiae et communionis nostrae bona iungamus. quando mihi tantum uirum nisi per illa quae praefatus sum contigisset agnoscere? sed augeant superna quae tribuunt et ad quae desideria porriguntur diuina nos cura perducat. quod restat, uale, mi domine, et amantem tui crebris foue conloquiis, quia nisi epistularis concinnatio teneret terminum lege praescriptum, gaudia me in multa uerba diffunderent.

VI.

BOETIO ENNODIVS.

Par quidem fuerat unis litteris magnitudinis tuae respondisse simpliciter nec geminare debere conloquia semel obnoxium: sed cautione ad hoc, non inscitia deuolutus sum. de utrisque enim epistulis una obsequitur debito, altera praestatur affectui. credite, nefas putaui non cum faenore suo restituere quod mens uenerabilis prima contulerat. dulciora sunt ante exemplum bona diligentiae, nec tantum habet uirium aut genii

1 malitiae *L* patrocinii *T* 4 inclyti *BTV* (*sed* y *B corr.*) principiis *B*[1]*L*, principis *V* 6 domina *L*[1] adcedit *B* 9 eripuet *B* grandiorum *fort.* comulum praestuleris *B* 12 notitiae] etiam notitiae *B* 15 diuina *ex* diuitia *T m. 2* nos cura] natura *b et m. rec. s. l. B* 16 mihi *L* 17 perscriptum *B* 18 diffunderēnt *B*

VI. 22 sĩplicit̃ *L* 23 scitia *L* 24 prestatur *LV* affectui. *B* 25 putatjj *T*[1] faenore *V*, foenore *L*, fenore *BT*

qui amicitiarum callem secundus ingreditur: summatim sibi gratiam non potest uindicare cui in amore forma praestatur: inpudentiae est non respondere caritati, cum manifestet res bene orta uirtutem. haec in festinatione perlatoris celer scripsi: latius posthac uerba diffundam nec maciem ingenii mei, dum merita uestra respiciuntur, aspiciam, si tamen desideriis meis tabellarum frequentiam commodetis. domine mi, salutationis uberrimae seruitia dependens quaeso, ut memoriam proximitatis uos habere resignent promulgata sine intermissione conloquia.

VII.

ENNODIVS AVIENO.

Diu est quod desideriis ueracibus suspensus solo litterarum pascor officio: dum enim magnitudinem uestram alloquor, uotiuo me aestimo non deesse conspectui. sed remediis suis animus aegrescit adflicti, et quod diligentiae pabulum inuenitur, hoc magis macerat de amoris fruge ieiunum. uere, domne, sic uos, lumina mea, deus seruet incolumes, quia si aut uires corporis mei siuissent aut festinatio domni, Rauennam totis intentionis meae uiribus expetissem. sed si deus uoluerit, salua uita domni mei patris uestri et domnae matris post pascha cum adiutorio superno ueniam, ut uobis uisis ad spem uitae reualescam. domine mi, salutationem uberrimam dicens precor, ut omnes sanctos orare pro me instantissime procuretis.

1 secundis *LV*, secundis *T* 3 imprudentiae *b et m. rec. B* 4 uirtutum *L* caeler *B* 5 posthac *b*, potest*ac *B*, posthaec *LV*, posthec *T* 7 commedetis *L* mi *Tb*, mihi *BLV* 9 resignent *Bb*, signent *LTV et Sirm.* prouulgata (*alt.* u *in ras.*) *B*

VII. 13 ueracibus suis *L* 14 dum (d *corr.*) *B* 15 mea *Bb* estimo *B* (e *in* ę *corr. m. rec. ?*) 16 egrescit *LTV* diligente *T'* 17 ieiunum *BVb*, ieiunium *LT et Sirm.* domine *Tb* 18 si[c] *B* incolumis *B* aut *T s. l. m. 2* 19 sinissent *T*, sciuissent *b* domini *Tb* 20 sed *om. T* 21 domini *Tb* dominae *Bb*, dn̄e *T* 22 spem *Bb*, opem *LTV et Sirm.* 23 recalescam *V*, recalescam *T*, reualaescã (ua *et* ae *in ras. m. ant.*) *L* mihi *BLV* praecor *B*

VIII.

ENNODIVS SENARIO.

Quamuis pro peccatis meis etiam litterarum uestrarum solacia subducantur, ego tamen memor debiti, quo me per gratiam uestram ut dei memores obligastis, scribere non omitto, sperans, domne Senari, ut deum, quem in me cogitasti, semper attendas et frequenter mihi litterarum uestrarum munus inpertias. domine mi, saluto plurimum reuerentia consueta et inploro, ut per omnes sanctorum basilicas pro adflictione mea deum rogare non desinas.

VIIII.

ENNODIVS FAVSTO.

Quamuis ad tutelam pontificis innocentia officii eius comes adsistat nec opus sit humanis solaciis ei, qui humanitatem professione superauit, scit tamen omnipotens deus me sancti episcopi portitoris praesentium iussioni exactum inpendisse conloquium. diu enim renisus sum, ne arrogans uideretur, si minister antistitem et apud sanctissimam conscientiam potissimum uix mediocris adsereret. sed perfecta oboedientia est quicquid summus exigit non negari. et ideo praelato debitae salutationis obsequio precor, ut ad consolationem multis inpugnationibus praegrauati subsidium conferatis, quatenus singularis boni rem facientes non patiamini inmeritum sacerdotem diuturnae subiacere maestitiae.

X.

ENNODIVS FAVSTO.

Deus, qui bonorum operum animo uestro inseruit affectum, ipse obsequentem sibi longa felicissimum aetate tueatur, quia

VIII. 5 obligastes *B* domine *BTb* (i *add. B m. rec.*) 7 adtendas *L* impitias *L* 8 mihi *BLV*

VIIII. 13 tutellam *B* comis *B* 15 me *om. Bb* 18 antestitem *B* 19 uix *T* 20 exiget *Bb* 22 praegrauatis *Bb* quatinus *LTV*

X. 28 tuaeatur *L*

quamuis innocentia quam fouetis indesinentes pro uobis ducat excubias, obligati tamen beneficiis uestris non possunt quae pro uobis deo debent uota conprimere, quia pro inpensis gratias non referre et deus in carne constitutus exhorruit. utinam tantum ualerem pro rebus uerborum tribuere, quantum sentio me debere! his tamen, quod ad aliam mercedem uestram pertineat, suggerere non omitto, ut cartam, quam in causa Laurenti tabularii Comensis fecistis, inpletam mihi transmitti iubeatis et pro illa caeca muliere, quam Martinus conductor de Modicia obprimit, comitis patrimonii litteras tollatis, quibus iubeatur quod ei abstulit mancipium sine dilatione reformare, quia quod in praesenti in mandatis accepit facere pro rustica temeritate contemnit.

XI.

ENNODIVS AVIENO.

Digresso de Mediolanensi urbe communi domino sola in consolatione remanserunt solacia litterarum, quia dum sermo ad uos dirigitur, aliqua praesentiae uestrae desideriis meis imago blanditur. quod et a uobis domnis meis, ut crebro faciatis, exposco, cogitantes absentiam uestram hac sola posse adsiduitate sustineri. habeant felicissimi uotiuam praesentiam, mihi delicta mea cogitanti epistularis cura sufficiet. domine mi, salutem uberrimam dicens precor, ut et per sanctos dei pro me preces fundere minime desistatis, et domino gratias referre, cuius circa me beneficia etiam insperata tribuuntur.

2 benificiis *B* 3 deo *V s. l.* 4 ex*orruit *L* 5 tribuaere *L* 7 suggere *L* 8 tabulari *BLTVb* comensis] commissis *b et s. l. m. rec. B* 9 modicia *BVb* (*et sic Corp. inscr. lat. V nr. 5742*), moditia *LT* 10 obpraemit *B*, oprimit *T* iubeatis *T et fort. V*[1] 13 contempnit *LTV*

XI. 19 domnis *B*, dominis *LTVb* 20 hac *Bb*, hoc *LTV* 21 adsiduetate *B* sustinere *V*[1] habeňt *B* 22 dilecta *Bb* 23 mihi *BLV* praecor *B* et *om. b* 24 dei] domini *b* prẹces *B* domino *b* 25 referte *Sirm.* inspirata *B*

XII.

LIBERIO, EVGENETI, AGAPITO, SENARIO, ALBINO.

Vberioribus opus est paginis, ubi fides claudicat perlatoris: per amantem mei cultorem uestrum Stephanum diaconum sufficit parca conlocutio, qui transgrediens epistulas in multa uerba diffusas praefert affluentibus necessaria, dum conpendio fidelis arcani alleganda non subprimit. quod restat, ualere me deo auspice nuntians prosperitatis uestrae bona disquiro et plenum reddo salutationis obsequium deprecatus, ut fiduciam meam incorrupta dignationis uestrae non denudet integritas.

XIII.

AVITO ENNODIVS.

Inportunum me facit aliena necessitas, quia debeo pro deprecante sermonem. lex propositi intercessionis refutat auaritiam. nam ad conscientiae meae sarcinam iungitur, si respuam supplicantem. expectandae memoriae Sabini filius ad diem constitutum sententiam praestolaturus occurrit: sed agellum suum utilitatis consideratione est coactus expetere, quia et fideiussor et executor definita die defuerunt. abiurantem me de praefati negotio ultra uilescere baiulus inpulit, ut ad eum nuntios, quatenus rursus occurreret, destinarem, quod me fecisse significo. nunc salutationis meae dicens obsequia in potestate est culminis uestri, in pradicti causa quid iustitia quam fouetis, quid fiducia quam dedistis mereatur, ostendere.

XII. 2 Incip̃ liberio *B*, Ennodius Liberio *Sirm.* eugeniti *B* 4 diac̄ *B*, *om. T* 6 praefert] preces *b* 7 archani *T* alligi-ganda *BLb* subpremit *B* 10 integritas] explic̄ *add. B. hanc epistulam in libris BLTVb sequitur alterum Epist. V 25 repetitae exemplum*

XIII. 12 item auito *BLTV* 13 importunium *T*[1] fecit *V* 16 exspectande *L* 17 praestulaturus *B* occurret *Bb* 18 consideratione *Bb*, ratione *LTV et Sirm.* 19 executor *B*[2]*b* definita] defuncta *Sirm.* 20 uilescere *Tb*, uiliscere *BLV* ut *Bb*, *om. LTV* 21 nuntius *L*, nuncius *b* quatenus *Bb*, quatinus *LTV* 23 predicti *V*, praedicta *Bb* 24 fouetes *B* ostendere] explic̄ *add. B*

XIIII.

AVITO ENNODIVS.

Scio mea apud uos clamare silentia nec quicquam fieri quod non secreta interpretatione teneatur. ego tamen ab scriptione non destiti nec sublimis memoriae uiri Sabini filium fabricato ingenio a iudicatione subtraxi, qui uiolentias in agello suo perpessus hactenus operam dicitur nauasse cum barbaris. credite mihi, aderit securus examini et disceptationem uestram sine aliqua formidine ueniet ingressurus. domine mi, salutati reuerentiam dicens precor, ut personam meam tanti habeatis insitae dudum affectionis recordatione fulcire.

XV.

FAVSTO ENNODIVS.

Bene prouidentia superna disponit, ut dum a me beneficia postulantur, sic sollicitudo mea uotiuos inueniat perlatores. facessat negare aliis quod mihi tribuo et illud auaritia sordente continere quod subleuat largientem. Simplicianus praesentium baiulus adulescens nobilissimus natalem scientiae sedem Romam conatus expetere hoc sibi credidit pro singulari euenire conpendio, si ad notitiam culminis uestri duce pagina perueniret. cui ego nequaquam uolui cupita subtrahere, sciens consuetudinis uestrae esse quod reliqui faciunt exorati. nunc, mi domine, seruitia salutationis accipientes facite, ut praefatum peregrinationis dura non onerent meque crebra scriptionis uestrae per hanc inpetratam frequentiam releuare munia non desistant.

XIIII. 2 ennodius auito *B* 3 quidquam *Lb* 4 ab *B*[1], a *B*[2]*LTVb* 5 distiti *B* uiri memoriae *LTV* 7 actenus *B* 8 exanimi *b et m. rec. s. l. B* 9 $\overset{\text{i}}{\text{m}}$ *T*, mihi *BLV* 10 praecor *B*

XV. 15 p̄stolantur *T* 18 adoliscens *B* 21 subtraere *B* 23 mihi *B* 24 onerent *b*, honerent *BTV* (*prius* e *in ras. corr. B*), honorent *L*

XVI.

ENNODIVS LVMINOSO.

Non deberent esse negotiosa conloquia, quae pro remedio sibi amor inuenit, nec religionis stipendium ad necessaria nos oporteret euocare commercia, quia dulce esset epistularum munia soli militare concordiae nec rem diligentiae in aucupia transferre conpendii! sed res ad hoc rediit, ut nisi senior caritas, quae inter nos ab ipso uitae limine sumpsit exordium et per uarias profectuum uires messem gratiae perduxit ad aream, conpulsa pro meis partibus stimulo scriptionis adsurgat, grandi ingratitudinis et detrimentorum sterilitate percutiar. meminit amplitudo uestra quae de expensis, quae apud Rauennam episcopus meus fecerat, me ei redhibitionem promittente, pro sedis apostolicae utilitate, uobiscum fuerit conlocutus: de qua restituenda celerem promiseratis effectum. sed pro peccatis meis nescio qui casus manus opposuit. de qua ad me praedicti antistitis se conuertit intentio, ut uix indutias ad sacratissimam urbem tribuerit destinandi. nunc post deum in uobis causa est, qui potestis et personam meam offensione pontificis et detrimentis eripere, ne officium fidei mihi uni peperisse uideatur aduersa. domine mi, salutationis munera persoluens deum precor, ut animum uestrum ad utilitatis meae considerationem incunctanter inuitet. ego quid amplius facerem inuenire non potui, nisi ut cum allegatione manifesta fidum mihi dirigerem perlatorem.

XVI. 3 quę *B s. l.* 5 , quia] ! quam *fort.* 8 lumine V^1 *et Sirm.* 9 profect*um *L* uices *fort.* 12 meminet *B* expensis qua' *T* episcopos *B* 13 redibitionem BT^1V, retributionem *L* 14 apostolice *B* coillocutus *T* 15 peccatis meis *V in ras.* 16 opposuit manus *LTV* 17 antestitis *B* inducias (c *ex* t *corr.*) *B* 18 tribueret *L* destinandus *Bb* 19 offensioni *L* pontificis] mei *add. LTV* 20 uideatur peperisse *LTV* 21 mihi *BLV* dominum *b et Sirm.* 23 quidē B^1 *ut uidetur* 24 fidem *Bb*

XVII.

ENNODIVS MARCELLINO EPISCOPO.

Magnifici uiri domni Stephanioni filii uestri facit dignatio, ut beatitudini uestrae legendus occurram, cuius beneficio itineris caritas detrimenta non patitur et quod praesentia non ualet sermone conpensat. his ergo seruitia apostolatui uestro debita repraesentans quaero, ut me orationum suffragio subleuetis, quatenus insertus uenerabili conscientiae de omni merear dignationis uestrae fruge gratulari, quia fiduciae meae coronam uestram non ambigo responsuram.

XVIII.

ENNODIVS DOMINICAE.

Fecit magnitudo uestra quod et sanctis moribus suis debet et sanguini, ut propinquitatis memoriam silentii non patiatur torpore languescere. in quacumque terrarum parte uiuit adfinitas, nec separantur regionibus parentelae catena sociati. credite mihi, dilectio sancta non deperit nec ullum patitur per diuisiones itinerum natura dispendium. nam generum uestrum tantum mihi noueritis caritatis inpendere, quantum ad uicissitudinem nulla satisfactio existat idonea. quod superest, domina mi, accipientes debitae salutationis affectum, deum precor, ut in bono mutuae felicitatis uidendi uos occasionem conferre dignetur, quatenus sub confabulatione uotiua pia desideria subleuentur.

XVII. 2 episcopo *om.* *T* 3 domini *b* stefanioni *B*, Frefanionis *b* fili *B* 4 iteneris *BV*[1] 6 conpessat *L*[1] (n *in* m *et* ss *in* ns *corr. m. ant.*) 8 quatinus *LTV*

XVIII. 12 dñice *LT*, domniae *B* 14 patiator *B* 15 turpore *B* languiscere *B* 16 parentillae *Bb* 17 ^{de}perit *V*, deberet *Bb* 18 diuisiones *scripsi*, diuisionis *BTVb*, diuersionis *L* itenerum *BV*, itinera *Sirm.* 21 mihi *BLV* accipientis *BLb* 23 quatinus *T*

XVIIII.

ENNODIVS FAVSTO.

Postquam desideriis meis uidendi uos facultas elapsa est, iterum ad litteras mens reuertit: cogitur abiuratum poscere paginale subsidium et institutam melioribus copiis animam quasi uilioris cibi alere aut sustentare conmercio. o quam graue est, quotiens uariis necessitatibus obsequentem fugitiua libertas ad noua instituta transducit! quae dura sunt continuatione franguntur: multum de grauitate oneris usus incidit: flebilis condicio ad optata quae non sunt mansura perducit: leuior sors est curis iugibus occupati. hoc sum infelicior peccatorum fasce, quod de bonarum rerum sapore gustaui. sed hinc alias. deo relinquenda sunt quae humano remedium nesciunt habere consilio. uobis interim reuerentiam salutationis inpendens reditus mei facere indicia non omisi, cupiens pari scriptionis uestrae hilaritate releuari.

XX.

ENNODIVS FAVSTO.

Ignoratur bonorum sapor in prosperis: uix dinoscitur superni qualitas beneficii, dum tenetur: post migrationem cupita dulcescunt: desiderii pretia in manibus constituta nescimus. uere fateor, quamdiu Rauenna uos habuit, sinistrum omen credidi cogitare quae patior nec inter res secundas quasi malignus propriae felicitatis interpres quae per absentiam uestram euenire poterant suspiraui. non debui merita mea, si ab homine non separarer, agnoscere nec intellegere fugitiuum esse quod sectanti peccata blanditur. sed quid epistolaris concinnatio castigatae terminum dictionis excedit? ferat his rebus medelam cuius

XVIIII. 4 reuertitur *b* adiuratum *T sed* d *ex* b *corr. uidetur* 5 cupi|is (d above) *B* d *s. l. m. rec.*, cupidis *b* 8 ad (d *in ras.*) *L* 9 honeris B^1T, honoris B^2b 10 conditio *BLTb* 14 interim] iterum *Bb* 15 incidia *L*

XX. 24 abstinentiam L^1 26 sectandi T^1 28 excedet *B* medellam B^1

imperio uniuersa famulantur. ego tamen, propter quod adtributae sunt paginae, ualeo substantia corporali et per haec munia sub dei ope, ut prosperitas uestra nuntietur, expecto. accipite ergo obsequia mea, et si quid inter haec, quae mecum geri didicistis, euentus dexter adtulerit, sine dissimulationis obstaculo nuntiate.

XXI.

ENNODIVS FAVSTO.

In occasione rapui soluendae humilitatis personam domestici perlatoris. desideriis meis militabit quod in aliorum negotiorum efficacia prouidistis. fateor, durum credidi uicinior litteras denegare, qui numquam potui in longinquo constitutus abstinere conloquiis. uisus enim mihi sum Rauennatibus occupatus excubiis magnitudinem uestram quadam mentis dextera contigisse. idcirco ad leuamen desiderii scripta prorogaui, ut quod uiuis subtrahebatur affatibus lectione pensarem. ergo honorem salutati exhibens rogo, ut me huiusmodi, quotiens opportunitas ingesta fuerit, remediis subleuetis, in quibus absentia unicum habet diuina prouisione subsidium. agnouistis quae sit curatio affectione languenti: uestrum est medelam aegris animis non negare.

XXII.

ENNODIVS EVGENETI.

Diligentia est multiplicium causa paginarum. reuerentiae uestrae debetur quod ab scriptione non tempero. testis gaudii

3 subdī (dum) *B* dum *s. l. m. rec.*, subleuor *b* ut] ac *ex* at *corr. B*, ac *b* nuntiatur *B m. rec. s. l.*, nunciatur *b* exspecto *LV*, expeto *b* 5 dedicistis *B*

XXI. 11 efficatia *ex* efficia *L m. ant.* 13 rauennātibus *L*[1] excubiis occupatus *T*, occupatus studiis (excubiis) *V*, occupatus excubiis studiis *L* 15 iccirco *T* uiuis (*alt.* u *corr.*) *B*, uiui *L* 17 huiusmodo *L*[1] oportunitas *BLTVb* 18 subletis *B* 20 medellam *B*[1] animus *B*[1]*L*

XXII. 25 ab *B*[1]*L*, a *B*[2]*TVb*

non patitur uox defectum, quia statum ualitudinis uestrae laetus excepi. ualete.

XXIII.

ENNODIVS PARTENIO.

Deo auspice dilectionis tuae primordia conualescant: adsit desideriis communibus per quem uires studia sortiuntur. declarasti te scriptionis luce urbem amicam liberalibus studiis iam tenere: praemisisti in foribus quod auara parentum uota superaret. non sum dictionis tuae rigidus aestimator nec respuo tenuitatem praesentium, cui secutura blandiuntur. quotiens uomeribus terram scribimus, animus de spe uenturae frugis eleuatur: semper de herbis aristarum diuitias amicus arationis intellegit: diligens rusticandi adhuc in cano flore pomorum populos iam metitur. facessat aduersitas et quicquid pariunt peccata discedat. ductus mihi oratiunculae tuae etsi eloquentiae nitore non subsistit, Latiaris tamen uenae sapore radiauit: fluxit sermo non absonus, lectionis tamen opibus ampliandus. sed quid ego post tantum iudicem, cuius auribus operis tui concinnationem placere signasti, quasi post olores anser strepui? illi quicumque placuit examen securus ingreditur: facundia ab illo praedicata praeualet fauorem etiam ab inimicis exigere. labora ergo, ut felix bene coepta euentus extollat, honestorum te obsequiis indesinenter inpende: eos qui consortio te suo polluunt debens monitis nostris reuerentiam uelut ueneni poculum fuge: profectum tuum paginis scire cupido semper

1 uox non patitur *LTV* 2 ualete *om. Bb*

XXIII. 4 partinio *Bb*, paternio *L* 5 conual*scant *L* 11 scribemus *B*, scindimus *b et s. l. m. rec. B* 12 eleuatur *V in ras.* arationis *scripsi*, rationis *BLTV*, nationis *b*, sationis *coni. Schottus* 13 ////rusticandi *L*, rustigandi *B* 14 populos *Schottus et Sirm.*, populus *BLTVb* (us *in T corr.*) 15 eloquentiae (el *in ras.*) *B* 16 *latiaris *L* 17 non—ampliandus *om. B add. in mg. corr.* absonis *L*[1] 19 concinnationem operis tui *LTV* resignasti *fort.* 20 cuicumque *coni. Schottus* facondia *T*[1] 21 faborem *B* 22 cepta *T* 23 te *scripsi*, se *LTV*, *om. Bb* 24 debens (s *ex* t *fort. corr.*) *L*, debetis *coni. Schottus* ueni (ne *supra*) *B*

adnuntia. quod superest, uale et omnibus superni fauoris iutus auxiliis familiae tuae de peritiae messe responde.

XXIIII.

ENNODIVS ARCHOTAMIAE.

Quamuis ius affectionis consanguinitatis lege constrictum regionum prolixitate non pereat nec catena generis, quae animas nectit, terrarum separatione diuidatur, attamen pabulum caritatis est aut uidere aut officio sermonis appellare quem diligas: nescirentur secreta mentium nisi proditione linguarum. haec in usu uocauit antiquitas, ut illa, quae pectoribus clausa sunt, non laterent. ego Gallias, quae totum me propter uos sibi uindicant, si oculis non inspicio, affectione non desero. gratias tamen praesentium perlatori, qui necessitatis suae occasione desideriis meis praestitit, ut inter aestus animorum, quibus baiulus deerat, optatum praeberet officium. salutans ergo seruitio debito precor, ut portitor beneficii sui uicem recipiat et qui in gaudio meo opitulatus est suis uotis restitutum per me credat effectum.

XXV.

ENNODIVS FAVSTO.

Scit magnitudo uestra quo me honorent praeiudicio studiorum liberalium sectatores tamquam rem sibi debitam commendationis meae scripta poscentes. in usu est uos beneficia, me uerba conferre et magnitudinem rerum desiderium uincere postulantis. si ab his muniis temperem, saluo munerum uestrorum genio, ego uotum beniuoli non habebo. perlator praesentium

1 iutus *LTV*, iustus *Bb*, adiutus *Sirm.*, iussus *coni. Schottus*

XXIIII. 4 arcotamie *T* 5 affectionis ius *LTV* 6 prolexitate *B* 7 nectet *Bb* 9 nesciuntur *LTV* 10 cl*usa *L* (a *eras.*) 12 uendicant *B* (*corr. rec. ?*) *Tb* 14 prestitit *B* 16 portitor] potior *Bb* benificii *B*

XXV. 21 honerent *B sed* onorent *s. l. m. rec. B*, onerent *b* 22 sectatoris *B* 23 usum *B*[1]*LT*[1]*V* 24 magnitudine *BTb* rerum] uestram *fort.* 25 salua *B*[1] (*ut uidetur*) *b* 26 beniuoli *B*[1]*LTV* //non *B* habeo *T*[1]*b*

Pertinax teste apud uos natalium suorum pudore uulgabitur, qui in adstipulatione stemmatis usurus est bono uerecundiae, per quem indiciis ualitudinis meae pro uestro desiderio factis precor, ut fiduciae suae fructum capiat ex dignationis uestrae messe locupletem, et quotiens uotiuus conmeantum cursus accesserit, ad subleuandum me quas in amoris solacio accipitis paginas destinate.

XXVI.

ENNODIVS EVPREPIAE.

Debentur quidem necessitati silentia, sed scripta diligentiae: exigit metus abstinentiam tabellarum, sed interdum cedit affectui. uix aliquibus adquiescit obstaculis mens amantis: feruet ad redhibenda gratiae stipendia potius cum uetatur. ecce praelocutus quae me causa ab his muniis suspenderet relinquo conscientiae uestrae quae faciat obsequentem. deum tamen precatus in bona me ualitudine uel Lupicinum nostrum esse significo, hoc de uobis cupiens quae a me sunt prorogata cognoscere. nolo tamen curam uestram sequestrati pignoris fasce deprimatis. credite conscientiae meae, plus illi per studium debeo quam ipsa exhibere poteras per naturam. utinam ingenium illius beneficia superna meliorent. uere dico, uobis ad longiora digredientibus utriusque parentis sollicitudo me respicit, quam potuimus in unum positi cum ambitione partiri. domina mi, salutationem plenissimam dicens precor, ut tantum mihi caritatis et orationis suffragium concedatis, quantum me ad desiderii uestri effectum tendere conprobastis.

1 testem *Bb* 2 abstipulatione *B* stimmatis *B* usurus (us *in ras.*) *L* 5 commeantium *T* accerserit *b* 6 solatio *LV*, silentio *T* accipites *B* 7 distinate *B*

XXVI. 9 eupraepiae *BV* 11 cedit *T*, cedet *BLVb* 12 obstac·lis *L* 13 ad *T s. l.* redibenda *B*[1]*LTV* stipendiae *L* 14 suspendit *T* it *ex* et *corr.* 16 me· *B* a *s. l. m. rec.*, mea *b* uel (u *in ras.*) *B* lopicinum *BLV*, lopicinium *T*; Vellopicinum (*om.* uel) *b* 17 sigco *T* que ad me *T*, quę· me *L* 19 depremates *B* 23 respicet *B* 24 m (i s. l.) *T*, mihi *BLVb* plenam *LTV* 25 ordinationis *L* suffragiom (u s. l.) *V* concidatis *B*

XXVII.

ENNODIVS SENARIO.

Vber conscientiam uestram pro superna dispensatione uicissitudo comitetur: reddat pro paruitate mea altissimus quod agnoscit a uobis, qui semper amantibus fideles extitistis, fuisse conlatum. certus portus est pectoris uestri inuenisse diligentiam: estis hac conuersatione praediti, ut amicorum spem beneficii conlatione uincatis. secundam admonitionem desidero, ut iniunctum iter adripiam: date felicem dexteram humilitati meae et prospera mecum uestra diuidite. domine mi, salutationis obsequia praesentans quaeso, ut si rerum dominus apud Rauennam feliciter commorabitur indicetis, quatenus sine ambiguo praecepta uestra perficiam.

XXVIII.

ENNODIVS GVDILEVO.

Solent quibus felicitas et potentia deo ordinante conceditur humiles consolari officio litterarum et prospera sua paginarum promulgatione partiri. ego multo tempore ut his subleuarer muniis expectaui, sed cessantibus uobis necessarium credidi non tacere, ut quod amor non exigit iuxta euangelicam lectionem mereatur inportunitas. domine mi, salutationem plenissimam dicens quaeso, ut me antiquum cultorem uestrum illo foueatis quo olim promisistis affectu et prospera uestra paginarum me faciatis directione cognoscere.

XXVII. 3 urãm (u *ex* n *corr.*) *L* 4 prauitate *B*[1] altissimis *T*[1] 5 fideles *b*, fidelis *BLTV* extitistis (stis *in ras.*) *L* 7 praecundam *B* (diti — uincatis *om.* *B* *add. corr. in mg.*) 8 consolatione *T* 11 m *T*, mihi *BLVb* praesentans *Bb*, praestans *LTV* 13 quatinus *T*

XXVIII. 17 humilis *B* 18 subleuaretur *T*[1] 19 exspectaui *LV* 20 laectionem *L*[1] 21 merat pportunitas *T*[1] m *T*, mihi *BLVb* 22 anticum *B* 23 affectui *L* 24 dilectione *T*[1]

XXIX.

ENNODIVS FAVSTO.

Quamuis sublimi uiro et omni integritate praedito Sabino Romam properante tute paginarum officia commisissem, ut resignanda per litteras fidelis relator adsereret, attamen sollicitudini meae debui duplicibus magnitudinem uestram indiciis informare, ut perlator ex litteris securus principium narrationis adsumat. haec scripto degustata sufficiant: ad illud reuertor, propter quod epistolae destinantur. ualere me corpore nuntio deo supplicans, ut statum animae de uestra faciat prosperitate reparari.

XXX.

ENNODIVS FAVSTO.

Non potest doloris magnitudinem eloqui oris infantia, qui mihi de illa re contigit, quod harum perlatoribus ad Liguriam destinatis ab scriptione temperastis, quorum commeationem uos ignorasse non credidi, et praesentiam magnitudinis uestrae a petitionis qualitate deprehendi: datur enim inueniri a dispositis tractatorem. me tamen urunt epistolarum feriae, quas ad leuamen maeroris mei etiam occupatissimi reppulistis. nunc ad uota redeo. ualete, mi domini, et caelestem circa uos gratiam multiplici resignate conloquio. partum est enim actibus uestris quietis tempore de ea quae in laboribus sata est innocentiae messe gaudere.

XXXI.

DOMNO PAPAE ENNODIVS.

Peruigil beatitudinis uestrae cura quasi coram positos in quocumque loci sint obsequentes adtendit et sine ullis feriis,

XXVIIII. 3 predicto *B* sauino *BLTV* 4 properanti *fort.* cõmi*sẽ (sis *superscr.*) *L* (s *eras.*) 6 indicis (i *superscr.*) *V* 7 principuum *L* 8 sufficiat *Bb* 9 distinantur *Bb* nunctio *L* 10 **animae *B*
XXX. 15 ad ligoriam *B*, allegoriam *b* 16 distinatis *B* ab *LTV*, ad B^1, a B^2b cõme***ationem (mor? *eras.*) *L* 17 a *corr. uidetur B* 18 dator *B* 20 meroris B^1TV, moeroris B^2b reppolistis *B*, repulistis *Tb* 21 dñe *T* 22 resignare T^1
XXXI. *Epist. 31—34* ferias dari *om. B* 26 domnino *b* 27 positum *b* 28 adtendit *b*, attendit *LTV*

dum gratiae suffragium praestat expertis, inuitat extraneos. etenim plures ex spectaculo fructus capiuntur laboris alieni, quia discit operam nauare in cuius oculis redduntur praemia sudoris et fidei. atque utinam par uotis esset effectus et quod didici pro religione cupere daretur implere! domine mi, famulatus mei humilitatem exhibens parca in maximis elocutione contentus quid domnus episcopus frater uester super directa legatione senserit patefaciendum praefati litteris derelinquo.

XXXII.

ENNODIVS AVIENO.

Cum semper sint litterarum inter amantes iucunda commercia et ex his muniis, etiam si Spartana adhibeatur breuitas, gaudia prolixa nascantur sintque huiusmodi officia remedio absentibus, uotiua sollicitis, attamen aeger animus super eorum de quibus pendet prosperitate iactatur et hac tantum curatione respirat, quam cum negat anxiis is, qui nullo labascit incerto, resignat se diligentia non teneri. pauerunt diu animum meum a magnitudine uestra destinata colloquia et hilaritati congrua pabula praestiterunt. quorum nunc abstinentia non adfert tristitiam, sed cogit ad exitium. potuit enim saluti opem tribuere quod ante militauit affectui: abiurata est caritatis religio, quando profutura meae ualitudini uerba denegantur. agnouistis quid fecerunt silentia uestra, quibus emendatione succurrite: nam apud uos si mei non dominatur obliuio, scriptione mutantur. domine mi, salutem largissimam referens deum deprecor, ut aestibus meis superni dispensatio fauoris occurrat et in solacio maerorum meorum illa a uobis indicari faciat, quae delectet agnosci.

1 expertes *T* 2 ex *b*, de *LTV* fructu *b* 3 reddunt *L* 5 cupere *T*[2]*b*, cuperem *LT*[1]*V et Sirm.* m̍ *T*, mihi *LVb* famulatis *T*[1] 7 dominus *b*

XXXII. 11 iocunda *Tb* 14 eger *LTV* 15 pendet *T*[2], pendit *LT*[1]*Vb* 17 se] sed *b* 20 exitum *b* 22 ualetudini *b* 23 fecerint *b* 24 dominantur *L* mutentur *fort.* 25 mihi *LVb* dominum *b* precor *T* 26 dispensatio *scripsi*, dispositio *LTV et Sirm.*, dispositione *b* occurat *L* solatio *LTVb* 27 moerorum *b*, merorum *LTV*

XXXIII.

ENNODIVS HORMISDAE ET DIOSCORO.

Scio conscientiam religiosam grande aestimare compendium, si praestandi nascatur occasio, his maxime quos deuotos extitisse meminerunt. ergo quamuis prima reuerentiae uestrae causa sit scripta mittendi et utilitatis adlegatio sit subicienda diligentiae, attamen anxius animus saepe necessaria praeponit affectui. retinet fraternitas uestra domnum papam de expensa, quam episcopus meus apud Rauennam pro eius utilitate me spondente fecerat, restitutionem fuisse pollicitum. sed actum est, ut uix ad uos dirigendi praestaret indutias, et de mea sibi satisfaciendum esse substantia protestatur. nunc quia grandis summa non est quae reposcitur et summum est beneficium me ab ingratitudine eius, quae uidetur iusta, subtrahere, ordinate quod uobis retributio superna compenset. domini mi, salutem abundantissimam reddens deum quaeso, qui animis uestris quod me subleuare possit inspiret. ego autem adfui partibus meis, qui cum contestatione maeroris per paginas indicati direxi fidelissimum perlatorem, qui nobis perferenda sine inminutione suscipiat.

XXXIIII.

ENNODIVS FAVSTO ALBO.

Quamuis magnitudo uestra per longum silentium obliuionem mei fuerit contestata et dum ab epistolaribus muniis tem-

2 hormisde *TV*, ormisdae *b* diochoro *LVb*, dioscorio *T* 3 religio**sam (ni *eras.*) grandam *L*, grande religiosam *T* 4 nascantur *L* 6 allegatio *LTV* 8 dominum *Tb* 9 qua *b* utilitatē espondente *L* 10 fuisse] suis fecisse *L* actum est *om. b* 11 diligendi *T*[1] inducias *Vb* 12 protestetur *T* ***nunc *L* (nunc *eras. uidetur*), sed nunc *b* 13 quare poscitur *b* 14 eiusque *b* 15 compensit *b* domine *b* m (i *superscr.*) *T*, mihi *LVb* 16 dominum *b* qui *b*, quo *LV*, *om. T in exitu lineae sed* ut *s. l. m. 2* 18 contestationem *b* moeroris *b*, meroris *LTV* 20 imminutione *TV* suspitiat *T*[1]

XXXIIII. 24 munis (i *superscr.*) *T*

perat, memoriam obsequentis abiecerit, attamen prouidentia caelestis desideriis meis prospera uestra non patitur occultari et uariis indiciis successum circa uos resignat optatum. nunc tamen animus meus usque ad hoc deuinctione productus est, ut proprium ad uos dirigerem perlatorem, qui uiuis pastus aspectibus bona ad me manifesta perducat. credite, domini, magna me uobis esse obligatione constrictum nec ullas pectori meo ferias dari, quibus uisionem uestram non plena intentione disquiram. superest, ut reducta in ecclesia Romana concordia occurrendi uobis contingat occasio. domine mi, salutationem reuerentiae uestrae plenissimam dicens deprecor, ut suggestionem portitoris hominis mei grato suscipiatis auditu et de felicitate uestra uel totius domus statu recurrenti nos instruatis alloquio.

XXXV.

ENNODIVS DOMNINAE.

Inter curas et molestias, quibus pro peccatorum fasce subicior, elegi singulare subsidium, ut ad uos domnas meas litteras destinarem, quarum precibus omnia mihi secunda contingerent et ad serena laetitiae depositis angustiarum nubibus reformarer. prima enim maeroris causa est, quod prospera uestra, dum in longinquo degitis, uix datur agnosci, ex qua nascitur circa personam meam omnis aduersitas. adeste ergo supplici precibus uestris, ut per sanctorum dei suffragia aegro animo medela tribuatur. domina mi, seruitium salutationis inpendens deprecor et per deum uos, quem colitis, obtestor, ut continuis me postulationibus et lacrimis, quibus regnum caeleste uim patitur, domino commendetis, quia hoc munus speciale conputo et omnibus commodis antepono.

28 cf. Matth. 11, 12

4 perductus *Lb* 5 partus *L* 6 domine *b* 8 plenam *b* 10 domini *fort.* mi *Schottus et Sirm.*, mihi *BLVb*, michi *T*

XXXV. 15 dominicae *b*, domniane *T* 17 dnās *T* 18 distinarem *B* 19 dopositis *L* 20 meroris *BLTV* 21 degetis *B* asnosci *B* 22 omnes *B* adest *Bb*, adesto *T* 24 medella *B*[1], medelā *L* mihi *BLVb* seruitionum *B*, seruitia *b* 25 coletis *B* optestor *B* 26 postolationibus *B* caelestem *B*[1] 27 munos *B*[1]

XXXVI.

ENNODIVS ADEODATO PRESBYTERO.

Caelestis dispensatio religiosis desideriis numquam negat effectum: nam quod pie cupimus maturo praestat studio. desideranti enim mihi per litteras orationum uestrarum postulare suffragia perlatorem domesticum uota pepererunt, ut stimulo scriptionis admoniti pro suscepti anima supplicetis, quia doctor gentium clamat: *orate pro inuicem*. nihil enim est quod deum diligens etiam pro delinquentibus optinere non possit. laborate ergo promissis dudum patrociniis et gaudia mihi per lacrimas conparate: ueniat ad me fructus innocentiae meritis ignoratus. haec sunt, de quibus sanctum dei admonere praesumpsi. timeo enim facere prolixa conloquia, quia res necessaria strictis est postulanda sermonibus. nunc in Christo ualete, mi domini, et sentire me deprecationis uestrae munera prosperis indicate.

XXXVII.

ENNODIVS IOHANNI.

Ergo falso creditur amorem reddi diligentiae et tacitis animas se interrogare colloquiis, fidem mentium sensus adserere, ut quod inpendimus uicaria nobis relatione debeatur? uocem montium secreta restituunt et in obsequio humanitatis muta fabulantur: sed magnitudinem tuam in contemptu mei contigit silentium pro scriptione redhibere et in astipulatione artificis genii temperando a paginis pertinaciam garrulitatis obprimere naturae lege calcata. facessat a moribus meis sequi quod admissum doleo et subleuare culpas imitando. ecce iterum

8 Iac. 5, 16

XXXVI. 2 presbitero *B* 3 religionis *b* 5 postolare *B* 9 quod dm (um) *B* (um *s. l. m. rec.*), quoddam *b* obtinere *T* 10 dudum mihi (dotted) *T* 12 sanctum] secundum *b* dĩ (dominum) *B* (dominum *s. l. m. rec.*), dominum *b* 14 postolanda *B* 15 domine *Bb*

XXXVII. 19 amatorem *B* 20 adsereret *b* 21 debetur T[1] 23 famulantur *LTV* 24 redibere *BLTV*, reddere *b et B m. rec. s. l.* 26 nature *B* 27 imittando *T*, emittendo *B*, euitando *b et B s. l. m. rec.*

appello linguae ferias fouentem et in longioribus persequor, habens promissae caritatis memoriam. domine, ut supra salutationem largissimam offerens quaeso, ut debitum gratiae uel nunc exigat inportunitas, dum prouidetur, quatenus ardorem desiderii prolixis satietis alloquiis.

XXXVIII.

ENNODIVS FIRMINAE.

Quotiens uotiua res repente contigerit, pretium de ipsa temporis breuitate sortitur. caelestis enim ut crescat beneficii genius, subitum facit esse quod tribuit, ne deuenustet sperantum prolixitas misericordiam largitoris. quis enim affectum desiderii repente suscipiens non auidius impetrata ueneretur? sic litteras magnitudinis uestrae sitiens tempore profectionis accepi. dolebam fateor et uehementer angebar, dum nec obsequiorum meorum perlator existeret nec sospitatis uestrae digressurus bona cognoscerem. ecce utrumque frons bona concessit: accepi pariter indicia optata quae refero et uno eodemque tempore regressum me de Alpibus Cottiis et Rauennate significo iter adrepturum. orate ut uariis laborum iactato incommodis patientiam supernae benedictionis munus infundat. me autem quod ad custodiam gratiae culminis uestri splendor hortatur, facilius credo cursus fluminum in diuersa reuocari et relictis fluentorum alimoniis aether uacuum pisces expetere, quam tantorum me inmemorem delicta restituant. quod superest, ualete, mi domina, et redemptori nostro pro persona suscepti incessabiliter supplicate.

22 cf. Verg. Ecl. I. 59

1 appelleo *B* fereas *B* fouente *Bb* 4 quatinus *LTV*

XXXVIII. 7 ferminae *L*, firmine *T* 8 contigeret *B* 9 benificii *B* 10 genius (i *in ras.*) *B*, genus *b* sperantum (u *uidetur corr.*) *B*, sperantium *LT* 11 prolexitas *B* largitores *B* 14 angibar *B* nec *B s. l.* 15 suspitatis *B* 16 uterque *T*[1] fors *T*[1] 17 accipi *B* 18 cotiis *T*, coctiis *L*, gotthiis *b* 19 adrepturam *B*[1] iactatos *Bb* incommodus *B*[1], omīcommodis *T* 22 cursum *B* (*m. rec. s. l.*) *b* 23 expetire *B* 24 imemorem *L* dilecta *Bb* quod *L s. l. m. ant.*

LIBER SEPTIMVS.

I.

ENNODIVS IVLIANO.

Praeceptis magnitudinis uestrae ministerium debitionis exsoluimus, quia fit aequitati proximus qui iusti uiri monitis obsecundat. negotiorum qualitas, quae ab amico ueritatis agnoscenda committitur, cautione instruit animum cognitoris integri. adfectionem infudisset nobis magnitudinis uestrae consideratio, si studia non dedissent. in negotio igitur, quod inter Bautonem regiae domus conductorem et Epiphanium cartarium uertitur, dum anceps in disceptatione nostra euentus nutaret et alterna se partes intentione conliderent, adserente Bautone se sexaginta et quatuor solidos publicos, quos de reliqua indictionis illius emisso chirographo fuerat debere confessus, idcirco non posse restituere, quia per manus sublimis uiri Proiecti quadraginta solidos Epiphanio suffragii nomine contulisset, pro quibus nullum beneficium secutum fuisse doceretur, et replicaret ipse Epiphanius, se si quid accepisset, labore meruisse nec frustra sibi a Bautone quicquam fuisse conlatum uel prolati testis fidem laudibus incessanter adtolleret: statuimus ut sub iureiurando mihi nominatus superius uir nobilis Proiectus et sperati genus declararet beneficii et effectum, si ita esset, adsereret non secutum: quod cum fuisset

I. 3 debitionis] deuotionis *b* 6 cautionem *b*, cautiorem *coni. Schottus* 7 infundisset *Bb*, insudisset *L* 9 epifanium *B* cartharium *BLVb* 12 publicus *Bb* 13 chyrographo *b*, cyrographo *LV*, cyrografo *B*, cirographo *T* deberi *fort.* 15 epifanio *B*, epiphanici *T* nominis *Bb* 16 docetur *V*[1] 17 epifanius *BLV* 18 ab auctone *B* 19 collocatum *b* probati *T* 20 statuim?** (us *eras.*) *L* mihi *om.* *Bb* 21 beneficio *L*[1]

inpletum, Epiphanius acceptam pecuniae refunderet quantitatem. nunc in potestate est culminis uestri decisionem nostram, si placet, auctoritate fulcire.

II.
ENNODIVS FAVSTO.

Quantum ad fascem maeroris adiungit interrupta tribulatio, quando ut acrius urat aduersitas, prosperorum mutatione blanditur! ad cuius umquam onus accessit, quod continuatae sarcinam calamitatis abiecit? quam bene me ad patientiam absentiae uestrae longus temporum usus aptauerat, dum hoc, quod felicitas non habebat, didicerant nec uota praesumere! ecce iterum de inueteratis doloribus passio nouella me lacerat, et obductam cicatricem rescindit ictus acutior. inplorauerам a discedente misericordiam, ut quod de praesenti confabulatione perdebam, litteris pensaretur, nec hanc frugem omnibus desideriis ieiunus emerui. ego consuetudinis meae non neglegens inter lacrimas scripta concinno, quibus de adflictione mea credidi nil potius indicandum, inlustris uiri domni Pamfroni relatione contentus. nunc, mi domine, obsequia famuli uestri dignanter accipite et animae in angustiis constitutae remedia consueta praestate.

III.
ENNODIVS AVIENO.

Quibus magnitudinem tuam discedentem precibus inploraui, merito retexerem, nisi memoriae uestrae inrogare contumelias euitarem. nam qui amantem de his, quae recens sunt acta,

1 epifanius *B* 2 decissionem *T* nostram uestra *fort.* 3 fulcite T^1

II. 6 meroris *LTV*, memoris *Bb* 8 nunquam *T* honus *BLV*, bonus *T*, honos *b* 9 me *om. T* 11 dedicerant B^1 13 rescendit B^1L accutior *T* inploraberam *B* 14 a—perdebam *om. B add. corr. in mg. inf.* negligens *BT* 17 scripta *Bb*, *om. LTV* 18 indicandus T^1 in|illustris *B* uiris *L* domini *B* (*m. rec.*) *Tb* panfronii *T*

III. 24 descendentem *B* praecibus *B* 26 deuitarem *LTV* quae] qui *L*

conuenerit, fugiendam bonis obliuionem inportunus opponit, cum hoc sit peculiare coniunctis, ut sub quadam praescientia mutuo sibi cupita sufficiant et ad substantiam caritatis efficaci dispensatione quod uotis poscendum est effectu seniore concilient. caelestis dispensatio facienda suggerit, si quid amor optat inquiras. his iungitur quod aestuanti animae, dum iter adriperes, multus in promissionibus subuenisti dicendo sustentandum me esse paginis, qui propriae lucis priuarer absentia. ecce et pollicitatio fide claudicat et spe inritatus ardesco. egit ueniens de remedii praesumptione fiducia, ut difficilius dura tolerentur. sed nunc, mi domine, honorem salutationis accipiens, postquam apud uos quod male est animo declaraui, curatio properata subcurrat, ut qui salutis uestrae status est uel gratiae principalis expectatis reseretur alloquiis.

IIII.

ENNODIVS AGNELLO.

Semper famulantes diligentiae paginas nunc in proditione sui dolor exigit et gaudiorum ministras in uocem reserandae traxit iniuriae nec contenta fuco dissimulationis urbanae secreta pectoris aut taciturnitate uestiuit aut in partem aliam transtulit blandimento. noui quidem fabricata, sed fugio et simplicitate contentus cum amantibus serena animi fronte congredior. ubi gentium fuit sub obtestatione dei inter nos promissa deuinctio, ut proficiscentes insalutatum me uelut incognitum linqueretis nec potestatem remanens sortirer necessaria suggerendi? credo prouidistis, ut inbecillus oculis

1 supponit *fort.* 2 praesentia V^1 6 aertuanti *B* 7 arriperes *B* (*s. l. m. rec.*) *Tb*, adriperis *B*, arriperis *LT*'*V* multos *b*, multis *LTV* 9 substantia *fort.* 11 honorem honorem *B* 13 saluti' *T* 14 status] stat et *Bb* gratiae *Bb*, gratia *LTV*

IIII. 17 nunc (nc *in ras.*) *L* 18 sui—*l. 25* incog *T alia manu exar.* exiget *B* reseruande *T* 19 secretum *Bb* 20 pectoris] corporis *T* 21 fabricati *L* et *in* es *corr. L m. ant.* 22 c̃amantibus *T* 23 ostñtatione *T*, testatione *B* dei (i *postea add.*) *B*, de *b* 24 diuinctio *B* 25 liqueritis *B* sorti* (rer) *L* rer *s. l. m. ant.* 26 inbicellus *B*

totum uobiscum lumen amitteret nec diem meum sub amici praesentia clausis orbibus intuerer. haec si per neglegentiam contigerunt, aestimationi relinquetis quem apud uos locum obtineam: ferenda sunt acerbius, si intelleguntur accessisse per studium. nunc uale, mi domine, et animum meum quem in statione consistere suadet innocentia origo propositum, ad potiorem gratiae partem, quia uobis sinceritate patuit, inuitate.

V.

ENNODIVS SENARIO

Quamuis te dominum meum per intemeratae documenta fidei principalis sibi cura coniungat et morum claritudo ita publicis rebus misceat, ut amabilis a te saporem quietis excludat, non credo tamen ita religionem amicitiae posthaberi, ut non satisfaciens deo adiuuante regnantis imperiis debita sua refundas affectui. nostis quid poscat aula, quid gratia et uno eodemque tempore nec rerum deestis domino nec amori, quando Christianae mentis integritas per has partes diuisa solidatur. his ergo sollicitudinem meam credo releuari, quibus uenerabilis consuetudo seruatur studiis. tantum est, ut dei nostri solaciis magnitudo uestra adiuta gratuletur. domine mi, salutationis obsequia praesentans spero, ut de uestro uel amici uestri domni Fausti statu hilarem me fieri uotiuo litterarum contingat indicio.

2 cl*usis (a *eras.*) *L* negligentiam *BT* 4 obstineam *B*[1] intelliguntur *BTV* accessisse] accidisse *Sirm.* 5 animum meum *scripsi*, animo meo *BLTVb* 6 suadit *B* innocentiae *coni. Schottus* propositum] positum *Bb* 7 ad *om. Sirm.* quia *BLVb*, qua *T et Sirm.* 8 incitate *L*

V. 11 intimeratae *B* 12 claritudo (r *in ras.*) *B* 13 micescat *L* 14 postaueri *B* 16 nostes *B* et *om. Sirm.* 20 seruatur—magnitudo *om. B add. s. l. corr.* 21 solatiis *LTV* m *T*, mihi *BLVb* 22 praestans *LV*[1] spero *T s. l. m. 2*, sperans *L*[2]*V*, sperant *L*[1] 23 domini *Tb*

VI.

FLORO ET DECORATO ENNODIVS.

Permisi hactenus magnitudinem uestram mobilitatem Ligurum urbanae fuco disputationis incessere, quia et me origo reddebat alienum et uos ab eorum culpis constantia promissa seiunxerat. sed cum una sorte ab oculis uestris et mente discessi, praeconis uoce contestor neminem damnare posse quod sequitur nec saluo pudore sententiam excessibus dictare peccantem. fas est liberos a reatu uitia detestari: quis aequo animo ferat monitorem quod uerbis destruit actibus non uitare? euangelii sententia est qui fecerit et docuerit sic dignum dei gratia posse iudicari. uobis copiosus sermo est, quotiens error arguitur, et sub conuersationis neglegentia puritas amplectenda uerborum. perdidistis lacrimarum mearum memoriam, quam discedentibus gemini doloris ictus effudit. ecce quanti dies sunt, in quibus sub tanta frequentia commeantum nulla neque domni mei amici uestri neque uestra, quae de illo rem uoti indicent, scripta suscipio. absoluistis imitatione culpabiles, non quod Liguribus euenerit propositum, quantum uos dicitis, infidelitatis amittere, sed quod eos contigerit inuenisse in his quae sunt uitanda consortes. rogo tamen seruitio salutationis exhibito, ut tandem aliquando tamquam boni domini precum mearum memores prosperitatem uestram uel domni mei amatoris uestri reseretis muniis litterarum.

11 Matth. 5, 19

VI. 3 permihisi *B* actenus *B* mobilitate *LV* ligorum *Bb* 4 incesser˙ *B* 6 seiuncxerat *LV* 7 dampnare *LTV* 9 a *Bb*, *om. LTV* 10 distruet *B* 13 negligentia *BT* 16 substanta *B*, substantia *L* commeantium *T* 17 domini *LTb* 19 culpabilis *Bb* ligoribus *Bb* etueniret *B*, eueniret *B* (*s. l. m. rec.*) *b* 20 dicetis *Bb* 21 consortis *Bb* 22 exibito *BL*[2] 23 domni *B*, domini *LTVb* 24 amotoris *L* uestris *B* (*m. rec.*) *b*

VII.

ENNODIVS HELPIDIO DIACONO.

Perfecta caritas corporalis absentiae damna non patitur nec animorum serena coniunctio itinerum sequestratione mulcatur: quorum animae Christo in caritatem sociante conueniunt nulla possunt separari interiectione terrarum. hac ego spe uel securitate de conscientia uestra securus amantem mei adloquor tamquam in amplexibus constitutum. foue, domne Helpidi, quem deo medio suscepisti. habeat suas mundus astutias et urbanitatem fallendi prudentiam damnandus appellet: tu illi dulcedini quam probaui nihil admisceas, nisi quod gradibus ad perfectae caritatis nos bona perducat. domine, ut supra salutationem plenissimam reddens quaeso, ut prosperitatem uestram uel eorum, qui nos diligunt, frequentibus mihi indicetis alloquiis.

VIII.

ENNODIVS EVPREPIAE.

Quam bene animum meum ad patientiam sequestrationis absentiae uestrae usus aptauerat, dum prolixa silentia contemptum dulcedinis rerum suarum necessitate pariebant! rescissa est cicatrix, quae ad medicinam pii amoris accesserat. confiteor, soror uenerabilis, ad antiquum me desiderium litterae tuae nimis noto conditae sapore reuocarunt. ecce uide qua mecum arte contendis, cui nec satietatem de praesentia tua nec obliuionem de silentio pateris subuenire. scit mentium

VII. 2 helpidio *LV*, hilpidio *Bb*, helidio *T*, Elpidio *Sirm.* diacī *B* 3 essentiae *LT*¹*V* dampna *LTV* 4 itenerum *B* s. mulcatur *scripsi*, sequestrationē| ultatur (minuit̃ s. l.) *B* (˜ *exp. et* minuit̃ *s. l. m. rec.*), sequestratione minuitur *b* 5 caritate *b* 6 in-|teriectione *L* litterarum *LV* 7 secutus (r s. l.) *V* tanquam *V* 8 constitum *B*¹ domine *Tb* hilpidi *Bb* 9 astuti|asset (et s. l.) *B* (et *s. l. m. rec.*), astutias asset *b* 10 dampnandus *LTV*, damnas dus *Bb*

VIII. 16 eupraepiae *BLVb*, eup̄pie *T* 17 se sequestrationis *Bb* 19 rescisa *L* 21 me] qui me *Bb*; quia me *fort.* 22 reuocarent (a s. l.) *B* quam *b* 23 mecum *om. Sirm.*, equū *b*

discussor altissimus lectione apicum tuorum animam meam inter penetralia sua non potuisse consistere et ad praesentiam tuam diligentiae euolasse melle conpulsam. habuit Arelatensis habitatio, cum Mediolanensibus muris includerer, et dum ad dulcem sedem libertas mentis excurreret, intra Italiam me corporis captiuitas includebat. o si suppeteret sermonis abundantia ad ea quae cupit animus exponenda aut illa, ad quae lingua sufficit, non pudor eriperet! paruus amor est qui oris testimonio sufficienter aperitur: confessio est tepidae caritatis, quotiens in ea non cedit eloquium. quod restat, deum precor, ut ualeas et ad subleuandum maerorem meum, quem scriptione tua nimis daedala arte geminasti, bono prosperitatis mutuae reserueris.

VIIII.

AVIENO ENNODIVS.

Pompam quam in litteris fugitis optinetis, nec aliud est loqui uestrum nisi declamationum insignia custodire: hoc in uobis natura, hoc peritiae mater indeficiens lectionis cura congessit. sed miseriis meis euenire nulla consolatio potest, quando ante oculos sunt locata quae merui, et quantum praelatus indignior extiterit, tantum in aperto fiunt peccata superati. quid animum meum, inlustrissime hominum, conaris adtollere? quid in uita, quae plena maeroris est, reseruare liceat tribulationibus meis? pro bono dispensationis caelestis finem uel cum uita constitui. uobis tamen insufficientes refero gratias,

2 inter *Bb*, intur *T*¹, intra *LT*²*V* 3 aeuolasse *B* cō-pul**sam *L* habuit (me) *T* (me *s. l. m. 2*), me habuit *fort.* 6 habundantia *LT* 7 aut] aut ad *Sirm.* que *B* 8 eriperit *B*¹, eripere *b* paruus *L*, pauus *Bb* 11 subleuandis *L* merorem *Bb*, meroris *LTV* 12 scriptionē *L* tuae *B* dedala *BLTV* germinasti *T* 13 rseruaris *B*, reseruaris *b*

VIIII. 15 ennodius auieno *T* 16 pom*pam (*alt.* p *corr.*) *L* fugetis optenetis *B* 18 paeritiae *L* concessit *L* 19 conlatio *L* 20 ante *L s. l.* 23 meroris *BLTV*

qui illam circa me seruatis diligentiam, qua potiorem nec dignissimis praestaretis. domine mi, salutationis reuerentiam soluens spero, ut orare pro me minime desistatis et ad calamitatum solacia ferentia opem scripta mittantur.

X.

ENNODIVS FLORO ET DECORATO.

Conpulsoris functus officio ad redhibitionem promissionis suae uix aduocatum coegi, ut quod aduocatis debebat exsolueret. genus durae professionis, ut a uobis dicenda praeueniam: ad uerecundiam clericus inclinaui. quale sit quo molliuntur obstinatissimi et quid sibi uelit qui raptores spoliat aestimate. argenti libram, quam frater Epiphanius dedit, fratri Gaiano ad uos perferendam tradidi, pactis tamen adhuc apud me quae suscepi constitutis. restat ut, si tradere debeam, designetis. domini mi, salutationem plenissimam dicens rogo, ut primum per sanctos pro me orare dignemini, deinde domnis amatoribus uestris obsequia mea sub illa qua me cupere scitis humilitate reddatis.

XI.

ENNODIVS AGNELLO.

Male est animo meo, quod de facundiae suae dotibus mihi abundantia uestra nil tribuit et ita eloquentiae opibus incubat, ut partem ex eis facere sacrilegium computetur. turpis est

1 seruastis *T* diligentiam — praesentaretis *om. B add. s. l. corr.* me portionē *L* 2 praesentaretis *Bb* m *T*, mihi *BLVb* 3 calamitatis *T* 4 solatia *LTV* ferentiam *B* mittatis *Sirm.*

X. 7 redibitionem *BTV*, redibilcionē *L* 8 debebat (bat *corr.*) *L* exolueret *T* 9 dicendam *L* 10 uericondiam *B* moliuntur *V* 11 uellit *B* qui raptores — *epist. 13 p. 181, 26* ecce *om. Bb, primus edd. Sirm.* stimate *L* 13 pferendam *L* 14 resignetis *fort.* 15 domine *T* m *T*, mihi *LV* 16 per] per me *LV*[1], *om. Sirm.* pro me sanctos *Sirm.* 17 nostris *Sirm.*

XI. 21 est *om. T* facondie *T*[1] 22 habundantia *T et sic saepius* nihil *Sirm.*

equidem uniuersarum rerum auaritia: contigit tamen, si uerba deneges, plus pudenda. saepe etiam euenit ut frequenter scribentes minus diligant: numquam tamen accessit, ut aliquid caritati reseruet qui in perpetua taciturnitate perdurat. potest nasci de epistolaribus blandimentis ambiguitas: certa fides est ab eo, qui seruat silentium, non amari. haec sunt, quae in festinatione perlatoris celer scripsi, geminis stimulis incitatus uel properationis baiuli uel doloris. ergo taedio animi mei remedia incunctanter adhibete, ut quamuis defuerint hactenus affectioni pabula sua, in statione esse tamen promissa caritas innotescat. domine mi, salutem plenissimam dicens quaeso, ut expectationi meae quod sufficit loquendi peritissimo non negetur.

XII.

ENNODIVS HORMISDAE DIACONO.

Nullus remaneret imperitis locus ueniae, si plura loquerentur: sola breuitas commendat indoctos. supra errorem est prolixa narratio rusticantis: quando ab ignaro extortum fuerit quod diu legatur, sibi rancorem suum debet exactor. quisquamne hominum in longum uult fastidienda procedere et nullo sapore condita breues terminos non habere? Romana hoc, frater, et nimium artifici subtilitate flagitasti: sed nos contra fabricatos munit simplicitas nullis colorata praestigiis. etenim quamuis me delenifica epistolae tuae oratione produxeris, mei immemorem non fecisti. scio artare paginam, cuius pretium promulgator intellego. noueris me tamen meis partibus non deesse, quamuis uocet in medium et urbanus et clericus. sed quid produco paginam, cuius superius angustiam pollicebar? haec mihi cum amante concertatio: talis fructus est litterarum.

2 denegens*L* 3 nunquam *TV* 6 nos non *fort.* 7 incitatus] agitatus *T* 9 defuerint (i *ex* e *corr.*) *L* 11 m *T*, mihi *LV* 12 exspectationi *LV*

XII. 15 hormisde *T* 18 ignar*o*L* exortum *T* 24 prodixeris *L* 29 mi//// *L*, m *ex* mihi *T m. 2*, mi *V* amantē *L*

domine mi, salutem uberrimam dicens precor, ut Christi nostri tribuente misericordia crebro salutem uestram uotiuis mihi, dum meam quaeritis, nuntietis affatibus.

XIII.

ENNODIVS BOETIO.

Si liberum esset imperata differri, concederetur mihi adhuc ornamenta silentii non perire: nam taciturnitatis munus est quod non inhumanum loqui me posse credidistis. uidete quantum linguae genium uox pressa contulerit. sed res est uacui pectoris periclitata remedia non tenere. agit sermonis cura, ne promulgantis celetur inscitia, quando otii labor gloriam intercipit. ecce ego ille ante probationem laudatus subdor examini et ferias meas, ne uidear praedicatione dignus, inrumpo. nam dum humilitas reddit obsequium, impetrata per silentium non habemus. tu in me, emendatissime hominum, dignaris praedicare uirtutes, quem in annis puerilibus sine aetatis praeiudicio industria fecit antiquum, qui per diligentiam imples omne quod cogitur, cui inter uitae exordia ludus est lectionis assiduitas et deliciae sudor alienus, in cuius manibus duplicato igne rutilat qua ueteres face fulserunt. nam quod uix maioribus circa extremitatem uitae contigit, hoc tibi abundat in limine. uere dedisti pretium loquacitati meae, dum desiderantem conloquia primus aggrederis. contigit noua res garrulo, ut usque adeo produceretur, donec exigerent scripta responsum. deo gratias, qui occultis itineribus de propinqui uos necessaria affectione commonuit. ecce geminae causas iniuriae iam tenetis: nam postquam agrestis innotui, praesumo dicere me parentem. domine mi, salutis officium dicens spero, ut circa litterarum

1 mi *T*, mihi *LV* dicens *om. L* christi] dei *Sirm.* 2 ut crebro *LV*

XIII. 6 librum *L* conderetur *L* adhuc mihi *Sirm.* 11 insitia *T* 18 cogi..tur (ten *eras.*) *L* 19 dupplicato *T* 20 fasce *V*, fasce *LT* 21 habundat *T* lumine *T* 26 commouit *Sirm.* 27 innotuit *T* me dicere *LTV* 28 mihi *Bb* salutatis *Bb*, salutati *fort.*

munia frequentiam commodetis, in quo opere adsiduitatem et amans exhibet et facundus.

XIIII.

ENNODIVS ARCHOTAMIAE.

Ita supra claritatem generis morum luce profecistis, ut quos etiam uobis non nectit propinquitas actuum uestrorum bona subiciant. quis enim non perfectam reuerentiam sit paratus inpendere animae in dei cultura sublimi? quia peregrinum se facit a redemptoris gratia qui deo non suspicit obsequentes. indicium enim est conuersationis praecipuae Christi nostri amare cultores: proximus est emendatissimis qui diligit iam probatos: testimonium dat bonorum sine dubitatione meritorum, si studeas laudibus prosequi sub debita continuatione perfectos: fit sanctis proximus qui in illis sine fuco praedicat sanctitatem: quemcumque diligentia hortante praetuleris, dispendium pudoris est, ni sequaris. quis salua uerecundia per spinosa gradiens purgatum iter adtollat et uiam salutis aspiciens calles eligat noxiorum? professio caecitatis est bona ante oculos in exemplum locata respuere et unde imitatione proficias non tenere. haec, mi domina, de te non incertis fama nuntiauit indiciis, non loquax uulgus per ignara iudicii ora iactauit, cui mos est de humanis actibus, dum scintillas in rogos animat, amplificatas fidelium flammas extinguere. hoc nostrorum relatione propinquorum, praecipue tamen domina et sorore Euprepia

1 adsiduetatem *B* 2 exhibet et] exhibitet *Bb*

XIV. 4 arcotamiae *BLVb*, archotamie *T* 5 profecistis (*m. rec.*) *b*, proficistis *B*, proficitis *LTV* 6 nectet *Bb* act*um *L* 8 in *V s. l.* 9 a* (d *eras.*) *B* redemptori *B* suspicet *B*, suscipit *LT* 10 conuersionis *T* praecipue *TV* 11 proximus *Bb*, proximis *LV* diligat *T*[1], diliget *B* 12 das *T* 15 quaecumque *Bb* ortante *B*[1]*LT*[1]*V* 16 ni] ne *Bb*, in *L* uerecondia *T*[1] pinosa *B* 17 callis *B* 18 cecitatis *B* 19 respuere] respicere *Sirm.* 20 mi] mea *b* 21 ulgus (u *s. l.*) *B* ignorantia *L* 22 de *om. L* scentellas *B* rogos *b*, rogus *B*, rogum *LTV* anplicatas *B* 24 praecipuae *B* domna *Sirm.* eupraepia *Bb*, eup̄pia *LT*

referente, percrebuit, non solum uos dignas esse praeconiis, sed instituisse celebrandum et uenerabili filio cum prosapiae radiis facem conuersationis ingerere. habet, quantum conperi, Lirinensis habitator quod de sancta matre discat, etiam quae urbana domicilia non reliquit. si mihi credit pietas tua, plus est in acie uicisse saeculum quam uitasse: resignat timorem fuga certaminis, nec spes est ulla uirtutis, quando ante congressionem declinatur aduersarius: conscientia roboris paucis adquiescit ad latebram: hoc est secretum eligere quod ostendisse formidinem. haec ego non dominum meum et familiae nostrae iubar presbyterum arguens scribo, cui nec ibi credo inpugnationes deesse, quas superet, in quo loci uisus est declinasse conflictum. tunc enim uniuersa saeculi blandimenta calcauit, quando aetatis opum natalium profectionem eius retinere catena non ualuit. sed uobis quantum sexus infirmior, tantum debetur potissima de palmae adeptione laudatio. prope est ut etiam illius tu sis tutela propositi, quae mala uiduitatis et orbitatis patiens de uenerabilis filii meritis solacii tui occasione pateris nil perire. ecce ubi femina fragilitatis oblita castelli uice et uirum et iuuenem ab hostili inpugnatione subducit. huius facti dux gloriosa perdures et usque ad illud in saeculo perseueres, quo illum, si ita res poposcerit, iam maturum mundi istius campus accipiat. uellem, confiteor, si epistolaris pateretur concinnatio, in longum uerba producere et de actuum uestrorum ornamentis pauca sub loquendi ubertate narrare. sed haec ad alios scribenda reseruentur. sufficit uos

2 uenerabilis *LTV* prosapie *T* 3 lyrinensis *BLTb* 4 scę̄ mat̄ *L sed* ę *in* a *corr.* 5 orbana *B* reliquid *B* 6 aciae *B* seculum *B* 7 uirtuti *fort.* añ *T s. l. m. 2* 8 *an* pacis? 9 adquiescit *B*¹ *ut uidetur*, adquiescet *B* (*corr.*) *LTVb* 10 e*go (r *eras.*) *L* domino meo *b* 11 presbiterum *LV*, praesbiterum *B* cui *L s. l.* ibe *L*¹ 12 inpugnationis *B* 16 debet *L* depotissima *V* 17 *illius (m *eras.*) *B* uiduetatis *B* 18 fili *B* solatii *LTV* 22 perseueris *B*, perseues *T*¹ matura *V*¹, maturā *T*¹ *ut uidetur* 23 uellim *B* confi(te)or *L* i *in ras.* 24 pateritur *B*, paterentur *T*¹ continuatio *L* de *B s. l.* 25 act*um *L* 26 seribenda *B* seruentur *V*¹

scire, quia, quamuis a me numquam sis uisa, cognosceris et adorandis inserta monumentis radice animi iam teneris. scriptum est, meministi: l a u d e n t t e p r o x i m i t u i. uere sola mihi uellem causa existeret Gallias expetendi, ut cum domno meo presbytero, utrique osculantes manus et oculos tuos, beatam te in quauis adflictione temporis redderemus. domina mi, propter quod mittuntur epistolae, corpore me ualere significans prosperitatis uestrae statum requiro, deprecans et per deum coniurans, ne umquam mihi orationum uestrarum adiumenta denegetis.

XV.

ENNODIVS AGNELLO.

Deo gratias, qui circa magnitudinem uestram licet protulerit cupita, non reppulit. etenim ne fides claudicet supplicantis, desideria differuntur, quia deuenustat secuturae hilaritatis genium uelox impetratio. et uos quidem honores meruisse, non optasse manifestum est. sed praecedens concinnatio eloquitur uota diligentum. nouit omnipotens et generis uestri luce permotus et gratiae quam polliciti estis inuitatus fiducia: praecessit in prosperis uestris quicquid uos disciplina aut ratione cohibetis. sufficiant in foribus stricta conloquia: respondete de prosperitate uestra sollicito, quamuis de amore non dubio. domine mi, salutationis plenissimae obsequia dependens litterarum portitorem commendo, quia mihi fide et honestate conpertus est, uolens uniuersis quid dignationis uestrae habeam non taceri, ut sperantes de communis gratiae messe pascantur.

3 Prou. 27, 2

1 sis] se *Bb* 2 monimentis (ni *ex* nu *corr.*) *L* 3 lauden *L* 4 uelim *B*[2]*b*, uellim *B*[1] domino *Tb* 5 praesbitero *B* 6 mi *scripsi*, mihi *BLTVb* 7 aepistolae *B* 8 depraecans *B* 9 ũquã *L*, uquam *B*

XV. 13 uestram magnitudinem *T* 14 repulit *BT*, reppullit *L* 16 meruissẽ ñ optassẽ *L* 17 manifestum *L* man *in ras. minoribus litteris* 18 diligentium *LTV* 19 estis] est *B* praecessi *B*, praecessit *V* 21 cohebetis *Bb* stricta *ex* scripta *B* respondente *Bb* 23 mihi *BLVb* 24 fede *B* 26 communi *T*

XVI.

ENNODIVS AGNELLO.

Solet prosperorum indicia dispergere sermonis iucunda festiuitas, dum quicquid boni facundis accesserit germana gaudiorum per populos uoce discurrit. facilius est ignem in pyras animatum lingua conprimere, quam silentium inter optata seruare. humanitatis lex est et naturae imperium hilaritatem mentis opibus scriptionis effluere: emanant enim uel si artentur secunda conclauibus. sed in magnitudine uestra, sicut aetas cana est pudoris et scientiae dote maturescens, ita laetitiam frenis moderationis adstringitis. sed numquid in damnum gratiae disciplina debet excurrere et hoc minui amicorum diligentiae, quod ad morum ornamenta sociatur? quamuis monetam Latiaris eloquentiae teneas, non potes tamen inuenire quemadmodum iure factum adseras, quod expectanti mihi uerba non tribuis. decet ergo beneficia superna sola amantibus opinione nuntiari et de solida gratulatione trepidare gaudiis iam potitum? hac ego necessitate puerum direxi, qui non reposcat scripta, sed exigat. nostis quae sit fiducia simpliciter amantum, eorum praecipue, quorum spem retinetis gratiae promissione firmatam. domine mi, salutationem plenissimam dicens quaeso, ut et frequentes et non in artum coactas epistolas destinetis. uidete animi mei securitatem: prolixas posco paginas, qui adhuc nullas accepi.

XVI. 2 item ennodius *LTV* 3 iocunda *BLTVb* 4 facondis *T*[1] adcesserit *B* germina *L* 5 discurret *B* est *om. T* piras *T* 8 artentur] auertantur *T* 9 *sup.* secunda *B m. rec.* foecunda, foecunda *b* 10 maturiscens *BL*[1]*b* 11 moderationis (mode *in ras. uocis* frenis *m. 1*) *V* adstringetis *Bb* dampnum *LTV* 13 sociatur *ex* sciatur *L* monitam *Bb* 14 potest|amen *B*, potest tamen *b* 15 exspectanti *V* 17 potitum] positū *L* 18 hac] ac *BLb* ergo *TV* 20 praecipuae *B* 21 m *T*, mihi *BLVb* queso *LTV* ut et] ut *b* 22 arctum *Bb*

XVII.

ENNODIVS AVIENO.

Si uobis de paruitate mea fuisset ulla curatio, tanti temporis silentium non maneret, maxime cum inaequalitas domnae meae matris uestrae per uarios rumores sine remedio adfligat absentem. scio enim hoc solo sanctam feminam fasce praegrauari, quia inmodicam pietatem exhibet non merenti. sed quid produco uerba catenis obligata tristitiae? si bonam ualitudinem eius caelestis fauor refudit, properato litteris nuntiate. expecto enim ut tunc mecum prospera concilientur, quando cum illa esse comperero. didicistis causam maeroris, indifferenter post deum date remedii. domine mi, salutationis obsequia praesentans domno pro me supplice uestro obsequia digna porrigite.

XVIII.

ENNODIVS AVIENO.

Si iudex uilium personarum laboret iniuriis, nescio utrum possit ab hoc onere alios subleuare, cui ipse subcumbit. grauibus medica manus est adhibenda uulneribus, ne inpunitate morbus adolescat. sublimis uir Vicarius haec a me, quamuis pro iustitiae consideratione deberentur, tamen extorsit alloquia: quid pertulerit, ipse manifestet. unum scio, quia, nisi succurritis, generale futurum est malum, cui ipse est disciplinae tutor expositus. hoc non est alienum a christianitate, cum defero, quia impium est rerum ordinem sub hac permixtione confundi. domine mi, salutationis honore praelato

XVII. 4 maximae *B*, et maxime *b* dominae *Bb*, dñe *T*, ///dñe *L* 7 non] etiam non *T* 8 cathenis *T* 9 fauore fudit *Bb* 11 dedicistis *B* meroris *BLTV* 12 post deum] potestatem *fort.* m (i s. l.) *T*, mihi *BLVb* 13 domino *B*[2]*Tb* 14 digna *B s. l.*

XVIII. 18 honore *B* subcumbet *B*, succumbet *b*, subcombit *T*[1], sucumbit *L* 20 uigarius *Bb* 21 pr (o s. l.) *B* iusti•tiae (a *eras.*) *L* deberent (nt *ex* m) *L* 23 subcurretis *B*, succurretis *B* (*s. l. m. rec.*) *b* 25 hac] ac *B* promistione (x s. l.) *B* 26 m *T*, mihi *BLVb*

uos uocem supplicis gratanter accipite, ut qui tanti fascem laboris adripuit conualescat effectu.

XVIIII.

SIMPLICIANO ENNODIVS.

Diuini fauoris adiumento adulescentiae tuae rudimenta solidentur: ipse det successum frugibus qui contulit ornamenta principiis, ut quod in cano flore praemisisti in pomorum maturitate non subtrahas. est propositi nostri prima curatio, ut de incipientis laude solliciti ad deum uota mittamus, quatenus quod in bonae indolis eruditione praesumptum est de superna ope maturescat. ille ingenii segetem perducat ad horrea, qui altricem hominum herbam exegit e cespite: ipse de terreno lacte expressam in triticum formet effigiem, cuius imbre soli facies maritata fecundatur. tibi autem, erudite puer, habeo gratias, quod quamuis dicendi splendore nituisses et in illa urbe litterarum scientia adstipulante lauderis, mei quoque desideras adiumenta praeconii. accessit tibi fructus diligentiae meae, etsi nulla tribuuntur rusticantis ornamenta testimonii. libens dicta tua cum facundissimis praedico, cum quibus sententiam meam, ut bonorum ditescam societate, coniungo. proximum est, ut non diuidantur meritis qui in qualibet iudicatione consentiunt: unus est, nec enim procul euagatur ab arce sublimium, qui ad hoc, quod illi pronuntiant, non dispari admiratione concordat. ad epistolae tuae tamen dictionisque mella me refero: cui sic est blanda de praesenti et tenera aetate praefatio, ut non subtrahatur uirtus et genius de futura. constitit concauatis Latiaris elocutio, dum per alueum suum

2 adripuet *B* conualiscat *L*¹ *ut uidetur*
XVIIII. 4 simplicio *Bb, cf. Epist. VI 15* 5 adolescentiae *BTb* 6 ipso *L* ***frugibus *B* 9 quatinus *LT* 11 maturiscat *B* segitem *B* perducat ad horrea *B in ras.* 12 exigit *fort.* cispite *B* 13 expraessam *B* 14 fecondatur *T*¹ 16 urbae *B* 17 adcessit *B* fructus tibi *T* 18 in illa *T* 20 bonorum] beatorum *T* ditiscam *B* 22 unus] secundus *fort., cf. Wiener Studien II 256* euagatus *Sirm.* 25 blandita *fort.* 27 concauatis] concumatibus *B*, contumacibus *b* Latiaris] lauaris *T*

Romanae eloquentiae unda praelabitur: ad quae se porrigat, uix conprehendit aestimatio, qui maximus adparescit in foribus. in matutina luce meridiano fulgore rutilasti. tueatur circa te caelestis gratia munus suum et ut frequentibus amantem epistolarum colas muniis, salus nostra Christus inspiret.

XX.

MAXIMO ENNODIVS.

Dum prelorum famuli autumni dotem conplerent et teneras uuarum tunicas properata calce disrumperent, ego ad summatem uirum parentem fratremque meum et oculos et uerba reuocaui, iustum esse coniciens, dum uineta uberem tribuunt liquorem, me sobriam alloqui cum iucunda hilaritate personam. solue ergo Pythagoricam taciturnitatem et mecum peritiae et facundiae tuae bona partire: sit inter nos felicium uindemiarum uice colloquium: currant dulcia musta sermonum. habes quae cum diacono, sanctissime, de institutis morum nota dicendi ubertate communices. nam qui ecclesiastica, ut uos, probitate subsistunt, silentii apud illos iusta uitatio est. scribite qua aurea castitas districtione teneatur, per quem callem obscena fugiatur auaritia, quibus modis turpis fallendi declinetur obscuritas: in summa, sine dissimulatione docete quae geritis: illud praecipue scire cupidum dignanter instruite qua sponsae uel blandimenta saeculi religionis districtione respuantur. domine, ut supra, salutationis munera praesentans precor, ut gratanter accipias quod inter curarum moles exigit fieri iocorum non respuenda subreptio.

2 apparescit *B* (*s. l. m. rec.*) *b*, adpariscet *B*, apparescet (es *ex* is) *L*, apparescet *T*, apparescat *V* 5 inspiret] finit *add.* *B*

XX. 8 praelorum *BV*, plorum *T*, praelatorum *Schottus* autumnni *T* dote *Bb*; dote lacus *fort.* 11 co**niens *L* uberem (*pr.* u *in ras.*) *B* 12 licorem *B* iocunda *BTb* 13 soluet *Bb* pithagoricam *LTV*, pytagoricam *B* 14 facondie *T* mecum partire *T* 15 curant *L*[1] sermoñ *T* aues *B* que *BT*, quē *L* 16 sanctissimo *LTV* 17 comunicis *B* qui (i *in ras.*) *B* ppbitate *T* 20 falendi *B*[1] 21 geretis *Bb* 22 praecipuae *B* 23 blandimenta uel *fort.* 25 gratenter *B* molles *L*[1] exiget *B*

XXI.

MAXIMO ENNODIVS.

Vbi est fides splendentis periclitata conscientiae, quam et in annis puerilibus cana reuerentia non relinquit, quam per aeui praeiudicium obseruantia honestatis inradiat, quae in tempore iuuentutis actibus maturescens infantiam ingressa praelabitur? numquid aequum fuit amantis paginis tantum mandata restitui, aut par fides est liberae scriptioni et famuli? numquid dignum probatis moribus censuistis prouocantem ad officia religiosa non subsequi, uel nefas putastis epistolas reddere, quas uobis inter excessus contigit non cepisse? haec igitur est tua disciplina? non talem te probitas olim manifestata disseminat. ego tamen loquacitate qua notus sum indurata nitor mutare silentia. numquid tibi inpar est lingua natalibus? aut non testimonium generis adnuntias flore sermonis? numquid ostrum loquendi deserit pectoris fecunda dictatio? nihil nisi malitiam resignat qui cum possit desideranti uerba non tribuit. ecce inter ructationes Lyaeo debitas qualia Silenus alter uerba conpono. scribendum sciatis nomen uestrum ad genii mei purpuram et libellis propriis inserendum, ut, etiamsi nihil tribues de responso, ego tamen arcem teneam, quod ad doctos uiros dirigo sine trepidatione aliqua quod legatur. domine mi, accipe nostrae salutationis obsequia reddens debita litterarum.

Sic tibi uirginitas mansuro constet in aeuo,
Nec pereat quicquid uita beata dedit,

XXI. 3 est *om. b* et *om. Sirm.* 4 pauperlibus *L* reliquid *T* 5 periudicium *L* 6 maturiscens *L* 7 paginas V^1 mandat *b* 8 libera *Bb* scriptioni *scripsi*, scriptionis *BLTVb* famulae *fort.* 10 nefos L^1 11 in uobis LV^1 excursus *fort.* contiget *B* coepisse *B* 12 te olim (olim te *T*) probitas *LTV* 13 dissiminat *B* 16 ostium *b* deseret *LTV* feconda T^1 17 maliciam *B* resignat] designat *B* (*m. rec.?*) *b* 18 selenus *B* 22 *post* aliqua *8—9 litt. eras. B* 23 michi *T*, mihi *BLVb* accipite B^1 24 litterarum] finit *add. B exp. m. rec.* 25 sic—*p. 190, 4* fluat *om. T*

Sic tua non maculent nigrantes membra puellae,
Nec iaceas propter Tartaream faciem:
Vt cupidum sanctis releues per scripta loquelis,
Deque tuis fratri fontibus unda fluat.

XXII.

MAXIMO ENNODIVS.

Fidelius a sublimitate tua uocem suscipiunt aut interrupta montium aut secreta siluarum: praebent hominibus naturae institutione et muta responsum: redit ad mortales uicissitudo clamosae solitudinis: non perit quod linguae acceperint uel lustra beneficium. quare istud in magnitudine tua laudis et philosophiae genus est nihil dicere et silentii tenere inter declamantium incerta cautionem? homo, quem nec infecundum natura protulit, nec infabricatum doctrina dereliquit. sed, credo, me dedignaris affatu, opicis nolens pretiosa dare uerba iudicio. quid quod signum est diuitis eloquentia uiri nec indoctis sermonum cupita subtrahere? mendicus fluminum cursus est, qui tantum nobilissimorum satiare putatur ardorem: ubertas imbrium et nihil paritura saxa perfundit. liquidae rationis ordo est, ut paupertatem resignet qui damna formidat: quicquid non procurrit exile est. de uolucribus tamen munus singulare destinaui, quod cepit accipiter. nam progressi ad Bromium et Bacchi orgia, inter aues bella commisimus: profuit quaestui nostro certamen sociale pennarum. memento quod solam anatem direximus, scientes quia n u m e r o d e u s in-

25 Verg. Ecl. 8, 75

1 tua *om. b* nigrantes *Sirm.*, nigrantis *BLVb* •membra *L* 2 propter iaceas *LV*

XXII. 10 acciperint *B*, acciperent *B* (*m. rec.*) *b* 12 et] est *Bb* fylosophiae *B*[1] *ut uidetur* 13 infecondum *T*[1] 14 natura *Bb*, terra *LTV* dereliquid *L* 15 crędo *L* opicis *Bb*, obicis *LTV*, opici *coni. Sirm.*, operis *coni. Schottus; nihil mutandum est, nam* opicis *est* hominis inculti 16 uir *b* 17 substrahere *B* 19 imbrium (*pr.* i *in ras.*) *B* 20 resignit *B*[1] (*ut uidetur*) *b* dampna *LTV* 22 distinaui *B*, destinaui• *L* caepit *V*, coepit *Bb* ad] a *T* 23 bacci *B*, bachi *LTV* 24 questui *TV*, quetui *L* pinnarum *B* 25 dixerimus *L* scientis *B*

pare gaudet. dona nostra institutio est: sume, si diligis, pro dogmate quod iocamur. fac meam frugiferam esse laetitiam. si tibi perpetuae diligentiam castitatis indixerit, laborabit in laudibus tuis lingua, quae modo exercetur in monitis. uale, domine, et amanti ut doctus, si mereor, sequestrata dissimulatione responde.

XXIII.

ENNODIVS MAXIMO.

Producit magnitudo tua nuptiarum festa temporibus: dum rem, ad quam coactus es, sub diuturnitate prosequeris, subito necessitas tua facta est desiderium. aliquis negotio illi perenniter incumbat, ad quod descendit inuitus? sic recessisti a custoditae beatitudinis diligentia, quasi prolixis temporibus didicisses, qualiter institueretur uxorius. triginta feliciter dies abierunt, et te ciuitati adhuc ⟨et⟩ meis oculis longa me macerans expectatione subducis. uere quicquid uis facias: si uixero, quae tibi dicenda texui, non tacebo. tamen honore salutationis accepto gustum de guttulis, ut fratrem decet a fratre, directa suscipite. erubesce tu, quia nec aegrum requiris nec de nuptialibus deliciis quae possent fastidium releuare transmittis.

XXIIII.

ENNODIVS STEPHANO.

Exigit a me filii communis Marcelli adhortatio, quem natura uobis, mihi dedit affectus, ut ad scriptionis munia praeuius adspirarem et solacium litterarum, per quod uetustas uoluit absentiae nil licere, amore uictus inpenderem. iam debes mihi duplicem gratiam, etsi responsa restitueris, ob hoc quod primus

2 laetitia *B* 3 indirex̄ *T* 6 responde] finit *add. B exp. m. rec.*

XXIII. *Epistulas 23—29 om. LTV* 8 maximo] uersus *add. B exp. m. rec.* 12 incombat *B* discendit *B* 14 dedicissis *B* 15 et] et adhuc *B sed* adhuc *deletum* et *addidi, om. Bb* 16 quae *B*, qui *b* 18 gattulis *B* 20 diliciis *B*

XXIIII. 25 literarum *b* uoluit *B* (*m. rec.*) *b*, uoluet *B*

incepi. ille dilectionis ianuam pandit, qui in conloquiis praestat exemplum: propositam custodiunt formulam qui scripta restituunt. ergo auctore deo nuntiam prosperitatis nostrae epistolam destinamus. illud ad gaudium uestrum, quo uberius paterna mens exultet, adiungimus, filium uestrum in studiis liberalibus ingenuitatis testimonium iam tenere et talem se in hac cura praestare, ut auara suorum uota transcendat. spes perfectionis est honesta in adulescente inchoatio, nec ab erudito distat qui inter exordia boni gloriam occupat instituti. salutans ergo adfectione qua debeo spero, ut reparata opportunitate de bono me faciat uestrae prosperitatis adtolli.

XXV.

ENNODIVS SYMMACHO.

Lex desideriis scripta uix creditur: inpatiens rigidioris praecepti diligentia non iugiter dignum facit, reprehensione quod libera est. redditur saepe amabilior de reatu, cum per effrenationem sortitur genium plus placendi: nam delictum suum quodam ipsius praesumptionis melle commendat. ego a praefatione me tueor, quia ad epistolas primus adspiro. restat in potestate celsitudinis uestrae, si sustinere eligetis garrulum, non tacere et de originario Symmachiani fontis lacte me pascere. uale in Christo nostro, Romanae gentis nobilitas, et me iam ut clientem et famulum pro morum et naturae luce dignare.

XXVI.

ENNODIVS AGNELLO.

Pro uoto meo produxistis epistolam, dum res nulla fuscatas nube purgatis. felicissima defensionis sorte adsumus innocentiae

1 colloquiis *b et B corr.* 2 exemplum *B s. l.* 4 quod *Bb* 6 ac *B* 8 adoliscente (o *ex* u *m. 1*) *B* incoatio *B* 10 oportunitate *B*[1] 11 faciatis *fort. nisi rectius* filius *suppletur*

XXV. 13 Ennodius symmacho missa per ipsum ursum *Bb* 15 reprachensione *B* 16 effrinationem *B* 18 a] ac *B* praephatione *B* 20 caelsitudinis *B* eligitis *malim*

XXVI. 28 faelicissima (*pr.* a *in ras.*) *B*

et dextro semper omine per se splendentibus usuram uocis inpendimus. facile eius lucem qui nitet adfirmas, nec deest sermo qui commodetur absolutis. sic de caballo promisso processistis adfatibus, quasi uobis aliquando obscena mentiendi fuisset adfectio. uere per animam meam facilius sacros crederem labi in hanc foueam posse pontifices. uitia maturos nesciunt, nisi quos primaeuos inbuerint: infitiatio in hominibus noua non germinat: quicquid in moribus nostris est, et sequitur et praecessit. proinde ualete, ostrum Latiaris eloquii, et mihi uicissitudinem amando restituite, illud prouidentes, ut pro conpensatione tarditatis dignus mihi munere uestro equus succurrat.

XXVII.

ENNODIVS PROBO.

Eligo iacturam pudoris, ne subeam dedecus non amantis, sciens facilius sarciri posse frontis damna quam fidei. indoctum esse infelicitatis est, uirtutes familiae uestrae odisse res criminis. potuimus disciplinis liberalibus defuisse non delinquentes: nulli sufficit, unde mores excussit. ego in amplitudine uestra coaceruata epistolari sermone bona non uenerer? ego non illud generis lumen amplificatum studiis et probitate suspiciam? uidetur mihi non longe ab honestate desciscere qui colit emendatos, dum creditur quicumque sectari posse quod diligit. proinde uale per gratiam dei et studium meum adprobans amantem tui amplifica muniis litterarum.

XXVIII.

ENNODIVS ADEODATO PRESBYTERO.

Voto meo obsequitur quae ministra ad uos scriptionis existit occasio. nam et praesentiae uice blanditur adloquium et pro-

1 homine *Bb*; *em. Schottus et Sirm.* uoces *B* 7 primeiuus *B* imbuerint *B* (*m. rec.*) *b*, inbuerent *B* 10 uicessitudinem *B*¹ 12 equus *B* (*s. l. m. rec.*) *b*, equo *B*

XXVII. 16 farciri *B*¹ *ut uidetur* 19 nulli/// *B* 20 coacerbata *Bb* 22 disciscere *B* colet emendatus *Bb*; *em. Sirm.*

XXVIII. 29 alloquium *B*²*b*

mittit sibi de paginarum promulgatione quod exhibet, quia emendatissimi homines sicut derogari uirtutibus suis aestimant, aliquos in diligentiae testimonio praeuios extitisse, ita ignominiam reputant exempla neglegere. uixit inter sanctos uiros ista communio, ut per intimi hominis prouidentiam nil noceret terrena sequestratio. par est, domine, ut et uotum meum sequaris et formam. ergo salutans principe loco, ut mei memor sis, deprecor, ut quod mihi per neglegentiam meam subtrahitur diuinae gratiae per uos suffragio conferatur. indico ergo non mentiens, nocte tertia a profectione mea ingratam mihi sanctam dominam meam Cynegiam apparuisse in ipso lucis exordio et multum ab ea me de itineris properatione culpatum: non sub uerborum lenitate conquesta est, quare etiam nullis uersibus sepulcrum eius esset honoratum. haec quidem ego non ad imaginem propheticae ueritatis accepi, nec nocturnis forte inlusionibus operis mei sudore litaui. sed quia facile suadetur amantibus, debitum opus non laborauit exigere quae monebat. salua est dominae reuerentia. uersus quos direxi per diem iudicii te coniuro ut in pariete supra ad pedes scribi mox facias. gratum noueris et filio tuo futurum: uult enim merita illius multorum ore celebrari, sed in eo modo quo illos hic inuenis. domnam meam Stephaniam et domnam Sabianam, sed et domnam Fadillam pro me saluta. si scripti fuerint, mox rescribe. domno papae dignare dicere, ut aliquid per sanctum diaconum Dioscorum de mea causa ordinet. quantum in festinatione ueredarii potui, scripsi. domnum et fratrem Hormisdam satis pro me saluta, cui dicite ut clauem illam mittat.

1 exhibet *em. Sirm.*, exibit *Bb* 3 praeuius *B* 4 necglegere *B*¹*b* 6 sequares *B* 8 meam *om. Sirm.* 11 scanctam *B*, *om. Sirm.* cynigiam *Bb* 12 iteneris *B* 14 sepulchrum *Bb* non s. u. laenitate consequestam (*om.* est) *B*, *exp. B m. rec.*, *om. b*; conquesta est *emendaui* 15 propheticae (ph *in ras.*) *B* adcepi *B* 16 littaui *B* 17 quae *scripsi*, qui *b*, qui/// *B* 18 domine *Bb* 20 uult (*pr.* u *in ras.*) *B* 21 inuenit *b* 22 dominam *ter Bb* 23 saluta *B s. l.* 24 domino *b*, dom*no *B* sanctum diaconum Dioscorum *scripsi*, s̄diacidi hoscorum (s̄diacidi *paulo minoribus litteris ab ant. corr. add. in spatio uacuo*) *B*, Secundiaci Hoscorum *b*, sanctum Dioscorum *Sirm.* 26 dom*num (i *eras.*) *B* hormisdam (s *postea add.*) *B* 27 salutate *ex* salute *B m. rec.?* clauem /// *B*

XXVIIII.

ENNODIVS BEATO.

Non ego epistolam meam intra breues terminos Spartanae memor concinnationis includo nec formam tuam studio coacti sermonis inrideo: abest a me loqui pauca cum modicis. urbanorum est exiguis producta subtrahere et sine aliqua necessitate paginas, quales poscit hominum mensura, formare. quod in me de his, quae praefatus sum, subtile putaueris, festinatio non semper amica artis et casus exhibuit. magnum mihi est, si dederunt fortuita quod mireris. ergo causam scriptionis insinuo, quam tibi praelata salutatione commendo. digresso mihi urbe procul domnae meae Cynegiae occurrit admonitio, quare sepulcrum eius non honorassem laude ducti in carmen eloquii: quod quamuis reuerentia uiri ipsius facerem, tractaui, quia quod radiat luce meritorum stili ubertate celebrandum est. nam nec deus officium respuit imperiti et contentus ipse quod tribuit a rusticantibus uerborum diademata non requirit. his ergo uersibus scribendum epitaphium destinaui. de quo quid sentiatur, sic pater tuus uiuat et Roma te, quantum ad illa quae in ipsa reprehenduntur, non suum faciat, ut simpliciter et pure indices, nec auribus meis aut sensui fuco mentitae gratiae blandiaris. non erubescas, etiam aliquibus, praecipue tamen et merito domnae Barbarae paginam meam recensere, quia tecum locatur. opto tamen ut tantum tabella mea quantum spes tua sapiat, quae in cano flore et mea et parentum suorum, quamuis sint auara, uota transgreditur. domnum Cethegum et domnam Blesillam sororem eius pro me saluta. Fidelem, Marcellum, Georgium, Solatium, Simpli-

XXVIIII. 6 subtraere B^1 8 que *B* prefatus B^1 9 exibuit *B* 12 domne B^1, dominae *B* (*s. l. m. rec.*) *b* cynigiae *B* (gi *s. l.*) *b* 13 sepulchrum *B* 14 fecerem *B* 15 q *B* *s. l.* luce (*supra* e *ras.*) *B* caelebrandum *B* 17 requiret *B* 18 epitafium *B* distinaui *B* 20 repraehenduntur *B* 22 blandiares *B* etiam *B*, et etiam *b* praecipuae *B* 23 tamen] dominae *add.* *Bb*; *deleui* barbare *B* 26 et uota *Bb*; et *deleui* 27 dominum *b* cythegum *Bb* dominam *b* blessillam *Bb* 28 fidelem Marcellum *b*

cianum pro me saluta. quibus dic: si uobis cordi est disciplina domnae Barbarae, domnum uel patres aut fratres eius frequentate, quia est casta luxuque carens: qui aliud fecerit, ad me non speret se esse rediturum.

Optinui pretium uotorum munere Christi:
Quae mihi uita fuit, crux dedit hanc tumulis,
Dissoluens carni subolem sine uulnere mentis,
Quod Fausto felix coniuge praemorior.

Disiecit lacrimas medela cordis.
Quae seruat meritis torum fidelem,
Exoptet similem matrona sortem.

XXX.

ENNODIVS FAVSTO.

Solida est spes adulescentium, quam magnorum cultura prosequitur: si cessat curatio, ubertas tritici transit in lolium. Partenium sororis meae filium diu circa diligentiam litterarum, quantum patris ipsius reserauit allegatio, culminis uestri metus adtraxerat. sed nunc per absentiam uestram uenerandae solutus lege formidinis molitur obscena: aetas illa peccatis amicior multos reperit ad errata ductores. inplorat fidem propositi mei pater et incolumem filium loco deflet extincti. sic faciunt quibus de profectu suorum fiducia nulla responderit.

1 dici *B*' 2 dominae *b* barbare *B*' domnum *B*', dominum *B* (*corr.*) *b* 3 luxuquae *B* aliut *B* 4 sperat *b* redditurum *B* 5 Epitaphium Cynegiae *inscr. uersibus Sirm.* precium *B* 6 dedit *B s. l.* hanc tumulis *Sirm.*, haec totum olis *Bb*, haec titulis *uel* tumulis *coni. Schottus* 7 sobolem *b* 8 faustone et *Bb*, Fausto et *Schottus*; *em. Sirm.* praemolior *Bb*, *em. Sirm.* 9 ALITER. desiecet *B* medella *B* 10 torum *B*, totum *b* 11 patrona *coni. Schottus*; *sed cf. p. 219, 3*

XXX. 14 adoliscentium *B*, adolescentium *T* 15 cessit *BLV*, cesset *T*, cessat *B* (*s. l. m. rec.*) *b* libertas *T* 19 obscaena *B* 20 reperit *T* 21 me *LT*'*V* incolomem *B*, incolum̄ *T*

nihil mihi residuum fuit, quod remedii loco precibus uictus ingererem, nisi ut eminentiae uestrae conscientiam de excessibus ante dicti iuuenis festinus instruerem. uos medicam manum, uos opem praestate consuetam, ne uitiorum profectus uniuersa in eo, quae boni aliquid potuerunt ferre, succidat. commendate amicis quae agantur: insinuate doctori et quicquid potest subuenire concedite, quia haec sunt, quae praefatis salutati obsequiis consanguineo possim professionis meae memori sine dissimulatione praestare.

XXXI.

PARTENIO ENNODIVS.

Par quidem fuerat silentio degeneri uicem taciturnitatis opponi et per ipsum callem uindictam, per quem uenerat error, exire. numquid aequum est, ut in excessibus tuis uox, quid deliqueris, et non mutus dolor ostendat? crede mihi, manifestatae indignationi uicina curatio est. te per longum ferire debuit inclusa commotio, si tamen non ex toto ab humanitate discessisti. quid deliqueram, postquam primoribus litteris ueniam fabricata humilitate poposceras? haec est correctionis fida promissio, ut, postquam delenifica oratione conceptam iram extorseris, erubescas te minora peccasse? quantum uideo, post contestatam uerecundiam solas errorum uitas angustias, nefas aestimans, ⟨si⟩ circa parentem et nutritorem tuum non in tantum extollis supercilium, quanta debuisti pro tot beneficiis communione summitti. aut forte putas quod me puerilis ira

6 agentur *b* 7 qui praefatio *T* salutati *scripsi*, salutationi *Bb*, salutatis *LV*, salutis *T*, salutationis *Sirm.* 8 memoro *B* (i *s. l. m. rec.?*), memor *Sirm.* 9 prestare *B*

XXXI. 11 paternio *L* 12 denegeri *L* 13 et *BLT*[1]*V*, ut *B* (*s. l. m. rec.?*) *T*[2]*b* uindictam *Bb*, uindicta *LTV* 14 exire *scripsi*, exiret *BLTVb* 15 manifestate *B*[1] 16 indignationi (indigna *s. l. m. 1*) *V* 20 delinifica *B* 21 erobiscas te *B*, erobis caste *b* 22 contestatē *L* 23 aestimans si *scripsi*, aestimas *B LTVb* 24 extolli *LTV* 25 communione — putas *om. L add. corr. in mg. sup.* communione] te *add. BLT*[1]*Vb*, te *exp. T*[2] *et Sirm.*

sollicitet aut ulla necessitas maturum expugnare possit affectum? numquid genitori natorum non grata sunt uerbera? aut creatores reptantium paruulorum non et mulcentur iniuriis? nihil amarum putant quibus inter desideria quod uotis pro parte aduersetur efferbuit. inuenimus inter triticeas segetes spinas et lolium, et dum frugiferam herbam carpimus, infecunda suggeruntur. numquid ideo culturae respuenda diligentia est aut cessandum est a uomeribus, si non in toto satisfecerit terra cultori? deum precor, ut a te quod detestor excludat: ego tamen numquam, si credis, deseram monitoris officium. audiui te patris tui relatione circa studia iam remissum et, quasi arcem scientiae adeptus sis, ita nullatenus esse de lectionis instructione sollicitum. nosti, fili, istius rei summam nisi adsiduitate nimia non teneri. non profuit in hoc opere laborasse aliquando hominem, qui a laboris intentione destiterit: pernicibus alis neglegentes fugit scientia, et quicquid mora et sudore partum est sub celeritate transfertur. te salutatum et uigilem uolo, ut profectus tui messem cotidianae catenis lectionis adstringas. ad me uel nunc, si quid te deceat cogitas, rescribe, quia, si credis, numquam similem dictionum tuarum inuenies in qualibet orbis parte fautorem.

1 ullane *L* expurgare *T* 3 et] etiam *T*, ex *b* 4 proa *L* 6 frugifieram *B* capimus *B* infeconda *T*[1], infaecunda *B* 11 patres *B*[1] 16 distiterit *B*, destitit *Sirm.* 19 cathenis *T* 20 rescribere *T* 21 factorem *T*

LIBER OCTAVVS.

I.

BOETIO ENNODIVS.

Optimae spei plenus cui faustum cupio ad curam officii epistularis adspiro. decet enim uestris fascibus hac praefatione delibari et inter purpuras possessoris luce crescentes qualicumque non abstinere conloquio. numquid solius doctrinae beneficiis amor agnoscitur nec fas esse credendum est prodire in medium desideria rusticantis? simplicius innotescunt uota nullo peritiae uelata praestigio. ergo nos hoc sumus ore quod pectore: non amara praecordiorum delenificis possumus mutare sermonibus: pudens laudator est cui in concinnatione blandimenti dicenda mens suggerit. deo ergo omnipotenti gratias, qui in uobis, dum uetera familiae uestrae bona custodit, noua multiplicat et, quod plus est apice dignitatis, dignos facit esse culminibus. redditur quidem uestrae gloria ista origini, sed, quod est clarius, merito inpetrante personae. fuerit in more ueteribus curulium celsitudinem campi sudore mercari et contemptu lucis honorum sole fulgere: sed aliud genus uirtutis quaeritur, postquam praemium facta est Roma uictorum. noster candidatus post manifestam decertationem debitum triumphum, dum numquam uiderit bella, sortitur. iudicio exigit laureas et congredi non necessarium duxit armatis. inter

I. 3 fautum *LTV* dupio (o *suprascr.*) *B* at ad *L* 4 dicit *Bb* 5 delib*ari (e *uel* er *eras.*) *L* purporas *B*[1] possessionis *T* crescentis *Bb* 10 non] nec *LTV* delinificis *Bb* 11 concinnatione *B* (*m. rec.*) *b*, concenatione *B*, condempnatione *LTV* 12 sugerit *B*[1] gratias omnipotenti *LTV* 16 morem *LTV* 18 sole] luce *Sirm.* 22 exiget *B*; exegit *fort.*

Ciceronis gladios et Demosthenis enituit et utriusque propositi acumina quasi natus in ipsa artium pace collegit. nemo dissonantiam Atticae perfectionis metuat et Romanae nec praecipua gentium bona in societatem dubitet conuenire. unus es qui utrumque conplecteris et quicquid uiritim distributum poterat satis esse auidus maximarum rerum possessor includis. eloquentiam ueterum, dum imitaris, exsuperas: dicendi formam doctissimis tribuis, dum requiris. est apud me epistulae uestrae, quae huius rei fidem faciat, ueneranda conpositio. utinam quae a uobis diriguntur tam essent crebra quam suauia! dicatis forsitan: par fuit propinquum laudare in commune augmentum laborantem, quia non est proprium quod quasi singulariter uidetur palmata conferre: uenit ad me equidem portio de curuli. sed, si mihi creditis, plus erigor de genio et studiis sublimati. interdum accesserunt ista de casibus: soli contigerunt illa uirtuti. prope inops ad scipionem adducitur suffragii consularis qui tantum de parentibus gloriatur. tibi utrumque in peculio est, Latiaris scientia et uena purpurarum. o si mihi non stili epistularis consideratio in longum equidem producta manus opponeret! quod alii relatione ditant ego crudum etsi confusis ordinibus explicarem. redeo ad tabellarum fidem. ualere me nuntio et utrum ualeatis inploro, ad summam beneficii postulans, ut dignatio me reciproci sermonis adtollat, hoc quoque deprecans, ut domum, quam in Mediolanensi ciuitate et abundantia uestra et neglectus propemodum iam reliquit, mihi quo uultis genere concedatis. iustum est enim ut parentes

1 gladius *B* demostenis *BLTVb* 2 ipso a. apice *fort.* colliget *B* 3 atticae (cae *in ras.*) *B*, antice *L* profectionis *L* 5 destributum *B* 7 exuperas *LT* 8 tribues *Bb* requires *B* 9 fidem *Bb*, fiduciam *V*, fidutiam *LT* 11 propinquam *B* in *T s. l.* agmentum *T*[1] 13 aequidem *B* 14 curruli *T* 17 tibi est *T* 18 est *om.* *T* largiaris *L* 19 epistolaris *B* ęquidem *B* producti *fort.* 20 ditant (c *s. l. m. rec.*) *B*, dictant *b* et si• (n? *eras.*) *L* 22 ñtio et utrum *T* 23 dignatio me *L*[1] 25 habundantia *BT* reliquid *BL* 26 genera *L* concidatis *B*

uestri habeant quod de patrimonii mole descendit. credite mihi deo teste, quia, si inpetrare sine detrimento census uestri meruero, quasi dono obligatus obsequiis potioribus respondebo. de qua parte, sic uobis feliciter uniuersa contingant, securus esse debeo, plenarii mihi documenti dirigite firmitatem.

II.

ENNODIVS AVIENO.

Par erat magnitudinem uestram ingenii sui opulentiam, dum sancti patris sectatur instituta, depromere et multo adquisitam sudore doctrinam pro diligentiae testimonio uentilare. gemina nobis contingeret ex antefata concinnatione laudatio, quando crescente susceptorum deuotione ferretur in medium palma sermonis: res, quae nobis amorem uestrum reserat, uos extollit. uno eodemque usu et oris pompa multiplicaretur et fidei. in apice constituti illam subiectis adfectionem putantur inpendere, quam locuntur. haec, mi domine, ille occupatissimus pater et in humana locatus arce custodit. nam contemptum manifestat qui in otio degens uerba non tribuit. legisse me memini: s e r m o n i s a u a r i n u l l u s h o n o r. nunc ergo seruitiis salutationis exhibitis indico me ualere. superest, ut suggestio mea eliciti gaudeat ubertate conloquii.

III.

ENNODIVS MESSALAE.

Post unam epistolam, quam uictus crebris scriptionibus emisisti, in continua taciturnitate perduras, et credo necessitate,

1 discendit *B* 3 portioribus *L*

II. 10 sanctis *L* 12 contingeret *b*, contingerit *B* (e *s. l. m. rec.*), continget *LTVb*, contingit *Sirm.* ex *om. LTV* concenatione *B*[1] 13 ferretur *scripsi*, (*cf. Epist. VIII 41*), ferritur *B*, fertur *B* (*s. l. m. rec.*) *LTVb* 14 deserat *T* 15 multiplicaretur *B*, multiplicatur *LTVb* 16 apice] pace *Sirm.* 18 arte *T* conteptum *L* (te *ex* ce *corr.*) *V* 19 retribuet *B* me *om. Tb* 21 adhibitis *V* (?)

III. 24 messale *BLT* 26 taciturnitatis *L*[1]

non studio seruas philosophiam nil dicendi, non respiciens ueteres, ut loquerentur melius, in praesentia nil locutos, et illam silentii curam nutricem fuisse sermonis. tu uideris mihi disciplinas Atticas in muta fideliter parte sectari, nolens silentio adquisita uulgare. ostende post oris ferias quae tibi per aurium callem diuitiae commearunt. destinasti mihi dictiones tuas, in quibus etsi non fuit optanda sublimitas, non tamen deprehensa est quae sorderet abiectio. egi deo gratias, quia iam te de uinculo, in quo neglegentia constringebaris, exemeras. promisi sequentibus potiorem successum aestimatione principii. sed uos inchoationem, quantum ad me, cui nihil dirigitis, cum extremitate iunxistis. domne Messala, cotidie cuius sis filius habere ante oculos cordis dei nostri dispensatione contingat. sed nolo prolixa esse quae aspera sunt. uale officio salutationis accepto et correptum te suggestionibus meis frequentibus resigna muniis litterarum.

IIII.

ENNODIVS ARATORI.

Ad longinqua digrediens caritatis inmemor extitisti. non licuit tecum piam diligentiam muros exire. dum urbis habitator es, fabricatas blanditias non sine daedala arte custodis: at ubi rus petendum esse decreueris, quasi graues sarcinas amicorum memoriam derelinquis. tu uillares delicias expetisti, et nos apud te inter moenium mala remansimus. non habuit radicem affectio, quam uelut curarum tormenta separasti. dicas, unde tam uelox exprobratio? nec aequum esse parari ante

1 filosophiam *B* nihil] ñ *T* 2 ueteris *B* locutus *Lb* 3 silentiã *L*[1] curam *om. T* 4 immuta *T* 9 in quo] iniquo *L* constrigebaris *L* eximeras *B* promissi *B* 10 successu *L* 11 incoationem *B* dirigetis *B* 12 iunxistes *B*[1] domine *LTVb* messale *B*[1] 15 adcepto *B* correctum *LTV* sucgestionibus *B* resigna muniis frequentibus *T*

IIII. 19 exstitisti *V* 20 licuet *B* 21 es *om. Pb*, et *B* dedala *BLTV* ad *BL* 22 rus *om. T* 23 uilasres *T* dilicias *B* 24 habuet *B* 25 pasti (ar *s. l.*) *B* 26 tam *B s. l.*

delicta tortorem. scripturum te, mox fuisses ad optata peruectus, sine cunctatione promisisti: quantum pater tuus semper culparum tuarum uulgator exposuit, iam a te pueri paginis uacui commearunt. timeo, ne ista taciturnitas diuturnitate conualescat et in usum silentii turpis crescat incuria. domine mi, saluto ergo et promissi te memorem debere esse conuenio, quatenus inter cana nemora redimitus hederis efferaris.

V.

FAVSTO ENNODIVS.

Directos a sancto episcopo artifices prosequi commendatione non opus est. res enim plus suo placitura genio de deuotione laudatoris abiurat iniuriam. familia est, quam cum uideritis, non possitis ambigere ab ecclesia destinatam et de eius thesauris et gremio sub hoc studio processisse, ut tractata liberaliter pariat uobis in illa melioris saeculi commutatione mercedem. in quibus mancipiis iuxta adnuntiationem beatissimi Laurenti martyris opes esse maximas quis negabit? sunt enim feminae, quae quamuis exterioris hominis lumina perdidissent, mentium splendore radiabunt: quicquid enim corporibus de prosperitate subducitur, ad frugem crescit animarum. nolite male accipere, quod nec uidere poterunt nec uideri procul a maturitate uestra inliciens decore formositas. qui uitam suam sicut uos in hoc innocentiae calle disposuit, si tales pascat, in caelis est: crede mihi, quamuis uobis gaudia pariat fusa ad deum ubertas illa lacrimarum, contenti eritis possidere sub continuatione plangentes. inter ista bona, quae praefatus sum, licet magno uobis

1 scriptur̄ *T*, scripturarum *L* 2 promissisti *B* tuus pater *T* 3 exposui *B* iam] etiam *B* 5 conualiscat *B* usū (¯ *deleuit m. 2*) *T* 6 m *T*, mihi *BLV* ego *Sirm.* promisi *T*[1] 7 quatinus *LTV* nemoria *L*

V. 11 suo *BT*[2], sua *LPT*[1]*Vb* 13 non] iñ *L* aecclesia *V* tensauris *B* 15 seculi *B* 16 in quibus *V in ras.* adnuntiatione *B* tione *in ras. esse uid.* laurentii *LTV* 17 negauit *Bb*, negabat *P* 18 lumina (a *in ras.*) *B* perdedissent *B* 19 quidquid *L*[1]*TV* 22 hac *LT*[1]*V* 24 pariat (at *in ras.*) *B* fusa *om. B* 25 contempti *T* plangentes (entes *in ras.*) *B*

labore et pretio constitissent, adicio quae secuntur. una inter ipsas et ingenua et sine filiis est et puto, quod fit sanctis uicinum desideriis, nec habebit. est enim in christianis hominibus fecunda sterilitas et maximum solacium saeculi adiutoria non habere. sed ne forte animus uester in occupationes publicas debeat de anagnostici prolixitate fastidium, quamuis bona in principiis locata uos animent et quemlibet rancorem detergeat in exordio iuxta oratoriam disciplinam locata dulcedo, tamen ne desideria uestra fabricata dissimulatione suspendam, nulla ex illis documenta promerui. quia commemorationem mularum facerem, episcopo durum uidetur et quamuis famuli uestri fratris Gaiani institisset efficacia et supra modum nos pressisset inportunitas, nihil communi actione profecimus. hoc tantum uolunt inseri, multis sanctum patrem uestrum beneficiis uestris et gratia inuitatum muneris uobis uicissitudine prospexisse: quod genus documenti si placet, sine cunctatione rescribite aut quae eius forma esse debeat intimate. nunc ego ille periclitatae utilitatis et in obsequiis uestris annis pluribus iam probatus, quantum egerim, quod uix alter per infinita cartae damna narrasset, pernicibus sum uerborum saltibus elocutus.

VI.

AVIENO ENNODIVS.

Credo ad iustitiam pertinere, ut quod a uobis expecto primus exhibeam. decet enim, ut qui bona opera praestolatur inuitet

1 praecio *B* additio *T* 2 est et *scripsi*, est *B*, et *LTVb* poto *B* scantis *B*, canctis *L*[1] *ut uidetur* 3 cristianis *B* 4 sterelitas (r *ex* l *corr.*) *V*, insterilitas *L* solatium *BTV* seculi *B* 6 agnagnosticis *LPTV* 7 animaent *B*[1] detergat *PT*[2]*b* 8 iuxta (ta *s l. m. 2*) *T*, iux *LV* men ne desideria uestra fabrica *V in ras. m. 1* 10 ͻ̃memorationem *T* 11 feceram *fort.* 12 efficatia *BLTV* nos] nostra *fort.* praessisset *B* 13 nihic *L* accione *B* proficimus *B* 14 miseri *T* 15 graciam *B* uicessitudine *B*, uicissitudinem *b* 18 periclitatae (iclitat *in ras.*) *V*, periclitate *B* hutilitatis *V* 20 dampna *PT*[1] sũ pernicibus sũ *T*

VI. 24 exspecto *LV* 25 praestulatur *B*

exemplo. expugnat calcaribus tarditatem qui formam ministrat officii. his ergo salutationis munus inpertiens sanum me esse post inaequalitatem, quam pro peccatis sum passus, enuntio et statum uestrae prosperitatis inquiro, sperans ut in huius rei solutione multus incumbas.

VII.

SENARIO ENNODIVS.

Apud sanctas conscientias non negat caritati debita sua gratiae principalis occupatio nec eliminat pii amoris aula feruorem. testimonium dat solidae adfectioni qui eam inter inpedimenta obliuione non obruit. commendate mihi scriptione culmina uestra, quae uoto inportunus emerui: custodia communionis honor est dignitatum. his ergo obsequentissime salutans epistolas breuitate constringo, sciens posse productas horreri, faciens ut pro me domino gratias referatis, qui molestiam quam pertuli, antequam eam discere potuissetis, abstersit.

VIII.

HELPIDIO DIACONO ENNODIVS.

Quibus modis fraternitatem tuam ad scribendum quaue arte sollicitem, quando homo uerborum locuples in me silentia peregrina custodis? elegi, ut loqui te loquendo faciam et illam Atticam eruditionem ad epistolas alia garrulitate producam. iustum fuit ut tot diebus a promissione desisteres et qualiter

2 inperciens *B* me esse] messe *B* 3 inequalitatem *B* pec͡ca̅tis *B* 4 uestre *B*

VII. 8 aput *B* scanctas *B ut saepius* consciencias *B* 9 elimenat *B* 12 importun' (n' *ex* m *corr.*) *T*, inpor *B* commonionis *B* 13 obsequentissimae *B*, obsequentissimi *Pb* 14 horrei *BL* 15 facite *fort.* 16 disce**re (de *eras.*) *L* potuissitis *B*

VIII. *Hanc epistulam cum antecedenti coniungit inscriptione omissa b* 18 hilpidio *B*, elpidio *L* diaci *B*, diac̄i *L* 19 ad s.] adscribendum *B*, ascribendum *L* 20 solicitem *B*[1] locupleps *B*[1] sillentia *V* 21 te loqui *Pb* 22 alia] latina *fort.* producem *B* 23 tota *LV* desisteris *B*

peruenisses nulla paginae directione signares? an forte circa me illam tuam cautelitatem aestimas esse seruandam? dedignaris conloquio quorum gratiam multo sudore quaesisti. crede mihi, nisi ab hoc te uitio sub ea qua ambulare soles uelocitate suspenderis, necesse est, ut ad alios nostra patrocinia transferamus, qui memores constituti amorem munerentur obsequiis. his ergo salutans amico et medico indico me graui corporis inaequalitate laborare, quam nisi te dictante pagina iocos exhibitura curauerit, distensam per tormenta ranulam longis hominibus coaequabo.

VIIII.

MESSALAE ENNODIVS.

Si iam te fauor diuinus a proposito neglegentiae ad uotiua ducit studia, si quo te uena, quo domnus Faustus uocat adtendis, optata scriptione non taceas. sed timeo, ne dum officiosum desidero, sustineam rusticantem et incipiat hoc desideriis meis resistere quod cupiui. caelestes diuitiae illam inertiam stimulo pietatis exsuscitent et mendicitatem oris tui superna ope locupletent. ecce uel iniuriis prouocatus scribe. salutem ergo dicens rogo, ut quid circa te agitur tabellarum promulgatione cognoscam.

1 peruenisses *T*, puer uenisses *LV*, puer uenissis *B*, puer uenisset *Pb* pagine *B* signaris *BLV*, resignares *fort.* an *BT*, ante *V*, ante *L*, aut *Pb* circa] contra *Pb* 2 me illam] millam *B*, mellā *L* cautillitatem *B* designaris *B* 3 quaesiti *B* 4 te *om. Pb* uicio *V* qua *T*, quam *BLPVb* anbolare solis *B; inambulare fort.* 5 alius *B* 6 constitui *B* 7 indeco *B* 8 inequalitate *BLTV* pacina iocus *B* 9 distensam *om.* *T*[1], *post* tormenta *inserendum esse significauit T m. 2 in mg.* ranolam *B* 10 coequabo *LTV*

VIIII. 12 messale *BLT* 13 fabor *B* 14 ducis *LV* si qua (a *ex* o) *T* domnus *B*, domus *LV*, dōnus *PT*, dominus *b*, te domnus *Sirm.* attendis *T* 15 non taceas scriptione *LT Vb* 16 desiderio *T*[1] 17 caelestis *B* stitulo *B* (s *postea add.*) 19 uel *om. Sirm.* inriis *B* prouocatis *L* 20 agatur *Sirm.* tabularum *Sirm.*

X.

MAXIMO V. S. ENNODIVS.

Bene disponantur superno uota uestra iudicio: ipse ad nuptias tuas ueniat qui primo parenti, dum adhuc natiua inmortalitate gauderet, benedictionis munus indulsit. faciat tibi Christus noster nec custoditae integritatis fructum perire nec munera nuptiarum. sic uirginitas prosit ad subolem, ut castitati tuae fecunditas nil decerpat et miro dispensationis arcano nec saeculo, dum pater es, pereas nec dei gratiae, dum pudicus. ueniat super te quod Isaac iuniori filio pie inductus optauit. illis domum socrus auspiciis uxor introeat, quibus Tobiae penetralia nurus accessit. sit tibi perfectae causa dilectionis in coniuge, in te uirginitas custodita. solam illam tibi deputatam noueris, cui te, quasi non esses ex mundi faece, seruasti. ecce quia uenire non potui, oratione non desum. domine mi, spero, ut honore salutationis accepto quae a me directa sunt dignanter accipias.

XI.

ARATORI ENNODIVS.

Miror cur deuenustes turpi silentio ad Romanum decorem politi in te bona conloquii et coactas multo sudore diuitias fugiens dispensationem taciturnitate consumas. quicquid dignis

11 cf. Gen. 27, 28   12 cf. Tob. 6

X. 2 u. s. *om.* *T*, urs *L* 3 superna uoto *L* nostra *b* 5 gaudere *B* supernae benedictionis *Pb* manus *L* 6 cristus *B* nrt (t *in ras. uid.*) *B* custodite *B*, custoditaei *L* integritates *L*, integritatẽs *V*, integritatem *Pb* imperire *L* 7 sobolem *LTV* 8 nihil *Sirm.* archano *LTV* 9 seculo *B* peras *L*, parcas *Pb* 10 isac *BLV* piae *B* seductus T^2 11 ad tobiae *LTVb* 12 paenitralia *B* perfectae cassa *B*, causa perfectae *TV*, causa perfecte (te *ex* ti *corr.*) *L* dilectionis (dilecti *s. l. corr.*) *L* 13 in te] uite *PT*, uita *b* deputatam tibi *LTV* 14 fece *BTV* 15 m *T*, mihi *BLV* 16 acoepto *B* directa sunt *V s. l.*

XI. 20 deuenustus T^1

conlatum fuerit dum in usu est, ornat auctorem: ingeniorum elegantiam qui concludit extenuat: unus error est prodire rusticantem et dignum laudis honore delitescere. numquid non habuisti digna memoratu aut ego tibi uisus sum non colendus eloquio? fuit aliquando materia, quae sic omnium linguis et litteris celebranda sit, quando ad nuptialem copulam perductus homo est, cui cum magna sit lux natalium, abundantia facultatum, disciplina et pudor utrumque transgreditur, qui uitia carnis abiurans pro blandimento turpi respuebat quicquid leges dedere pro remedio et nolens uxoriis corpus deputare seruitiis putauit se addicere, si quicquam mundo inpenderet liberam castitatem? haec etsi non diligis, debes tamen pro ingenii tui ostentatione laudare. possumus te credere bonum fieri, si audiamus quae honesta sunt praedicantem. nunc salutem largissimam dicens ut rescribas admoneo, et non me de epistola mea aestimes, quam, deus testis est, dum de basilica remearem, transcursione dictaui.

XII.

ENNODIVS FLORO.

Qua te deuinctione teneam, qua diligentia conplectar, ex animi tui potes qualitate colligere. uix enim amari continget nisi quos sinceriter amare constiterit. congreditur inter se caelestis uigor animarum et studia sua mutis sibi pandit affatibus, et ideo si uicissitudinem mihi reddere disponis, insiste domno, ut suburbanum illud, dato si dignatur a me pretio, comparari iubeat, quod dum in Liguria fuero, feliciter

1 consolatum *L* ornata *B* actorem T^1 ingeneorū L^1 2 eligantiam *BL* eror *B* 3 delitiscere *BV* 4 habuistis *T* iussus *L* tibi uisus su *V in ras.* 5 alloquio *fort.* 9 blandimenta *L* legis dedero *B* 10 uxorus *L*, uxoris *Pb* deputate T^1 12 debis *B* 13 credere te *b* 14 audiam *T* 15 non*** *L*, nunc *T* me *L s. l.* 16 de] dede *B*

XII. 20 diuinctione *B* 21 enima *V in ras.* contiget *B* 22 constitrit *B* 24 effatibus *B* ideo si *B*, ideo *LPTV*, iam *b* uicessitudinem *B* 25 domino *Pb* si dignatur dato P^1b ///a *B*

habeam et post obitum meum ipse suique possideant. mihi tamen post deum libertatem substantiam uidetur ipse conferre, si hoc beneficii per ipsum fuero consecutus. sed sic filia tua uiuat, sic de illa quales optas filios teneas, sic deus animam tuam sanctos suos faciat coaequari et frater tuus uiuat, ut insistas suppliciter inportune, quatenus ad effectum petitionem meam perducas. cogitet deum, cogitet necessitates meas, quia nihil est quod potentia ipsius, quod affectus circa me maius possit praestare.

XIII.

ENNODIVS AVRELIANO PRESBYTERO.

Affectionem mentior, si uobiscum digrediens non remansi et beatitudinem uestram mecum quamuis locatam in statione non detuli. quia animus in me, ut in ceteris, imperator est corporis, ipse circa diligentiam uestram est tota intentione captiuus. ergo salutationis honorificentiam debita humilitate persoluens nihil ualitudini meae de itineris confractione indico decessisse. ecce qua sollicitudinem uestram benigni studii cura remuneror: facite, quod scriptum est, accepta restituentes de prosperitatis uestrae me significatione gratulari.

XIIII.

ENNODIVS FAVSTO.

Tacerem molestias meas, nisi intellexissem, quod sollicitudo uestra me subleuat. nondum agnoscitis, quam uariis mor-

14 cf. Sallust. Cat. c. 1

4 uiuat] uiuat sic *B* 5 scantos suos *B*, sanctis suis *PTb* faciet *LP¹T¹V* coequari *B* 6 simpliciter *T* quatinus *LTV* petionem *B* 7 cogitet deum *B s. l.* cogites *Sirm.*, cogite *b* cogites *Sirm.*, cogite *P¹b* 8 maius circa me *T* 9 praestare *em. Schottus et Sirm.*, stare *BLPTVb*

XIII. 11 ennodius *om. T* 12 afflictionem *L* mencior *B* 13 quamuix locatum *B* 14 et quia *BLTVb*, et *deleui* ceteris] teris *B* inperator *B* 16 captiuos *B* 17 ualitudine *B* 19 remmuneror *B* adcepta *B* restituenstes *B* 20 ure *B*

XIIII. 23 tarem *B* 24 subleuet *L* non (o *corr.*) *T*, nam *B LPVb* agnoscitis *Bb*, agnoscetis *LPTV*, cognoscitis *Sirm.*

borum fatigor incommodis, pro peccatis meis febribus frequenter addicor et uires, quae uidebantur restitutae, franguntur. ergo uos remedia consueta praestate et usum illum sanctae conuersationis inpendite, ut quicquid medicina mortalium non ualet fusis ad deum nostrum precibus inpetretis.

XV.

ENNODIVS EDASIO.

Ante experimentum amicorum fides occulta est: postquam in lucem processerit, eorum qui aliquid saporis habuerint sibi mentes obligat. est tamen nimis libera seruitus, quae caris exhibetur. confiteor magnitudini tuae: latebat me ante relationem hominis mei quid in sublimitate tua et saporis et gratiae sub nobili humilitate delitesceret: didici hominem, qui canam in fide beatitudinem, dum amicorum absentiam bene tractat, exsuperat. plura quidem discedens promiseras, sed ad genium conscientiae tuae maiora praestitisti. domine fili, salutationis effusissimae munus inpertiens ago atque habeo insufficientes gratias de his, quae mihi in prima notitiae fronte conlata sunt. quod restat, deprecor, ut residua illa mancipia teneri iam facias. ecce fiduciam de bonis praecedentibus descendentem: qui ante ignoto preces metuebat offerre, iam non dubitat imperare.

XVI.

ENNODIVS BARBARAE.

Non ego debiti inmemor ab officiis temperaui nec constituta despiciens garrulitatem meam ab obsequii exhibitione suspendi.

1 imcommodis *B* 2 *uidebantur restitute *B* 3 scantae *B* 5 praecibus *B*

XV. 9 processerint *B* 10 est] et *T*, aest *B*[1] nimis] minus *Sirm.* 11 magnitudini (*postr.* i *in ras.*) *B* laebat me**** *B* 13 delitisceret *BL*[1]*TV* 14 absentiam (abse *in ras.*) *B* 15 exsuperit *B* 16 filis amationis effussimae *B* 17 imptiens *LTV*, impartiens *b* 18 notitiae *scripsi*, potitiae *BLV*, potitie *P*, potentie *T*, pueritiae *b* 19 mantipia *L* 20 praecidentibus *B* discen|dentem *B* n *in fine lineae postea add. sed m. 1* 21 offere *B* 22 inperare *B*

XVI. 24 barbare *BT* 25 temporaui (po *in ras.*) *B* 26 obsequi *B*

sed postquam ab urbe regressus sum, continuo me uariae aegritudines et quicquid ad mortem uocat artauit. uere, domna mea, sic uobis uestrisque laeta contingant, quia ad testimonium ueteris mysterii Christus noster iterum quamuis peccatorem nec ut illum, qui amicus dici meruit, sed rursus uocauit Lazarum de sepulcro. est facti unitas in distantia personarum, eo nunc amplior magnitudo diuini operis, quia quod ille meruit mihi cessit indebite. haec causa me ab officii promulgatione reuocauit. postquam tamen ad uitam reductus sum, continuo me ad seruitia uobis soluenda conuerti, rogans deum, ut uos uestrosque superno tueatur auxilio. promitto mihi etiam et desideriis meis, quod cum felicitate uestra et gaudio ad comitatenses excubias, quae uotis meis satisfaciat, dignitas adepta uos euocet. noli, domna, huic te labori, huic oneri submouere. uideant bona Romanae ciuitatis prouinciae, et quae monitis uix instituuntur per bona, quae uobis deus contulit, formentur exemplis. rogo tamen reuerentia salutationis exhibita, ut expectatissimo me releuetis alloquio, sed nec alterum dictare patiamini quae ad me scribetis: sic numquam ab impetratione oratio uestra pellatur.

XVII.

ENNODIVS STEPHANIAE.

Credo uos et ignorantes meis periculis subuenisse: aut quare confidam nescire quicquam quos per deum contingit uniuersa

5 cf. Io. 11, 11

1 uariare *L* 2 aegritudinis *B* dña *PTb* 5 dĩ dici *fort.; cf. p. 212, 4* sed] secundum *fort.* 6 sepulchro *BLTV* 7 eo] et *Pb* 8 cessit] accessit *fort.* indebitae *B* 11 ausilio *B* 12 uro *L*[1], uestrae *B* comitatensis *PTVb*, commitatensis *B* 14 dña *PTb* laborari *L* oneri *Pb*, honeri *BLTV* submore *L*, submittere *b* 15 prouintiae *LV* 16 institu*untur *B* bona] ea *fort.* 17 exspectatissimo *V*, exspectantissimo *L* 18 reuelatis *B* 19 patiamine *B* quae—impetratione *om. B* imperatione *L*

XVII. 22 stefaniae *BLV*, stephanie *T* 23 peculis *B* 24 continget *B* uniuersa*** *L*

praenoscere? postquam enim ab urbe redii, reparata sunt in me diuina mysteria et quod senuerat temporibus nouellis resurrexit exemplis. iterum uocatus est Lazarus de sepulcro, non quidem illius par merito qui amici redemptoris nomen emeruit: sed in diuersitate actuum unius conuenit forma mysterii. deductus per aegritudines multiplices ad sepulcra, sed caelesti uoce reuocatus, ad haec primum quae uobis soluuntur officia me conuerti, credens placere deo, si cultoribus eius per linguam, quam ipse reddidit, principe loco exhibeantur obsequia. ergo reuerentia salutationis inpensa deprecor, ut pro me, sicut poposci, orare adtentius procuretis, ut per meritum uestrum diuina clementia dignetur confirmare quod tribuit, et frequenter me pia litterarum uestrarum promulgatione subleuetis. rogo, ut nullum alium dictare facias, per dommi Asteri animam et professionem tuam: sic ei nitor quem optas usque ad consummationis tempus adsistat.

XVIII.

ENNODIVS FAVSTO.

Coegit me ad studia mea portitor praesentium litterarum et quod uolebam prope inportunus exegit. sic contulit beneficium qui poscebat. iste in negotio suo probatum mundo iustitiae uestrae poscit examen, nec ab aliquo ueritatem causae suae discerni aestimat, si cessetis. pro hoc precator accedo, ut dum adestis mandatis caelestibus et ueritatem tota intentione perquiritis, adflicti hominis necessitatibus subcurratis. spero etiam seruitio salutationis inpenso, ut indicio me prosperitatis

1 raeparata *B* 2 nonuellis *B* 3 resurrexerit *L* sepulchro *BLTV* 4 per *B* 5 act•ū *L* formam *B* misterii *PT*, ministerii *b* 6 aegritudinis *B* sepul•cra *B*, sepulchra *LPTV* celesti *B* 9 ipsed *V*[1] 12 tribuet *B* 14 Asterii *Sirm.*, Austerii *Pb* 15 obtas *B*

XVIII. 19 p̄sentium portitor *T* literarum *B* 20 uelebam *L* exiget *B* 21 poscebat iste *scripsi*, eoscebatis te *B*, exigebat iste *LPTVb* probatus in *B* 22 uestre *B* ab aliquo (ab ali *ex* alib *corr. uid.*) *L* 23 praecator *B* 25 subcurrates *B* 26 seruitio salutationis *B*, salutationis officio *LPTV* inditio *B*, indictio *L*

uestrae non neglectis quae frequenter se ingerunt occasionibus subleuetis.

XVIIII.

ENNODIVS FAVSTO.

Quamuis omnis frequentia litterarum uideatur rara sollicitis nec sufficiat prouidentia pro pietate suspenso, tamen pars ista, cui inpenditur, nisi responderit, ab humanitate seiungitur. ergo salutationis officia praefatus deo tribuente indico mecum sanctorum suffragiis et uestris precibus iam melius agi et illam desperationis et febrium intepuisse ualitudinem. nunc, quod restat, spero, ut petitionem meam, quam per confamulum meum fratrem Florum destinaui, suscipere solita benignitate dignemini, quia, etsi mihi ad praesens res uidetur esse conpendii, uobis, quibus magis futura cordi sunt, utilitas ex hac parte summa respondet.

XX.

ENNODIVS AGNELLO.

Si ualerem uos corpore prosequi, uerbis abstinerem: at cum illa res ualitudine deficit, ista subcurrit. scit secretorum discussor, me et diuisum praesentia a uobis abesse non posse. proinde sollicitudinem uestram nuntio prosperitatis meae releuo et, propter quod concessum est epistolare commercium, uestram requiro, indicans honore salutationis inpenso puerum me ad suscipiendum caballum direxisse. tantum est ut talem mittatis, quem et uos dedisse clareat et ego pro honoris summa me gaudeam suscepisse.

1 uestre *B* neglictis *B* occassionibus *B*

XVIIII. 5 omnes *B* 6 pars ista] per est *B* 8 offitia *B* 10 disperationis *B* inteposuisse *B* 11 petionem *B*[1] 13 presens *B* 15 respondit *B*

XX. 18 uos *om. Sirm.* ad *B* 19 ualitudini *Lb* subcurret *B* 20 presentia *B* 21 pinde *L* sollicitudi**nē (udi *in ras.*) *L* meae prosperitatis *LPTVb* 22 uestrum *b* 24 cauallum *B* mittates *B* 25 qualem *coni. Schottus* 26 gaudiam *B*

XXI.

ENNODIVS BEATO.

Si possem scribendo delere paginam meam, multiplici hoc facere intentione procurarem. sed quia non est fas hominem non errare, ego ille canus, sed pater tuus, ne umquam prioris epistolae meae sis memor, exposco: sic te pater et patria talem, qualem per singulos dies omnibus protestor, excipiat. alienis scriptis credidi, ut stili mei inportuna festinatione morderem. tu feceras quod sapiens, qui soli domno Probo arcem tenenti inter doctos uersus meos relegeras, quod facere decuit. ego inportunus, qui alteri credere non debuissem, quantum uideo, frustra commotus sum. uade ergo ad domnum Probum (sic pater tuus uiuat, sic me, quem semper amasti, uiuentem audias), quia ista pene mortuus dictaui, et osculare illi genua pro me et dic illi de illo extremo uersu: Terentianus me induxit in illo exemplo,

Sic fatur lacrimans, classique immittit habenas.

omnia tamen, quae fuerunt digna correctione, praeuidit. saluto amore quo debeo. si euasero, emendo uersus ipsos et sic dirigo. nam litteras tuas, quas per infantem Rufinum direxisti, Iulio mense suscepi: unde me contigit nescire quod actum fuerat, ut taliter mouerer.

XXII.

ENNODIVS FLORO.

Qui iustius prosperitatis meae cognoscit indicia, nisi qui sinceriter et indesinenter optauit? nec conuenit prius alterum

15 Terentianus Maurus 1951, Verg. A. VI 1

XXI. 3 possim *B* 4 procu^ra^rem *L* set *B* 5 semper^pat^ tuus *T* 6 talem *om.* *L* 7 protector *T*[1] 8 stili] simili *B* eum morderem *fort.* 9 artem *Pb* 10 uersos *L* meos *om.* *B* religeras *B* docuit *B*[1] 14 iste *L*[1] genua *T*[2]*b*, ienua *P*, ianua *BLT*[1]*V*, genas *fort.* 15 terentinus *B* 17 classique immittit *P*[2] (*in mg.*) *b*, mittit *LPTV*, mittet *B* abenas *T*, auinas *B* 18 tamen (a *ex* e? *corr.*) *B* 19 quod *L* uersus ipsos emendo *LPTVb* ipsus *B*[1] derigo *L*[1] 21 contiget *B* quid *T* fu*erat *B* 22 mo**uerer *L*

XXII. 24 floro] liberio *B* 25 iustus *B* 26 senceri^ter^ (eri *in ras.*) *B*

desideria aliena cognoscere. ergo seruitio salutationis exhibito indico me caelesti beneficio, postquam cessauit humana curatio, mox sanatum: reuocauit me ad spem prosperitatis res illa, quia medici destiterunt. nunc gaudia uestra, sicut de me aestimo, cognoscentes mecum laudibus prosequimini tanti beneficii largitorem et, si adhuc uos longior mora detinet, quam bene ualeatis litteris intimate.

XXIII.

ENNODIVS FLORO.

Spectabilis uir Eleutherius in negotio suo, quod a domno praefecto audiendum Vicarius susceperat, ad amplitudinem uestram a me commendaticias sperauit, credens salua iustitia opem sibi integram posse subpetere, si meis apud uos iuuaretur alloquiis. rogo ergo honore salutationis exhibito, ut ei, si uere contra aequitatem laborat, manum medicam porrigatis, quia nefas est, ut in praeiudicio bonae causae prodesse sibi calliditas uideat quod molitur.

XXIIII.

ENNODIVS FAVSTO.

Vsum suum benignitas uestra supra homines locata custodit. uere medicina est cura sanctissimi: nam uenerabilis conscientia deo semper insinuat quod requirit. digressis uobis acrior me calor exussit et ad omnem desperationem praecipitante diabolo

2 c[e]alesti *L* curratio *B* 3 mox *om. T* me *om. Sirm.* 5 prosequi mi *B*

XXIII. 10 heleutherius *B* a] ad *B* dño *T* 11 susciperat *B* 12 commendatitias *B*, commendati[ci]as *L* sperauit] impetrauit *Pb* 13 subpeteres *B* iuberetur *B* 14 ue[re] *L* 15 porrigates *B* 16 praeiuditio *B* 17 mulitur *B*

XXIIII. 19 fausto *ex* floro *V m. 1* 21 scanctissimi *B* 22 requiret *B* 23 callor *B* exussit| (ussit *in ras.*) *B* et *om. B* homnem *B* disperationem *B* praecipitanti (*alt.* i *in ras.*) *B* diabulo *B*

uela patuerunt. uenit ad me medicus et dixit se quod faceret non habere. hinc mihi maior spes, quando homo cessauerit. continuo me cum lacrimis ad caelestis medici auxilia conuerti et domni Victoris oleo totum corpus, quod iam sepulcro parabatur, contra febres armaui. scit deus meus, mox adfuit magni militis imperator, et quod per testem eius idoneum poposci incunctanter obtinui. mox feruor ille aeterni frigoris procurator intepuit et hora nona, sicut legitur, Christo meo mandante discessit. scio orationis uestrae tempora, scio lacrimarum copiam in illo quoque momento iuuisse laborantem. ecce indicia uotiua non tacui: sed portitorum raritas desiderium commune suspendit. nam me multum iuuat releuatio uestra, quamuis a uobis minime, qui laeta respuistis, optetur.

XXV.

ENNODIVS FAVSTO.

Mox ubi me gratia superna respexit et animam de iudicii caelestis uicinitate trepidantem concesso, ut melioraretur, uiuendi laxauit spatio, magnitudini uestrae beneficia per litteras diuina non tacui. uere cessantibus medicis illius, qui innocentia et lacrimis emitur, medicina non defuit. credite, nisi mihi subuenisset destitutio curantium, nil ualerem. nam quia aegrescebam hominum studiis, coepi neglegentia iam sanari. haec quidem prioribus intimata sunt: sed ne occasio praeteriretur, adieci, sperans obsequio salutationis oblato, ut me de prosperitatis uestrae, de qua pendeo, ⟨statu⟩ subleuetis alloquiis.

1 mendicus *L* facere *B* 2 haber *B* spes] ī dō *T add. s. l. m. 2* 4 oleum *B* sepulchro *LPTV* 6 teste (*ut uid.*) *B* 7 optenui *B* 8 ora *B* cristo *B*, domino *Pb* 9 disces**sit (*alt.* s *in ras.*) *L* uestre *B* cupiam *B* 10 quoque tempore *V* iubisse *B* 11 set (t *in ras.*) *L* 12 iubat *B* quamuis *scripsi*, quam *BLV*, qua *T*, quae *Pb* a *om. B* menime *B* 13 respoistes *B* optatur *T*

XXV. 16 ubique (que *deletum*) *B* 18 magnitudini* uestre *B* 20 et *om. B* emittit utio currantium (medicina—destitutio *om.*) *B* 21 namquia nam quia *B* 22 egriscebam *B* per negligentiam *P¹b* 24 adieci *Sirm.*, adie *BPTVb*, adie. *L* oblato *B in ras.* 25 uestre *B* statu *addidi*, *om. libri*

XXVI.

ENNODIVS AVIENO.

Necesse est, ut qui desiderat scripta uestra non taceat nec silentii exemplum tribuat qui cupit alloquium. iuxta orationum uestrarum suffragia, quos innocentia et deuotio deo nostro facit acceptos, meliorem me esse iam sentio, desiderans honorificentia salutationis inpensa quam bene ualeatis agnoscere, quia post receptam salutem unicum est solacium bono uestrae prosperitatis adtolli.

XXVII.

ENNODIVS BARBARAE.

Quamuis adhuc inter extrema sim positus et pro peccatorum meorum mole domni mei beneficia, dum mereor in longum conteri, non sequantur, reuerentiae tamen uestrae obsequiis quod debet pendens anima non omisit. paene iam uocatur ad iudicium et adhuc suspicit in hac luce quos coluit. quam uera est illa sententia, quod sanctus affectus nec morte pereat! ergo, domina mea, seruitiis uos debitae salutationis prosequens rogo, ut agnitis quae circa me geruntur pro illo quo omnibus eminetis et sanguinis nitore et conuersationis radiis, domno meo apostolo et ceteris eius fratribus subplicetis, ut per eos exorata dei potentia clementiae suae, quae tarda esse non solet, beneficia non refrenet.

XXVIII.

ENNODIVS BEATO.

Qua mihi uicissitudinis, qua obsequiorum cura pensabitur, quod te et frequentibus paginis alloquor et officio sermonis

XXVI. 4 cupet *B* 6 adceptos *B* me esse] messe *B* 7 agnoscerem *B* 8 solatium *BTL* uestre *B*
XXVII. 12 quamui* (x *eras.*) *B* s*ĩ *L* c *eras. et* ĩ *in ras.* 13 mole] ole ei *B* domni *scripsi*, somni *LVb*, omni *B*, sũptus *T* 14 uestrae *b*, uestrae (uestre *B*) et *BLPTV* 15 debit *B* pene *BLT* 16 suspicet *B* 18 domna *Sirm.*, dona *b* seruiciis *B* proseques (u *superscr.*) *L* 21 eos] uos *b* 22 exortata *L* tuae *b* soleti *B* 23 refrenit *B*
XXVIII. 26 uicessitudinis *B* osequiorum *B* 27 te et] te in *Pb*, te et in *Sirm.*

tui in lucem exire publicam non detestor? non me aetas tua, non ingenio meo potest reuocare par formula. eligo benignis plus credere quam peritis, ut bona originis anteferant studiis: quod fidelis es, diuini est muneris in natura: eruditio per deum ueniet res secunda. necesse est, ut totum tibi amor integritatis exhibeat primarum partium insignia iam tenenti. ergo honore salutationis accepto noueris me iuxta petitionem uestram epistolam ad uos admonitionis quamuis sub festinatione dictasse, quam ad domnum patricium Symmachum idcirco dirigere procuraui, ut quod in ea emendatione dignum est corrigatur. sed propter subreptionem neglegentiae te quoque eius exemplaribus informaui. qua de re tu apud te esto et caue ne tibi ad te perlatam manifestes conprehenso superius eminentissimo uiro ceu rem nouam postulans, quia si eius eam magisterio placuisse cognoueris, ad notitiam perferre eorum qui sapiunt non timebis.

XXVIIII.

ENNODIVS BEATO.

Non mihi tuus error inlusit nec retrouersa decepit adfectio: tu aetatis naturae propositi ordinem custodisti: ego deliqui aliter de te quam poscebat ueritas iudicando. ad hoc redeunt quos diligentia insulsa captiuat. proinde iam sine circuitione loquendum est. quo te inmemorem tui duxit insana praesumptio, ut sancto presbytero diceres in uersibus illis quamuis in temporis momento conpositis aliquibus uideri affectum coniugalis gratiae non expressum? aut ego diffamare uolui quod scripseram? aut epitaphia hoc poscebant aut ratio? quis hoc inperitus,

22 cf. Terentii Andr. us. 202

3 origenis *B* anteferant̃ *T* ˜ *add. m. 2 ut uidetur* 4 in *in* ñ *corr. T m. 2* 7 honore *om. B* adcepto *B* noueris (e *in ras.*) *B* 8 ammonitionis *T* suffestinatione *B* 9 symmacum iccirco *T* 10 direge| *B* ꝑcuraui *L*, prorogaui *B* 13 manifestis *B*, manifestas *L*[1] conpraehenso *B* 14 emmenentissimo *B* 15 eorum perferre *LPTVb*

XXVIIII. 20 ego] ergo *B* diliqui *BL* 22 infusa *Pb* 23 praesumtio *B* 24 presbitero diceris *B* 25 mumento *B* 27 epytafio *B*

quis tecum sanitate uacuus dixit, ut carmen, quod in summam gratiam domnus Faustus excepit, te et participibus tuis rodentibus laederetur? forte de tertio Phaleucio qui Terentianum nesciunt habuerint, quod de una syllaba quaerentes occasionem loquerentur. uere dignus fui ista quae pertuli, quia et scriptum est margaritas ante inmunda animalia non esse mittendas. quamuis dictionum et inperitiae meae bene sim conscius, te tamen nec scire aliquid nec sciturum ante didiceram. uale et ad alios te, de quibus debeas loqui, conuerte.

XXX.

ENNODIVS ADEODATO PRESBYTERO.

Acerbo aegritudinis inpetu et ualida febrium nimietate contritus, cum ut fidem ueteris testimonii Christus noster in me quod in Lazaro fecerat ostendisset et euangelii fidem praesentibus declararet exemplis, litteras uestras accepi. ordinauit ille qui potuit, ut diebus quibus uitam restituerat amicorum quoque suorum eam et confirmaret et fulciret alloquiis. de uersibus, unde tibi portentum illud dixit, risum mihi stulta iudicia fecerunt. scias illos in summo pretio apud domnum habitos, quamuis in temporis angustia et ueredarii transcursione conscriptos. sed si eos non scripsisti, nec facias. mihi sufficit, dum feci, uota conplesse. nunc ad eam partem me confero, quae specialiter a sanctis poscenda est, ut pro aegro et amante

6 Matth. 7, 6

1 dixit—*l. 9* conuerte *om. T* 2 domnus] dom *B* particibus *L*[1] 3 lederetur *B*, laederentur *LP*[1]*V* faleucio *LV*, falicio *B* 4 sillaba *B*, sylla *LV* occăsionem *L*[1] 5 et *B*, *om. LPVb* 8 aliquid] se *B*, rem *fort.* 9 de *om. b et Sirm.*

XXX. Incipit extrema pars epistolarum ennodii *inscr. T*(*recensis nr. 469*) 11 ennodius *om. T* presbitero *B* 12 nimitate *L*[1] 13 ut *in* ad *corr. T m. 2* (*sine causa*, *nam* ut fidem *pro* ut fides esset *dixisse uidetur*) 17 eam] amet *B* confirmaueret *B* et *om. B* aloquiis *B* 19 praecio *B* habitus *B* 20 ueredarii *scripsi* (*cf. p. 194, 25*), uiridarii *BLPT*[2]*Vb*, uiridịarii *T*[1] conscribtus *B* 21 non s.] conscribsisti *B* sufficet *B* 23 a *Bb*, *om. LPTV* amantem *B*

adtentius ores et, si mereor, crebra mihi et instructionis et consolationis praestes alloquia.

XXXI.

ENNODIVS BOETIO.

Consideratio magnitudinis uestrae exegit epistolare commercium, sed festinatio portitoris epistolam breuitate conclusit. non potui morari properantem, sed nec his uacuum muniis propter res necessarias emisi. crebras super domo, quam poposci, litteras destinaui. si possibile est cupita tribui, iam referte, quia omnia aedificia sub neglegentia consenescunt. domine mi, salutationis obsequia dependens rogo, ut iuuetis sine uestro dispendio supplicantem.

XXXII.

ENNODIVS SYMMACHO.

Rem necessariam prouidet qui ¦parenti omnium orbatos et peregrinos insinuat: unica uia est apostolatus uestri solacium, quae medetur externis. absit adflictos dicere quos ad uos contigerit peruenisse: creatores patriam opes alibi non requirunt quos coronae uestrae cura susceperit. praesentium baiulus, ortus nobiliter profutura ad testimonium ingenuitatis studia Romana requirit. hunc beatitudini uestrae mea subplicis uestri commendat adsertio, ut salutationis seruitiis dignanter acceptis quod usu facitis pro mei consideratione geminetis.

1 oris *B* et si] si *Sirm.* 2 consulationis *B* praestis *B* alloquia *b*, eloquia *BLTV*, elloquia *P*

XXXI. 4 boethio *BLVb* 5 exiget *B*, exigit *P*, erigit *b* 7 potuit *B* 8 emisse *B* 9 poposci] posce *B* 10 edificia *B*; eius *add. LPTVb* conseniscunt *B* 11 mi *Pb*, mihi *BLTV* ut] ut uos *Pb* iubetis *B*

XXXII. 15 prouidit *B* orbatus *B et (ut uidetur) L* 16 peregrin' *L* uia *om. B* solatium *BLT* 17 meditur *B* ext̃*nis *L* adflictus *B* 18 creatores (*i. e.* patres *uel* parentes) *scripsi* (*cf. Epist. VII 31, VIIII 4*), creatoris *libri* 19 cura *T s. l.* susciperit *B* praesentum *T et Sirm.* baiolus *B* 21 requiret *B* hunc *BL*, nunc *PTVb* 22 seruitus *L* adceptis *B* 23 facetis *B* geminetur *LTVb*

XXXIII.

ENNODIVS HORMISDAE DIACONO.

Et quod es miseratione ornatur et quod futurus es pietate conquiritur, et diaconum his studiis extulisti, cuius rei promittit cura pontificem. praesentium baiulus honestus moribus natura sublimis genuini solacii orbatus praesidio Romam pro honestis artibus, licet peregrinaturus, expetiit. uide si mereantur a religioso bene nato locupleti iuuari ista quae praetuli. nunc officio salutationis exhibito rogo, ut si me, si bonam quam coemisti opinionem diligis, inpensis portitori adulescat auxiliis.

XXXIIII.

ENNODIVS PORCIANO ABBATI.

Diuinis declaratur exemplis, nisi per dei gratiam uisitationem hominum caelestium non uenire. quae enim recordatio potest esse peccantium, nisi occultis itineribus fauor caelestis operetur et per uiam mentibus inspiratam quae propter peccata subrepere poterat eliminetur obliuio? inpetratae iam diuinae misericordiae fiducia est cultorum dei animis non deesse. ergo gratias refero trinitati deo nostro, qui ut me reuerentia uestra alloquiis uisitaret exegit. suscipio et oboedientiam uestram: nec enim exiguus cultus debetur obsequentibus, cum Christi gloria maneat imperantem. orate pro me, qui humanitatis imbecilla, dum adhuc estis homines, euitastis, quos contigit necdum corpore

XXXIII. 2 hormisde *BT* diaconus *BL sed* u *ex* o *ut uid. corr. L* 3 Et] tu *Pb* 4 studi sextilisti *B* promittet *B* 5 baiolus *B* 6 gemini *Pb* solatii *BLT* praesidii *B* 7 expetiet *B* 8 iubari *B* 10 portitor *Pb* aduliscat ausiliis *B*

XXXIIII. 13 ennidius *L* portiano *LT* 15 celestium *B* enim—nisi *om. B* 16 fabor *B* celestius *L* 17 uim *uel* insperatam *fort.* subrepere *Pb*, subripere *BLTV* 18 eliminatur *T*[1] inpetrate *B* 21 exiget *B* suspicio *fort.* et *B, om. LP TVb* obidentiam *B* 22 debitur *B* 23 inperantem *B*, parentem *fort.* orte *B* inbicilla *B* 24 euitastes *B* contiget *B*

sequestrato ponderibus carnis absolui, et seruitiis salutationis acceptis frugem circa me gratiae, dum sermonis adulescit cultura, concedite.

XXXV.

ENNODIVS AVRELIANO PRESBYTERO.

Inamabilis quidem desideriis meis militauit occasio et uotis aditum necessitas uix ferenda patefecit: amplexus paginam praefatione blandientem sequenti eius elocutione confusus sum. nam dulce principium et sereni mella conloquii relata calamitas quasi ueste noctis obnubit. uere loquentibus uobis ingesta sunt oculis quae legebam. nam dum absentiae felicitatem pagina sapientis intercepit, coactus sum illam Aetheriam nimis uidisse terrenam et a sublimitate uocabuli in tartarum duce culpa depositam. taceo quid debuerit parentibus, quid pudori, ex qua domo infelix processit ad scelus, quod secuta est relictis dei cultoribus lupanaris uice coniugium. credite mihi: ultionem criminis, dum admittit crimen, exsecuta est, et turpi mersa contubernio et flagitium et poenam flagitii repperit in marito. secum rei personam portauit et iudicis mulier, dum elegit indignum. producerem litteras, nisi memoriam infaustae feminae desiderarem obliuione sepeliri. uos, ut Galliae expulsione illorum subleuentur, eligitis: nos, ne Italia coinquinetur optamus. expetant potius Libycas Syrtes et ab humanitatis consortio diuidantur: quia si inde domnum Aurelianum fugerint, hinc Ennodium, ad quae loca declinabunt? domno praefecto quae

1 sequestratio *L* 2 adceptis *Bb*, *om.* *LTV* aduliscet *B* XXXV. 5 presbitero *B*, *om.* *T* 6 desiderii *B* ocasio *B* 7 additum *B* inplexus *B* 9 relata relatamitas *B* 10 obnubet *B* 11 infelicitatem *fort.*, felicitate *B* 12 intercipit *fort.* 13 a *om.* *T*, as *B* 17 admittet *B*, admitit T^1 19 eliget *B*, eligit *fort.* 20 nisi *om.* *B*, *uncinauit Schottus* infauste *B* 21 sepiliri *B* 22 eligitis T^2, eligetis LT^1Vb, religetis *B* quoinquinetur *B*, coinquinentur *LTV* optamus *om.* *Sirm.* 23 lybicas *BLV*, libicas *PT* sirtes *T* 24 diuidant *Bb* fugerent *B* 25 innodium B^1 ad quae] atque *B*

iussistis pressius intimaui, qui praecepta regia mox exegit, per quae credimus uiros bonos et amicos occasionem inuenisse praestandi. et nos tamen animum ab anxietate remouete, quia caelestis sufficiet ad ultionem malorum uigor examinis. domini mi, salutationis obsequia praesentans precor, ut crebro me prosperitatis uestrae, quia commeantium opportunitas ingeritur, releuetis alloquiis.

XXXVI.

ENNODIVS BOETIO.

Perdiderat eruditionis pretium lingua, dum retices, quia, dum uenustatem eloquentiae taciturnitas includebat, credebatur non esse quod nuper efferbuit. produxisti in lucem nouum iubar eloquii et dum diem in epistula facis, splendorem recens adeptus crederis iam maturum. gratias ago, quod me ad amicitiae custodiam paginae tuae flore conpellis. sed si fidei meae esses conscius, dubitationem de rebus constantibus non haberes. timeo, ne ambiguitatem quam credis exhibeas et dum amantis teporem metuis, in adfectione frigescas. domine, ut supra salutationis gratiam persoluens spero, ut crebro ad me epistolarum commercia dirigas, quia in his muniis et diligentia te admonet et perfectio ut multus incumbas.

XXXVII.

ENNODIVS BOETIO.

Quamuis tenui effectu petitionis surgit eloquium, et conciliant et dotant facundiam res secundae: in qualibet uerborum

1 iussistes *B* praessius *B* reia *B* 2 ůros *T* (i over u) 3 prestandi *B* 4 celestis *B* adulationem *T sic corr. m. 2* (e u over u a) domine *b* 5 mi *Pb*, m *T*, mihi *BLV* 6 uestre *B* oportunitas *BLPTVb* 7 reuelletis *B*

XXXVI. 9 boethio *BLVb* 10 precium *B* reticis *B* 11 credibatur *B* 12 efferuuit *B* 13 epistolas *L* 15 florum *B* 16 essis *B* haberis *B* 18 temporem *B* frigiscas *B* 21 multis *B* incombas *T*[1]

XXXVII. 23 boethio *BLV* 24 tenue *B* surget *BPT*[1] *Vb* 25 secunde *B*

saturitate paginae, si repudientur ab inpetratione, ieiunant: plus felicibus epistolis debetur laudatio quam peritis. iure loquitur uerbis nitore sublimibus qui summates uiros dicendi uenustate captiuat: quoduis oratorium schema sinistra fors dissipat: ditescit enim lingua nutrita beneficiis. dudum ad eminentiam uestram direxi qualicumque audacia producente conloquium, quod ita responsi genio subleuastis, ut crederem me perdidisse digni fauoris tempora per quietem, quando modicus sudor iudicium arcem tenentis inlexerat. promiseratis etiam domum, quam poposceram, non negandam. geminis eleuatus successibus incedebam, si et opinio perfecti adstipulatione et census locupletissimi creuisset inpendio. sed detestor moram, quam sterilia quidem peccata pepererunt. nam et homo culminis uestri quem praestolabar aduenit, et nihil sibi mandatum esse, quod desideriis meis prodesse posset, adseruit. uide meritorum meorum fusca commercia: quorum contra me nitentia fidem frangere nequeunt, exigunt tarditatem. absit a conscientia mea de uestrae claritate diffidere: obscenae mentis est putare constituti memoriam non manere. sed rogo, ut dum propositi uestri lucem adseritis, eorum quae mihi debentur obscura superetis. ergo praestationi uestrae genium dono celeritatis infundite. domine mi, cultum salutationis inpertiens preces adicio, ut consularem sportulam cum responso praefatae petitionis accipiam.

1 repudiunt *B* 2 debitur *B* 3 summatis *B* 4 quod[uis] *L* scema *B* foris *T*[1], sors *Pb* 5 ditiscet *B* immi lingua *B* 6 uram *B* qualecumque *B* audatia *B* 7 subleuastes *B* credirem *B* 8 digna *B* 9 inlixerat *B* 11 incidebam *B* si et** *L* 13 peperirunt *B* 14 praestulabar *B* 15 possit *B* 16 uide *om.* *B* me] mi *B* 17 quae*unt *B* exigunt *om.* *B* tarditate mi *B* 18 ure *B*, uestra *Pb* 19 potare *B* 20 adseretis *BLV*, asseretis *T*[1] 21 superetes *B* 22 celeritatis (ta *in ras.*) *B* infudite (a *supra* u) *L* mi *Pb*, m[i] *T*, mihi *BLV* 23 praeces *B* additio *T* sportula *B* 24 adcipiam *B*

XXXVIII.

ENNODIVS SYMMACHO.

Non inefficaciter poscit qui parenti omnium peregrinos insinuat: nobilibus generalis debetur adsertio, maxime apud eos qui beneficia tribuunt non rogati. Beatum sublimem adulescentem praesentium baiulum si corona uestra dignanter excipiat, praeclarum iuxta morem pontificis ornat officium: est enim qui gratiam uestram et natalibus mereatur et moribus. sufficit dignis stricta laudatio. nunc seruitiis salutationis exhibitis rogo, ut me amantem uestri crebri releuetis promulgatione conloquii.

XXXVIIII.

ENNODIVS HORMISDAE DIACONO.

Si dignatio circa me promissa duraret, adsereretur frequentia litterarum: uix respiciunt humiles quos ad arcem euentus prosper euexerit: graue est, si spes secundarum rerum caritatis nexus incidat: non debet praeiudicare diligentiae quae secundum uota blanditur. si tamen aliquid circa me gratiae custoditis, si uiuit amoris scintilla polliciti, Beatum commendo nobilissimum adulescentem praesentium portitorem: cui iustum est ut consideratione mei et parentem beatitudo uestra inpendat et patriam. esto specialis tutor, omnium mox futurus. domine frater, salutationis humilitate depensa rogo, ut sub celeritate quam bene ualeatis scriptione signetis.

XXXVIII. 4 generales debitur *B* 5 benefitia *B* 6 aduliscentem *B* baiolum *B* 7 accipiat *Pb* iuxta** *L*, iuxto *B* pontifices *B* 8 et moribus mereatur *b* 9 sufficet *B* 10 crebris *BT*¹

XXXVIIII. 13 hormisde *T* diacs̄ *B* 14 adseritur *b* 16 euexerit (*alt.* e *in ras.*) *B* 17 debit *B* quai *B*, cui *LPTVb*; quae *quod scripsi ad* spem *referendum est* 18 planditur *B* custodites *B* 19 uiuet *B* sentilla *B*, cintilla *T*¹ polliciti scintilla *LTVb* 20 aduliscentem *B* 22 speciales *B* mox (x *in ras.*) *B* 24 signatis *T*¹, resignetis *fort.*

XXXX.

ENNODIVS BOETIO.

Precum iteratio bonam conscientiam obliuionis accusat. sed facessat stimulare currentem et constantem uirum ad memoriam promissionis inpellere. haec de his, quae a me dudum culmini uestro sunt scripta, perstrinxi, ut domum, de qua iam paginali indicio uoluntas uestra est patefacta, percipiam. reliqua epistolae salutationis nuntio mancipaui, ut, sicut apud nos ualitudo in statione est, ita de culmine uestro caelestis faciat fauor agnosci.

XXXXI.

ENNODIVS AGAPITO.

Insolabiliter amantum ferretur absentia, nisi opem darent remedia litterarum, quae ieiunas desiderantum animas pascunt esca conloquii. bene enim per stilum dilectio amicam sibi pingit effigiem, cum qua sine laboris patientia misceat mella sermonum. ad hoc magnitudo tua artifex, ne inpastam gratiam linqueres, scripsisti. debeo uicissitudinem, quia memorem mei te esse cognoui. honore ergo salutationis exhibito rogo, ut quod scis apud caros et adfectione praeditos esse pretiosum sub continuatione facere non omittas.

XXXXII.

ENNODIVS AVIENO.

Aegritudinis uestrae indicium in meae contigit incrementum. nam talis semper est usus et pene natura solliciti, ut uix

XXXX. 2 boethio *BLVb* 3 adcusat *B* 5 implere (ol *superscr.*) *L* a] ad *T* 7 inditio *L*, indictio *B*, iuditio *P*, iudicio *b* 9 celestis *B* 10 agnoscendi *T*[1]

XXXXI. 12 acapito *L*, agapio *B* 13 ferritur *B* 15 aesca *LV* conloqui *B* tilum *B* 16 pinget *B* 18 linqueris *B* scripti (sis *superscr.*) *L* uicessitudinem *B* 20 carus *B* praeditus *B* 21 fecere *L*[1]

XXXXII. 24 ęgretudinis *L*[1] mee *T*[2], mea *BLPT*[1]*Vb* contiget *B*, contingit *b* 25 est semper *LTV* pene] pe *B*

credat transisse quod metuit et quae fecit redemptor noster caelesti benignitate praeterita, quasi sint in occulis locata, suspirat. uere, domne Auiene, iam in me nihil de usura lucis istius nisi uestra tantum post timorem dei remansit affectio: quando melius mecum agitur, talis sum, qualem me in desperatione dimisistis. superest, ut precibus uestris et peccatorum remissio concedatur et si ita deo uidetur, pro uice remedii obitus celer eueniat, ne amarius sit morte quod uiuo. domine mi, salutationem debitam tota humilitate persoluens rogo, ut per uos, quid in causa nostra de Roma nuntiatur, agnoscam.

XXXXIII.

ENNODIVS MESSALAE.

Numquid aliquando ab effectu destitit qui deo cum fiducia subplicauit? si animus in fide non claudicet, uota et uotorum copia coniunguntur. ecce egit apud uos silentium meum, quod tanti temporis non ualuit obtinere loquacitas. quantum uideo, scripta uestra nisi taciturnitas non meretur: quos mutos putatis alloquimini: ab his, quibus lingua esse creditur, abstinetis. fecisti tamen quod decuit domnum et, ut ipsi dicitis, parentem, ut me graui aegritudine depressum dignum putetis alloquio. rogo, ut hoc sub continuatione faciatis. domine mi, resalutationis reuerentiam soluens posco, ut pro me per omnes dei sanctos supplicare non desinas, quatenus uitae redditus de uisione uestra congaudeam.

2 celesti *B* praeteritam *B* occultis *b et Sirm.* 3 suspiret *B* domine *PTb* au•iene *T* 4 tantum] tamen *Pb* timorem] amorem *Pb* 5 tales *B* disperatione *B* 6 demisistes *B* praecibus *B* 8 caeler *B* 9 m̄ *T*, mihi *BLV* humilitate *B* 10 uestra *P et Sirm.* nuntietur *Sirm.* agnoscam] finit *add. B*

XXXXIII. 12 messale *LBT* 13 destitet *B* 14 non *V s. l.* uota] et uota *b* 15 cupia *B* 16 optinere *B* 17 potates *B* 19 donū *B*, dominum *b* dicetis *B*, dictis *L* et parentem *BLP¹TV* 20 egritudine *B* depraessum *B* potatis *B* 21 faciates *B* m̄ *T*, mihi *BLV* salutationis *Pb* 23 quatinus *LTV* de uisione] diuisione *Bb* 24 congaudiam *L*, gaudeam *b*

LIBER NONVS.

I.

ENNODIVS ARATORI.

Velim ita labori meo faueas, ut ieiuno ueniam praestes ingenio, quia nefas est in deuotionibus despici amabilem discendi cupiditatem, quando quod gratiosus optulerit durus rerum interpres euacuat. laudandus est in studiis uel qui facundum aequare non putatur eloquio. inter benignos et eruditos quid eligatur incertum est, cum pars utraque det pretium. ergo crede diligenti et amaritudinem temporibus legitimi amoris amolire. nolo rem uoti facias necessitatem et desideria, quibus humanum genus natura peperit, digeras in maerorem. non habiturus continentiam, nisi nuptias optet, in culpa est: coniugalis copulae uitans remedium electurus est aut uirtutes aut crimina. tu te ut metiaris, inploro, ut nec supra hominem plenum casibus iter adripias nec intra hominem quae sunt plectenda mediteris. uix delinquit qui a natura et lege non deuiat. ergo post Musarum castra et inanes aetate nostra cantilenas ad curam te serendae subolis muta: uita quod uiluit, quia inter imperitorum exercitus furor est nolle rusticari: iuuat sapientem hoc esse quod plurimos. facessat philosophiae

I. 3 praestis *B* 4 dispici *B* 6 interpraes se uacuat *B* 8 aligatur *B* precium *B* 9 teporibus *fort.* 10 amolore *B* 11 degeras *BL* merorem *BLTV* 12 nuptaas *L*' 13 euitans *T* elicturus *B* 14 erimina *B* 17 inanes *PT²b*, inanis *BLT¹V* 18 te serendae] tenerendae *B* sobolis *LTV* uiluet *B* 19 peritorum *B* exercitia *coni. Schottus* 20 iubat *B* hoc esse] fecisse *coni. Schottus* facessa *B* filosophyae *B*, philosophia *T* (a *ex* e *corr.*) *et Sirm.*

in nostrorum nota conuentibus: ego curis deesse cupio, quotiens felicem inscitiam sequitur qui praecedit. ergo honorem salutati accipiens rescribe mihi, quid cum animo tuo pagina mea egerit. nam si quae mihi sit sententia flagites, ego ipsa studiorum liberalium nomina iam detestor.

II.

FAVSTO ENNODIVS.

Stat apud conscientiam culminis uestri quid sublimis uiri Faustini uoto debeamus et generi: et ideo quamuis apud uos credat sufficere quod pro filio pater rogauit, per me tamen quia parum putat eius sollicitudo quod egerit, preces frequentat, sperans ut uestra adulescens ad maturos deo auspice mores erigatur: uos detis praecepta, quid sequi debeat, quid cauere, uos apud quos necessarium credideritis scriptione prosequamini. haec scio culmen uestrum, etiam si taceam, esse facturum: sed nec potui tanti uiri precibus deesse nec debui. qua de re permotus lacrimis superius conprehensi et ego flens subplico per illam quae uobis a deo concessa est conscientiam (sic petitiones uestras pia martyrum saluatori nostro commendet adsertio), ut efficaciter apud uos et creator pro filio et domnus Faustinus pro Ambrosio supplicet: et ordinate praedictum iuuenem et orate pro ipso, ut adulescentem Roma nec uitiis possit nec morbis extinguere. scio uos plura apud homines, sed maiora apud deum praeualere. et ideo securus iam effectum illis polliceor quos commendo. ergo reuerentiam salutationis exsoluens paucis multa contexui. sufficit deo placentis uiri

1 conuenientibus *L* curis deesse *scripsi*, coris donesse *B*, donasse curis *LPTVb* 2 infelicem *Pb* inscitia *fort. scribendum et* qui praecedit (= praelatum) *ad* honorem *referendum est* 3 rescribe (scri *sup. ras. 2 litt.*) *L* 4 flagitis *B*

II. 8 ueri *B* 9 debeamus *BT*, debeam *LPVb* 'deo• *L* 12 uestra] noster *Pb*, uester *Schottus* aduliscens *B* 15 hoc *Pb* 16 nec debui—nec potui *LPTVb* 18 conscientia *B* 19 et petitiones *T* piam *B* commendit *B* 22 iuuinem *B* aduliscente| *B* romam *L* 23 morbis *B*, moribus *LPTVb* 26 sufficet *B* placentes *BL*[1]*T*[1]*V*

instructam esse pietatem: et causa et persona cum dei solacio uestro disponatur studio.

III.

MERIBAVDO ENNODIVS.

Quasi solem facibus adiuuet et mare exiguo humore locupletet, ita superfluis laborat inpendiis qui per se placitura commendat. sed stultum est perire occasionem beneficii, quando auxilium fortis inplorat: opum largus supra copias ditatus est, si credit subsidium quod pauper obtulerit: regale munus fit, cui insigne pretium praestat accipiens. domnus Faustinus de prolis suae profectu supra quam poscit paterna cura sollicitus, Ambrosium nostrum hac apud uos credidit prosecutione conmuniri, aestimans quod sanguis eius, quod prudentia, quod census intra Liguriae angusta delitesceret et artis fama nobilis artaretur obstaculis: alieno praesidio claritatem suam in Romanam lucem putat erumpere. facessat ab studiis meis negare testimonium quod plus opitulatur auctori: qui enim bonos adserit adprobatur. uidete quae de uobis fiducia sit, cui quicquid praecipuum habet nobilis terra commisit. nolo putet apud nos quod hac sit familia potius inueniri. sufficit honorum cupidis sic plures uincere, ut potissimis conparentur. honestatem iuuenis uulgatus natalium pudor ostendit: faciat diuinitatis dispensatio, ut per uos principia eius hic bene locata solidentur. ergo honorem salutationis accipite et petitioni meae paterna, sicut praeceptores uocauit antiquitas, pietate respondete.

24 cf. Opusc. VI.

1 solatio *BTV*, salutatio *L* 2 disponetur *B*
III. 4 merisbaudo *L* 5 adiubet *B* l. ita] locupletati|tas *B* 8 largus *BT* (us *T in ras.*), largas *PLVb* cupias *B* 10 praecium *B* 13 census eius *V* 14 delitisceret *BLTV* et *B*, et quod *LPTVb* artis] estis *B*, eius *b* 16 ab] a *T* 17 bonus *B* 18 quidquid *B* 19 quod *Bb*, quo *LPTV* ac *B* 20 *post* potius *ras. 12—14 litt. L* sufficet *B* 21 conparentur] cōputarentur *L* uulgatur *B* 23 locata] lota *T* 24 praeceptoris *B* 25 respondite *B*

IIII.

PROBINO ENNODIVS.

Si apud eminentiam uestram subplicatio mea recordatione subsisteret, crebra scriptione patuisset, nec quos apud Liguriam uestros dignatione uocabatis sepeliret obliuio. sed quia loco et opibus diuisi nec diligentiae lege conparantur, ideo perfectam subiectis caritatem, si digni sint, adlocutione praestatis, hac in amicitiam discretione coeuntes, ut uos cogamini tantum respicere, nos amare. erit uilium superba condicio, si plus a potentibus quam uerba praestolentur. ad querelam descendi caritatis imperio: debuistis me post periculum quod uideratis dignum putare conloquio, uel quia recentis mysterii reuiuiscentem conmendabat adsertio: puto quod digni sint honorum gratia de sepulcris redemptoris nostri potentia restituti. ego tamen quamuis sim prodigus frontis et garrulus necdum de me fiduciam gerens, propinquos insinuo. praesentium portitor domni Faustini filius sufficienter bona pollicetur merita de parente: hunc ut uos foueatis, imploro, quia bene nostis qua sit creator eius morum luce conspicuus nec debet ad alios festinare nisi ad uos quemcumque uitae auctoritas armat et generis. ergo, domine mi, obsequio salutationis inpenso rogo, ut prosperitatem uestram epistolaris cura manifestet.

V.

HORMISDAE DIACONO ENNODIVS.

Caelestis dispensatio epistolaribus beneficiis iunctos caritate consociat, dum quos discernit itinerum prolixitas in remedio

IIII. 2 prouino ennodius *B*, ennodius prouino *LTV* 4 quo*s (o *eras. uid.*) *B* 5 opliuio *B* 6 separantur *fort.* 7 praestates *B* 9 conditio *BTV* a] simplex a *B* 10 praestulentur *B*, praestolarentur *L*, praestolantur *b* quaerillam *B* discendi *BLPTVb* 11 debuistes *B* 13 puto/// *L* 14 sepulchris *LPTV* 15 tam *B* garrolus *B* 16 fiduam *B* propinquus *B* 18 parentem *B* 19 nec (ec *in ras.*) *L* debit *B* alius *B* 21 domne *T et Sirm.* m (i *suprascr.*) *T*, mihi *BLV* 22 epistolares *B* manifestit *B*

V. 24 hormisde *BLT* diacs̃ *B* 25 ceclestis (l *ex* c *corr.*) *L* benefitiis *B* iunctus *B*, iuntos (c *suprascr.*) *L*, disiunctos (*i. e.* loco diuisos) *fort.* 26 itinererum *B*

sollicitudinis iungit affectio, si sit cura sermonis. silentium tamen uestrum nimis admiror, quod post depositae sarcinas aegritudinis nulla me adlocutione subleuastis. sed quia loquendo opportune cogimus, ut loquaris, uel garruli, imitatione responde. bene enim res desiderii et poscitur et inpetratur exemplis. ergo honorem salutationis inpendens indico me deo propitio iam ualere, subplicans, ut uicaria mihi stili promulgatione benedicas.

VI.

BEATO ENNODIVS.

Si proferenda temporibus de eruditionis messe pectoris horreo condidisses, ieiunae ab epistolis tuis commeantium dexterae non uenirent. sed quia neglegentiam et sterilitatem tuam sermonis prodit abstinentia, nos necesse est iterum ad culturam admonitionis adsurgere et terga iactis infecunda seminibus recidiuis ad ubertatem sulcis urguere. ubi sunt monita quae apud te adserebas esse uictura? ubi studium conloquendi, per quod et scientia patescit et caritas? clamant silentia tua, te non adsecutum quod boni dignum possit esse iudicio. nam sicut rara doctos, ita continua prodit taciturnitas inperitos. ergo erubesce et tandem aliquando rumpe uincula et impedimenta sermonum. ostende quam ualeas, ostende quid promoueris, si tamen te iuxta uotum nostrum gratia superna non deserit. nunc salutationis honorem accipe et breui contentus epistula agnosce patri tuo quae longa conreptione reserentur fuisse mandata.

4 oportune *LTV*, oportunae *B*; oportuna *Pb*, inportune *fort.* loquares *B* garroli *B* garruli imitatione *uulgo coniungunt* respode (n *supra* o) *B* 5 poscit *B* 7 ualeret *L*

VI. 11 peccatoris *B* 12 condedissis *B* ad *L* 13 dexterare *L* ueniret *B* negligentiam *B* et st. tuam *om.* *L* 16 siminibus *B* urgere *LTV* 18 patiscet *B*, patescat (i *supra* a) *V*, patescat *Pb* 19 posit *B* 20 iuditio *B*, indicio *coni. Schottus* sicutrara (tra *corr. ex* tic?) *L* doctus *B* 21 erubisce *B* 22 indimenta *B* quam *B*, quid *LPTVb* 24 deserit] derit *B* 25 correctione *T*

VII.

AVIENO ENNODIVS.

Benedico dei nostri triplicem in maiestatibus unitatem, quae me inter angustias meas perfectae sanitatis loco de coniunctionis uestrae munere subleuauit. uenit ad me sera quidem relatio, sed uotiua: adsit redemptor noster et inpleat quod inclinatus supplicatione concessit. domine mi, salutationis reuerentiam soluens rogo, ut actionis uestrae summam de suburbano illo cum parente uestro domno Liberio Christo uobiscum adnitente conpleatis, quatenus, si euenit commutatio, pretium dignetur accipere, ne diutius sub promissionis nutemus ambiguo, quia uos nostis nihil plus esse quod in hac supplici uestro mundi conuersatione praestetis.

VIII.

VICTORI ENNODIVS.

Dum inscitiam sublimitas tua praeloquitur, eruditionis secreta patefecit: inpugnas perfectione quod adseris. nam dum te saluo pudore inlitteratum esse confirmas, quid naturae uigor, quid studiorum lima contulerit, declarasti. credat mihi sublimitas tua, inbuendum liberalibus disciplinis iam suis bonis ditauit. si talis lingua prosequitur fratris Pauli filium, facunda adstipulatio et commendat et edocet. nihil longe degentibus magistris opus est, quando digna laude loquitur qui dirigit ad docentem. erubesco insinuatum minus inuenisse quam detulit, deum rogans, ut quod de me per adfectionem praesumitis ingenii ualeam uirtute conplere. uos tamen honore salutationis accepto quibus libet officium sermonis inpendite, dummodo sollicitudini meae de prosperitate uestra multiplex scriptionis cura respondeat.

VII. 3 unetatem *V*[1] 7 m (i *supra*) *T*, mihi *BLV* 9 cum] cō *L* adtinente *B* 10 quatinus *LTV* 11 nutimus *B*

VIII. 16 insciam *B*, insitiam *T*[1] 17 perfectionē *L* 19 studiorum (i *in ras.*) *B* 20 bonas *L* 21 tales *B* 22 *prius* et *om.* *B* 23 diriget *B* 24 erobisco *B* munus *Lb*, manus *B* 28 uestra *om.* *Sirm.*

VIIII.

CAMILLAE ENNODIVS.

Intercepisti nostrum nescio quem secuta consilium. nam paruulum tuum, quem studiorum liberalium debuit cura suscepisse, ante iudicii conuenientis tempora religionis titulis insignisti. ueneranda quidem ecclesiastici forma seruitii, sed quae ad duas partes animum non relaxet: unum et difficile iter est quo itur ad Christum nec occupatos multipliciter aliquando uia arta suscepit. properantes ad se de disciplinis saecularibus salutis opifex non refutat, sed ire ad illas quemquam de suo nitore non patitur. iam si eum mundo subtraxeras, mundi in eo schemata non requiras: erubesco ecclesiastica profitentem ornamentis saecularibus expolire. adnueram quod per Patricium diaconum, quantum ipse asseruit, postulasti: quid oportuit eum aliter ad me, quam diebus ipsis inuentus est, destinari? si iudicium meum consulis, uolo ad me pertinentes magis merito sanctos esse quam titulo. uere animum meum de quietis statione ad cogitationum pelagus expulisti. suscepi tamen deo auspice sanguinis mei uernulam. nunc restat, ut conatibus meis fauor caelestis adrideat et neglegentias hominum piae moderationis ubertate conponat. domina, ut supra, salutem debitam dicens precor, ut nunc geminam sollicitudinem pro utrisque suscipias et deo nos commendare adsiduis precibus non omittas.

X.

CELSO ENNODIVS.

Lenocinium est, non gratiae sacramentum quod tantum praesentibus exhibetur: amicitiae sinceritas et longe positos

VIIII. 2 camellae *LTVb*, camelle *BP* 4 paruolum *B* 5 suscipisse *B*, suscipere *LTVb* 6 aecclesiastici *B* (*et sic l. 12*) seruitiis *B* 7 relaxit *B* 8 occupatus *BL* 9 uita *Sirm.* disciplininis *T* 13 expulire *B* 14 diacs *B* ipse asseruit *Pb*, ipseruit *BLV*, imperauit *T* 15 istis *fort.* 17 magis] magistri *L* 18 cogitatione *L*[1], cogitationem *B* 19 uernolam *B*, uenulam *Fabri codex* 20 ut ut *B* fabor *B* 23 nos *B*, nostro *LPTVb* 24 adsis duis *B* non o.] nomi|natas *L*
X. 28 amiticie *T*

non relinquit. quid possit uera fides, intellegat qui tunc adipiscitur beneficia, quando desinit supplicare: ego mihi debeo, quod ad stationem precum trans Gargara positus peruenisti. tu luce conscientiae amicos et litteras uno a te tempore diuisisti, sectans non solum longinqua sed abdita, ita ut nusquam te sagacis boni persecutor inueniat. semper et hic quidem latentia inter lepores cubilia diligebas, sed saepe latebram tuam qui presso ore uestigia rimatus est inuenit. nunc altiori consilio, credo, ut maerores accenderes, te hominum coetibus submouisti. ergo solam pueritiam debuisti Mediolanensibus tuis? et uirum te tenere debuerant qui puerum possederunt, et quos laetificasti de amplexibus debuisti iuuare consiliis. sed hinc alias. tu tibi prouisionum tuarum aut gaudia debebis aut lacrimas. ego interim salutationem praefatus memor debiti donationem de puero destinaui, hoc apud me reputans, ut nec inportunus in tempore diffidentiae suae uinceret et cessans inter desperationis mala gauderet.

XI.

FAVSTO ENNODIVS.

Suscepi litteras multiplici gaudiorum dote locupletes et gratiam circa uos dei quam noueram nuntiantes. protinus testibus Christi nostri cum lacrimis, quas suggerebat hilaritas, indicata patefeci et quod per ipsos inpetratum fuerat gratias

1 relinquid *L* fedis *B* intelligat *B* 2 benefitia *B* desinet *B* debeo] deo *B* 3 tran| *B* preuenisti *B* 4 lucem *B* 7 cupilia *B* dilegibas *B* 8 rimatus est] rimator *B*, rimatur *fort.* alciori *B* 9 maerores *scripsi*, matores *B*, maiores *LTVb* accenderes T^1 *et Schottus*, adcenderis *B*, accenderis PT^2Vb, accederis *L* cuoetibus (e *in ras.*) *B* 10 dibuisti *B* mediolansibus (en *superscr.*) *L*, mediolaninsibus B^1 11 te *ex* ti *L* tenebre *L* possiderunt *B* 12 anplexibus *B* iubare *B* 14 praefanatus *B* memor d. donationem *om.* *L in mg. add. m. ant.* 15 haec L^1 repotans *B* 17 disperationis *BLV*

XI. 20 suscipi *B* locupletes *Pb*, locupletis *B*, locupletas *L TV* 21 graciam *B* nunciantes *B* 22 sugerebat *B* 23 imperatum *T*

referens quasi nouus relator adserui. uere, domne Fauste, simpliciter in hac causa uulgatum est, quid haberet meriti, quid uirium in precibus illa sancta anima quae praecessit: nam etsi sit spes nostra adhuc caeca mundi luce uestita, sed quod conueniens esse nouerat sine nostrae actionis labore promeruit: cum a nobis diuideret res in manibus conlocatas, obtulit longa statione distantes, felicius tribuens necessaria quam cupita. ergo mundus iste ueri aliquid habet: aut si non habet, non de eius dicione mox rapitur. mentiti sunt homines qui se iurabant accipere beneficia, si dedissent: etiam superna dispensatione coniuncti sunt a quibus nec accepimus blandimenta nec dedimus: certa de desperatione confidentia et nebulosum de publicata promissione constitutum. uere dicerem, si doleret ista discissio, quod tales homines nec illa, quam dicitis nutricem mendacium esse, Liguria potuisset emittere. quid arguam prius in illis? fallaciae aut fatuitatis obscena? perdiderunt duos, qui inter se sanctorum impetratione sociantur, per quos potuisset diu iacentis et in umbram coactae familiae scintilla reparari. memores estis domnum Auienum uobis in ecclesia dixisse, deum se de illa puella specialiter non rogare. uide progeniem sanctis creatoribus ad usuram uitae procedentem. intellegebat plus se parentum fletibus quam actione promoturum. gratias tibi, omnipotens deus, gratias, rector fidelium, qui ancillae tuae uota respiciens prophetiae in ea pollicitationes inplesti dicentis: a n i m a e i u s i n b o n i s

25 Ps. 24, 13

1 nouos *B* 4 etsi *om.* *B* ceca *B* uestitas| et *B* 5 sinae *B* nostre *B* 6 diuiderit *B* 7 optulit *LTV* felici∗us· *B* 8 si non] sisi *B*, si *T* 9 ditione *BT*, dictione *L* 10 benefitia *B* 11 accepimus T^2b, accipimus $BLPT^1V$ 12 didimus *B* disperatione *B* 13 pullicata *B* 14 dis///|cissio *B* dicetis *B* 15 neutricem *T* mendaciorum *coni. Schottus* mittere *Sirm.* 16 falatiae *B* 18 iacentes *B* 19 scentilla *B*, scintille *L* reparari *T* 20 acclesia *B* illas *B* 21 progenies *L* sactis *B* procidentem *B* 22 intellegebant *V*, intellebat *B* 23 promuturum *B* 24 profitaei ne a *B* 25 inplisti *B* dicentes *B*

demorabitur, et semen eius hereditabit terram. perfice, pie arbiter, quod remansit, et in alterius serui tui copula serenus adspira. mihi si haec uidenda morbus, qui iam uitalem praeoccupauit substantiam, non relinquit, uideat de illis bona pater et aui proauique ante transitum suum nomen accipiat. me tamen quamuis peccatorem adhuc gratia superna non deserit, qui admonitionem cautione praeuenio. nam desideria mea, ne legati prouincialis nomen acciperem, licet cum dolore suspendi. timui, ne aut rerum dominus uobis disponentibus haec a se exigi crederet, quae cogit necessitas postulari, aut ego redderer officiis onerosus et actionibus infecundus, quamuis nec exsequi nec iniunctis par esse sufficerem. rogo ut supplicetis deo, ut me uel usque ad uotorum communium tempora in mundi istius seruet incerto.

XII.

MESSALAE ENNODIVS.

Fero uestrarum abstinentiam litterarum, si sic ad incrementa gaudii mei pertinet quod tacetis: non est molesta paginalis intermissio, si cum splendidis dictionibus iunguntur rara conloquia. quod de gratia circa nos dei, quod de sanctis parentibus praesumebatur accipio. iam suffragiis amicorum dei, qui tibi pater et frater est, agnouisti. uere dictionem tuam sine lacrimis, quas dabant gaudia, non relegi. nolo apud te quae de te sentio uerborum inportunitate producere. labora ut quod suggerente in sensibus uena inuenis conponas eloquentia. nihil tibi a domni Fausti et domnae meae matris tuae filio minus est, nisi quod ipse studiose subtraxeris. parcat tibi tamen deus,

2 piae *B* copola *B* 3 serenū *T* moribus *T* 4 per-occupauit *B* relinquid *B* 6 gracia *B* 8 prouintialis *LV* 10 quae — redderer *om. B* aut *scripsi*, et *LTVb* 11 offitiis *B* honerosus *BLTV* 12 exsequi (se *corr. uid.*) *B*, exequi *T* simplicetis *L*

XII. 16 messale *BLT* 17 absentiam *Sirm.* 18 paginales *B* 19 si] sic *B* 20 perentibus *L* 21 praesummabatur *B*, praesumatur *LTVb* 23 dabant T^2, dabunt LPT^1Vb, debunt *B* 25 sentibus *B* 26 et *ex* a? *corr. B* 27 ipse *B*, ipsa *LPTV*, ista *b* studiosae *BV*

ut credas me inmemorem tui esse, dum inpedientibus morbis frequenti te scriptione non ueneror: debes nosse dignum esse uenia quicquid necessitate delinquitur. domine mi, salutationem plenissimam dicens benedicere me deum in operibus eius de domni Auieni coniunctione significo et de te quod eius pietas pollicetur expecto.

XIII.

PANFRONIO ENNODIVS.

Peregrinari me in solo patrio uobis absentibus crederes, etiamsi ualerem. at cum aegritudo mihi et quorundam insistat infirmitas, inter utrasque quid faciam? quis uno tempore et morbos ferat et perfidos? scias nulla cautione, nulla innocentia in ciuitate nostra quae deo medio promissa sunt custodiri: totum felicitati tribuitur, nil amori: circa humiles rara dignatio: optimus ille qui celsior. sed haec ego non pro mei, cui nihil superest quod sperem, consideratione suspiro: dolet mihi illos perire quos diligo. plenius uobis rem omnem et quam propter studium uestrum inuidiam contraxerim homo uester insinuabit. ego honorem salutationis inpertiens rogo, ut scripta mea et domno Auieno et domno Liberio protinus contradatis, et per ipsum, qui uobis Panfroniam nostram sanam tribuat, coniuro, ut mox me quid responsi dederint instruatis: quia si regius occupatione aliqua negatur aduentus, ego ad uos deo meo suffragante sub quauis membrorum meorum fragilitate uenire festino.

1 esse tui *Pb* 2 debis *B* nosse] nos *B* ẽe (*alt.* e *ex* t *corr.*) *L*, *om.* *B* 3 m̊ *T*, mihi *BLV* salutationem (em *in ras.*) *B* 4 me d.] medium *B* de *om.* *T* 6 expecto *L*

XIII. 9 crederis *B* 10 ad *B* 11 utrasque *B*, utraque *LPTVb* 15 optin' *L* 17 plenius—studium *om.* *B* 19 insinuat *B* ergo *B* 21 Pamfroniam *Sirm.* contribuat *PV* (con *exp.* *V m. 1*) *b*, ***tribuat *L* 22 ᶜ̃iuro *V*, cũ iuro *T* mox] uos *Sirm.* instruates *B*

XIIII.

HELPIDIO DIACONO ENNODIVS.

Deus sanctitatem tuam misericordiae suae et gratiae prosequatur insignibus, qui de humilitate mea rem amici faciens dignaris esse sollicitus et me meosque promittis peculiari affectione te colere. scio, quia deus propitius tibi sic gratiam inuicti principis contulit, ut humilitas ecclesiastica non periret. uere, domne Helpidi, si dignatur pius rex de seruo suo esse sollicitus, tu fecisti, cuius animo nullus amicorum uicem poterit repensare. scias me tamen cotidie diuersa adfligi qualitate morborum, ita ut de uita desperem. rogo tamen honore salutationis accepto, ut domnum Faustum et filios ipsius memor animae tuae sinceriter diligas et pro mea anima, quantum praeuales, orare non cesses, quia non remansit in luce quod sperem. rogo etiam, ut me frequenti digneris alloquio et si domnus noster ad Liguriam uenturus est intimare procures.

XV.

ENNODIVS STEPHANIAE.

Bene est animo meo, quod grauatum peccati fasce meministis et inter illas sacri pectoris curas, quantum epistolae ad domnum Auienum destinatae manifestant, personae meae non emergit obliuio. deo gratias ago, qui per indebitam delinquentibus clementiam solita miseratione succurrit, dum eos sanctarum animarum intercessione sustentat. non credo, quod inter orationes deseratur quem nobilitatis alloquio. saluto ergo humilitate qua dignum est et rogo, ut illi adsidua orationum donetis suffragia, quem commemorationis pascitis ubertate.

XIIII. 2 hilpidio *BLPTV* diaci *B* 4 facies *B* 5 dignares *B* et me] me esse et *B* meosquę *B* 6 recolere *T* sit *T* 7 aecclesiastica *B* 8 hilpidi *PTV*, hilpidis *B*, nhilpidi *L* 10 cotidiae *B* adflici *B* 11 desperem *Pb*, disperem *BLTV* 12 adcepto *B* filius *B* 13 anima mea *Sirm.* 14 praeualis *B* cessis *B* remansis *B* quod quod *B* 16 ad L.] alliguriam *L* procuris *B*

XV. 18 stephane *L* 20 pectoris] peccatoris *B* 21 destinate *BL* 25 orationis *B* 26 qu*a (i *eras.*) *L* 27 pascetis *B*

XVI.

ENNODIVS ADEODATO.

Olim ad beatitudinis tuae scripta responderam, si facile fuisset Romam pergentium itinera deprehendi. ecclesiastica humilitas a mundi potentibus quasi res peregrina transitur. ut primum tamen domnus Dioscorus Romam perfunctus pii laboris remeauit officio, ad restitutionem debiti reuerentiam uestram suspiciens adspiraui. uos filios uestros, domnum Faustum uel sanctam progeniem ipsius redire Romam cupitis, nos manere: dispar sententia ad unum affectionis callem sine errore reuertitur. deus tamen optimus dispensator quod felicitati eius scit conuenire disponat. mihi domni Fausti suorumque prosperitas praesentiae uice blanditur. domine mi, salutationis cultum pleno amore dissoluens codicem quem dedistis filio uestro domno praefecto remeante transmitto: uos meum aut illum quem promisistis, si placuerit, destinate, illud tamen specialiter conferentes, ut orationum uestrarum numquam me propugnatione nudetis, quia nullus mihi murus potior esse aduersus peccati arietem poterit, quam si illarum me tutela defenderit.

XVII.

ENNODIVS APODEMIAE.

Non clauda fides est opinionis antiquae, quae perhibet quod propinquitas generis non defrudetur longinquitate regionis. manent familiarum suis iura cardinibus nec quae sunt diuisa habitaculis dissociantur animabus: percurrit aetherius uigor, ubicumque carnis cognatione producitur, et illa caelestis portio unius patriae non continetur angustiis. sic tu, domna mea,

XVI. 4 itenera *B* depraehendi *B* 6 dihoscorus *B* 8 suscipiens *L* Faustum] Paulum *Sirm.* 12 mihi///| *B* 13 m (i superscr.) *T*, mihi *BLV* 16 promisistes *B*
XVII. 21 apoemie *T* 22 clada *B*[1] est *om. Sirm.* antique *B* 23 non d. l. regionis *om. L add. in mg.* defraudetur *P*[1]*T* 25 habiculis (ta superscr.) *B* ethereus *T* 26 productor *B* 27 unus *B*[1]

longe a corpore degentem Ennodium perquisisti, efferendo desideratis nobile munus aspectibus. accepi cucullam qualem debuit dirigere religionem profitenti sanctissima. ora, ut dignum me humilium indumentis etsi non inuenerunt dona uestra, tamen meriti sui nobilitate perficiant. domina mi, salutem largissimam dicens rogo, ut crebro me uenerandis releuetis alloquiis. laenam et racanas cuius uos uolueritis coloris rubei aut fusci mihi sub celeritate dirigite.

XVIII.

ENNODIVS STEPHANIAE.

Sufficeret equidem pro epistolari commercio meritum portitoris, cui et uena sua quod loquendum est et pura circa me ministrat affectio. sed animus meus ad duplicatum festinat obsequium, nec simplici quam reuerentia uestra exigit humilitate contentus, domno Auieno scripta coniungit, illi quem de stirpe uestra procreatum et uita prodit et oratio. grauiter tamen fero, quod rusticas uoces nimis urbana et subtili elocutione narratis. non ita circa familiam uestram gratia caelestis innotuit, ut aliquem in ea liceat maioribus suis aut lingua esse aut actione dissimilem, nisi forte quod uos supra claritatem seniorum sanctae uiduitatis in uobis fulgor inradiat. nempe illius domni Fausti germana es, in cuius praefectura quod monachos instituat inuenitur, quem plus est actione uenerabilem esse quam titulo. rogo uos seruitio salutationis exhibito, ut numquam scholasticorum indociles conpositiones

1 offerendo desiderantis *fort.* 2 cocullam *B* 3 diregere *B* *ante* sanctissima *distingunt b et Sirm.* hora *T* 4 noon *B* 5 perficiant (perf *in ras.*) *V* mihi *BLV*, mea P^2 (*in mg.*) *b* 6 me *om. b* reuerandis *T* reueletis *Tb* 7 lena metra canas *T* robei *B* 8 ceritate *B*

XVIII. 10 stephane *L* 11 aequidem *B* 14 exiget *B* 15 contē///tus *T* coniunget *B* 16 styrpe *B* 17 orbana *B* suptili *B* 19 in ea] inae *B* 23 monachus *libri*, *em. Sirm.* 24 esse] ÷ *T s. l.* 25 indociles *Pb*, indocilis *BLTV*

sanctis dictationibus misceatis: sufficit mihi quod admirer, quod si mereor sequi debeam, in uestris sensibus inuenire.

XVIIII.

ENNODIVS AGNELLO.

Longo animus meus pependit incerto, utrum pro diligentia notitiae uestrae ianuam scriptionis amabili praesumptione pulsarem et excellentissimi hominis per hunc callem pectus ingrederer an per homines uestros uaga salutatione contentus secreta, quibus obsidebar, inrumperem, quia uisus mihi est non esse in hominum numero conputandus quem hominum potissimus ignoraret. et plane illi nec mores suggerunt fiduciam nec natura, qui in arce locatis absconditur, uobis praecipue, quos uterque orbis amica et socia diuersitate conplectitur, quos dei timor gratiae suae comitate firmatos fecit iam honorum summa largiri et, ad quod uix praecipui perducuntur, ad opinionis gloriam dare subiectis. laudandi sunt apices, sed ad eos sudore maximo uix uenitur. quod tamen feliciter dictum sit, et inter munera uestra sunt culmina. ergo salutans reuerenter epistolam breuitate concludo, ne ante dignationem uestram uideatur inportuna laudatio. latius post responsum paginale, quod moribus, quod potentiae uestrae conuenit, eritis mundo mecum adtestante lecturi.

XX.

ENNODIVS MASCATORI.

Et me sperare quod pium est et uos decet adnuere. nam disparibus uiis ad unum finem remuneranda tendit intentio.

1 sufficet *B*

XVIIII. 7 excelentissimi *B* 9 quia] qui *L* uisus *scripsi*, uisum *libri* 11 plene *B* fidutiam *B* 12 arche *B* u°bis *L* praecipuae *B* 13 socia a *B* quos (s *in ras. uid.*) *T*, quod *Sirm.* 14 tuae *B* bonorum *Pb* 15 quos *Pb* perducunt (er *ex* rae *corr.*) *B* opitionis *L* 20 quod m. q. potentiae *L s. l.* 21 erites *B* 22 lectari *B*

XX. 25 decit *B*

uos solacia rebus inpenditis, a me tenue sermonis postulatur auxilium. sic fit, ut cui incumbit per officii considerationem praestare potiora uix possit exigua. reddat ingenuitatem homo palatii, quia ecclesiae nihil amplius sufficit quam precari. scitis pro ascinis a quo ueniat retributio, si iuuentur. succurrite his quos et patria terra captiuat, quibus et inuidia est cum originariis et condicio dolenda cum profugis. pluribus Christianum et sapientem non decet admoneri, ne longa deprecatio fructum sibi uideatur adscribere laboris alieni. saluto ergo humilitate qua dignum est et ut praefatos cum gaudio ad me remittatis inploro.

XXI.

ENNODIVS HELPIDIO.

Etsi te inmemorem mei Pontica facit inhumanitas, me tamen imitari non decet quod accuso. sic de ciuitate Mediolanensi quasi Icarus auolasti et nec mandati me salutatione dignatus es. sic faciunt quos potentum lateribus iungit inopinata sodalitas. Musca moritura iustum est, ut si per naturam non potes, ad affectum meo inuiteris exemplo: possunt tibi alii pro abundantia facultatum utiliores existere, esse tamen non ualent dulciores. sed redeo ad considerationem patriae tuae, cui debes bonorum obliuionem et miseriam qua laboras. nunc ergo honore salutationis inpenso seruum tuum ad hoc direxi, ut filio tuo domno praefecto et tibi nuntiaret in Christi nomine, me

1 solatia *BTV*, solata *L* inpendetis *B* tenue *scripsi*, tenuae *B*, tenuis P^1T^2b, tenui LP^1T^1V praestolatur *Pb* 2 ut cui] uani (a *ex* ct *corr.*) *L* incumbet *B* 4 eclesiae *B* sufficet *B* praecari scites *B* 5 iubentur *B* 6 quos et *B s. l.* captiuos *B* 7 conditio *BT* cristianum *B* 8 praecatio *B* 10 gaudio] dip *B* remittates *B*

XXI. 13 hilpidio *BLV* 15 imittari T^1 decit *B* adcaso *B* 16 hycarus *LPV*, hyrcarus *B*, hyrcarius *T* 17 potentium *Sirm.* 18 moritur *B* 19 effectum *b et Sirm.* tibi] obi *B* 20 exhistere *B* 21 tuae *om. Sirm.* debis *B* 22 inseriam *L*, mes seriam *B* 23 dixeri *L*

de suburbano illo documenta legitima suscepisse, ut uos cum filio uestro domno Triggua quod necessarium uideris agere non omittas.

XXII.

ENNODIVS FAVSTO.

Spero in trinitate deo nostro per suffragia ueneranda sanctorum, quod seruos in quocumque loco positos quemadmodum munitur oculi pupilla custodiat et ad bonam ualitudinem reducat quicquid inimica fregit inaequalitas. ego tamen, etsi corpore nequeo, sequor officiis: nam imperio sollicitudinis uerba concessi deprecans, ut quam sani sitis edocear. ecce uix fero breuem, absentia longa fatigandus. sed potentes sunt et amici domni, quibus uos anima sancta commisit. ego memores, ut depositum seruent, sine cessatione conuenio. aderunt partibus suis et quod ab eis susceptum est sine imminutione seruabunt. his addo praestante omnipotentis dei misericordia seruos uestros de Venetiis iam regressos exhibuisse documenta confirmata de legibus, hic introductionem sollemnem ilico fuisse confectam. nunc utrum amico a uobis dici aliquid debeat, illa qua soletis maturitate consulite.

XXIII.

ENNODIVS LIBERIO.

Datum est mihi caelestis infusione mysterii libera habere iudicia, etiam cum sim beneficiis obligatus. est enim superni muneris ut ingenuam sententiam ferat obnoxius nec delectetur

2 trigua *T* 3 omittas] *cf. Wiener Studien II p. 233*

X II. 7 quod (d *ex* s? *corr.*) *B*, quos *P*[1]*b* seruus *L*, seruos suos (suos *add. m. 2*) *T* 8 popilla *B* 10 imperia *V* concessi *B*, congessi *LPTVb* 11 sitis (*alt.* i *corr.*) *B* breuem *T et Sirm.*, breue *BLPVb* 12 absentiā *T* domini *B* 13 uos *om. B* membores *B*[1] 17 uentiis *T*[1] 18 solemnem *LV*, solēpnem *T* hilico *B*

XXIII. 25 innuam (ge *superscr.*) *B* delitetur *B*

inmanitate gratiae uigor examinis. diuinum est, quando sine corruptione de te loquitur cui multa contuleris nec iniquum ponit aliquid in lance ueritatis donorum tuorum opibus subiugatus. nam ubi de potissimis sermo est et in aures mundi itura formantur, publicum testimonium priuata actio cur obumbret? debeo equidem celsitudini uestrae plus quam uniuersitas: sed nolo maius aliquid quam uniuersitatis possunt ora depromere et epistularis angustiae lege contentus satis modicum de illa meritorum messe praelibo. felicissime hominum, hoc totis hostilitas uirium suarum laborat inpendiis, ut per totum orbem tu solus dissipata conponas. aestimationi remanet qualis sit ille cui militas, quando lapsa exusta perdita, cum te aspexerint, conualescunt. uix pascebatur Italia publici sudore dispendii, quando tu eam sine interuallo temporis et ad spem reparationis et ad praebitionem tributariam commutasti. laeti coepimus te moderante inferre aerariis publicis quod cum maximo dolore solebamus accipere. fuit semper ubertas nostra dispensatio tua. iuuerunt uenerabile superna consilium. nam uires uectigalium tu uel nutristi pro bono publico uel dedisti. culminibus omnibus homo sublimior, tu primus fecisti regales copias sine malo priuatae concussionis effluere. tibi post deum debetur, quod apud potentissimum dominum et ubique uictorem securi diuitias confitemur: tuta enim tunc est subiectorum opulentia, quando non indiget imperator. quid quod illas innumeras Gothorum cateruas uix scientibus Romanis larga praediorum conlatione ditasti? nihil enim amplius uictores cupiunt et nulla senserunt damna superati. taceo consideratione paginalis eloquii communionis et blandimentorum tuorum mella praeceptis caelestibus instituta non minus rebus nobilitata quam

1 rigor *fort.* 4 positissimis *LV*[1] 5 formantur *T* 6 aequidem *B*, quidem *T b* 7 possint *B* 8 sati *B* 13 conualiscunt *B* 16 aerrariis *B*[1] *post* publicis *ras. 6—8 litt. L* 17 solibamus *B* 18 iuberunt *B* 20 homo *om. P et Sirm.* 21 affluere *Pb* 23 diuitaas *L*[1] 24 ñ *L et V s. l. m. 1* imperator *om. Sirm.* quid quod] quicquid *L* 25 gotharū *L ut uid.* catheruas *T* sentientibus (sci *supra*, dotted) *B* 27 dampna *LTV*

uerbis: orationem meam ad ea quae eminentiae tuae debentur uota transduco, quia mecum Galliae in hac adstipulatione conueniunt, ut Christo deo uiuo disponente ordinatis illis, quibus ciuilitatem post multos annorum circulos intulisti, quos ante te non contigit saporem de Romana libertate gustare, ad Italiam tuam et poscentibus nobis et illis tenentibus reducaris. sic utriusque orbis per sanctas actiones indigena, uenerabilem domum et summates filios cum uniuersis Italiam possidentibus felicis praesentiae tuae dote sublimes. ego autem seruitiis salutationis exhibitis ualere me nuntio et de uobis quod uoto meo satisfacere possit expecto.

XXIIII.

ENNODIVS AVIENO.

Bene erat animo meo, si uel ad scriptionem frequens portitorum suggereretur occasio, quia in remedio desiderii senior prouidentia munus litterarum comparauit, in quo ad uicem praesentiae formato aestuantibus blanditur alloquio: et licet de ipsis remediis mens aegrescat absentium et de medicina sollicitudinis cura geminetur, attamen non sunt deserenda quae sola sunt. ergo infante Valentino Romam petente, quantum sub celeritate potui, de his quae erant loquenda subripui, breuiter significans ualitudinem corporis mei fuisse turbatam. satis est tamen, si nuntio prosperitatis uestrae, dum fit hilaris anima, conualescam. domine mi, salutationis muniis, sicut reuerentia uestra postulat, exsolutis rogo, ut iam me de uotorum effectu et de bonis uestris epistularis subleuetis promulgatione conloquii.

3 uiuo] nostro *fort.* illas *B* 4 circulos *B*, curriculos *LPTVb* 5 contiget *B* lisertate gustate *B*[1] 7 indigna *B*, genam *L* 8 possidentibus *scripsi*, possidensi dentibus *B*, possidens uidentibus *LPTVb* 10 exhibuistis *B* 11 exspecto *LV*

XXIIII. 14 uel/// *T* 18 aegriscat *B* 19 germinetur *L*, geminentur *Sirm.* adtamen *B* 23 ñtio *L* fil *B* hilares *B* 24 animę *L*[1] conualiscam *B* m *T*, mihi *BLV*

XXV.

ENNODIVS AGNELLAE.

Gratum mihi est ad magnitudinem uestram litterarum munera promulgare, quia et generi et conscientiae uestrae non tam exhibetur honor iste quam redditur. iustum est ut religiosi homo propositi sanctam uiduam et nobilem ueneretur ingenuus. ago deo meo gratias, quia bonus opinionis uestrae ad nos odor emanauit. ille usque ad consummationem uitae fructus tribuat, qui bonam radicem in hac saeculi conuersatione plantauit. bene fecisti, domna Agnella, mundi istius blandimenta respuere, et dum celsiora sequeris, etiam quae potuerunt uenire a legitimis remediis non habere: scisti non solum ueniam quaerere sed coronam. gaudeant de medicina languentes: prope est ut proximus sit integritati cui conceditur, ut feliciter dediscat inlecebras. ergo, domina mi, salutationis gratiam honorificentiamque persoluens rogo, ut pro me amico et parente tuo apostolorum liminibus non desinas subplicare, ut merear seruare quod praedico et quod in aliis extollo ipse non neglegam.

XXVI.

ENNODIVS MESSALAE.

Scio equidem uos pro desiderio meo fuisse subtractos: sed aliud spe de sollicitudine uestra praeceperam. nam et qualiter domnus deo praestante ualedixerit et qui uobis itineris ordo fuerit, si mei memor esses, agnoueram. sed quid facio, qui neglegentiam uestram nec suggerendo formam affectionis expugno? ergo si te Christo deo nostro tribuente spes nuptialis

XXV. 2 agnelle *BT* 4 uestrae *om. B* 6 ingeniis (iis *ex* uus *corr. m. 2*) *T* 8 fructos *B* 12 auere *fort.* solam *BV*[1] 13 proximior *Sirm.* 14 inlecibras *B* 15 mi *T*, mihi *BLV* hororificentiamquae *B* 16 apostorum *B*

XXVI. 20 messale *LT* 21 aequidem *B* 22 spe *scripsi*, spei *libri* sollicitudinem *B*[1] praeciperam *BLV*, perceperam *Pb* 24 essis *B* fatio *B* 25 negligentiam *BT* 26 nuptialis *PT*[2]*b*, nuptiales *BLT*[1]*V*

afflauerit, Ennodi memoriam non fugabis, quando nulla sic cessit maior diligentia et pius amor exclusus est tantum a pectore tuo, quantum ab oculis submouebor. sanus esto salua uita patris et fratris tui: deus uobis benefaciat: agnoscant quod pascat auditum: quale uultis circa me exhibete propositum. unum te rogo honore salutationis exhibito, ut apud domnos apostolos pro me digneris preces offerre, ut ipsi miserias meas medicinaliter curent nec patiantur me quicquam uelle quod non decet: castigent praesumptiones mentis et corporis. quod si facias, credo pro innocentia et puritate tua te melius pro me, quam si essem coram positus, audiendum.

XXVII.

ENNODIVS AVRELIANO EPISCOPO.

Debeo equidem dolori meo uocem, sed reuerentiae uestrae taciturnitatem. et forte melius maerorem de abstinentia sermonis uestri loqueretur muta dissimulatio: urbanum enim et subtile erat, ut isdem lineis quibus in me delinquitur potiorum delicta ferirentur, ut secum haberet culpa uindictam. sed quo me uertam, qui inmemorem mei et humilium notitiam respuentem pertinacia amoris insequi non desisto? numquid non repudiati inportunitas mater horroris est, cum placendi per adsiduitatem desiderium materiam exigat displicendi? nam quicquid mente fugimus ingestum oculis uix uidemus. si mihi liceret adhuc aequali cum beatitudine tua sorte contendere! sed dormiunt apud coronam tuam propinquitatis priuilegia, postquam pater esse meruisti. retinet quisquam hominum perire

1 ennodii *T²b* si cessit *B*, successit *fort.* 3 subuebor *B*, submouebar *fort.* 4 agnoscãnt *T corr. m. 2* 5 uultes *B* 8 meserias *B¹* cu*rent (r *eras.*) *L* quidquam *L* 11 coram] corporam *L*

XXVII. 13 epõs *B* 14 aequidem *B* ure *B* 15 merorem *BT* 16 muta loqueretur *TV*, sequeretur muta *Pb* 17 hisdem *B*, eisdem *Pb* 18 heberet *B* 20 pertinatia *L²P*, pertinaciam *BTVb*, pertinatiã *L¹* nunquid *T* 21 per—displicendi *om. B add. in mg. inf. corr.* 22 exigit *P et Sirm.* 24 condere *B* 25 puilegia *L*

suis iura necessitudinis incrementis et accessione piae dignitatis et generis et diligentiae uincla dissolui? ergo decuit euectionem meriti uestri instabili mihi esse rumore conpertam et de communibus gaudiis adhuc pendere opinione contentum? electus sum, cui bonum generale taceretur, ut rem aurei saeculi solus pro conscientiae meae obscuritate nescirem. nobilis uita uel genere apicem ecclesiastici honoris ascendit, et me dedignatur adloquio. uere tale factum, aut studio aut neglegentia euenerit, non probatur. ego tamen seruitia salutationis inpendo et Italica simplicitate, unde tristitiam habuerim, sine dissimulatione manifesto.

XXVIII.

ENNODIVS AGAPIO.

Duriter officium gestientis animi ad memoriam tristium mens recordatione stimulanda reuocauit. nam semper remedium doloris obliuio est, quia quod ratione non possumus temporum prolixitate sepelimus. bene est, quia diuturnitate senescit adflictio et magni doloris consolatio citius per silentium procuratur. nam in huiusmodi negotiis plus agitur nil agendo. sed quid facio, quia epistolae uestrae lectio iam obductae cicatricis penetralia rescindit et sepultam inmaturi funeris recordationem amara sorte uiuificat? ergo ego communi fratri consolationem dare poteram, cum, si quid humanitatis in me esse creditur, sic dolerem? aut umquam flens placuit consolator? ergo expectatur medicina de morbidis? non de me, domne Agapi,

1 adcessione *B* 3 instabili *PT²b*, instabilem *BLT¹V* 6 obsecuritate *L* 7 uel] et *P et Sirm.* aecclesiastici *B* 9 eueneret *B*

XXVIII. 13 agapito *L*, agapito *in* agapio *V corr. m. 1*, fausto *T* 16 obliuio doloris *TVb*, obliui**oloris *L* 17 sepeli*m' (e? *eras.*) *L*, septimus *in* sepelimus *V corr. m. 1* seniscet *B* 18 consulatio *B*, ***solatio *L* citius] cuius *b*, *om. Sirm.* 19 negociis *B* 20 nostrae *b et Sirm.* obducta *Sirm.* 21 rescindit *PT²b*, rescindet *T¹*, rescindent *LV*, rescendent *B* 22 sortae *B* consulationem *B* 24 nunquam *T* placauit *fort.* 25 domni *B*

bene iudicas, si et in germani tui maeroribus et in obitu spiritualis filii ego quasi opinioni tuae disputator occurro. sana pectora iter curationis inueniunt: nemo alterum unde ipse laborat absoluit. sed hinc alias: potens est deus, qui solus ad ista ualet occurrere et communis mali subleuare pressuram. uos tamen honorificae cultu salutationis inpertiens rogo, ut crebro mihi epistolaris commercii munera conferatis, ad quae studia pigrum esse nec amantem conuenit nec facundum.

XXVIIII.

ENNODIVS LIBERIO.

Si poetarum spiritus disciplina paginalis admitteret, centena ora et uox ferrea uix quod celsitudini uestrae a me debetur uerborum ubertate reseraret. sed quia magnis obnoxius uix ad parua sufficio, prouidi post dei misericordiam uestrae gratiae repensorem. nam frater uester domnus Faustus, dum debere se beneficium quod mihi tribuistis eloquitur, ab inbecillis ceruicibus grauis oneris sarcinas amolitur. sunt inter duos praecelsos ista communia: uos uobis et dare digna nostis et reddere: me sub fasce uestri muneris constitutum sola manet de obnoxietate confessio, dum praeuentum gratiae uestrae mole, quod uoti conpotem, fecit hoc inparem. adsum tamen partibus meis et inter orandum quamuis peccator deum, ut pro me

13 cf. Verg. Georg II 43. 44, Aen. VI 625. (Lucr. VI 840 L. p. 399), Pers. I 29, Hostius ap. Macrob. Sat. VI 3, 6.

1 si] sed *T* meroribus *BLTV* obbtu *B* 2 spiritualis *Sirm.* 4 ipsae *B* 6 praessuram *B* honorifice *BTV* cultu *B*, cultus *LPTVb* 7 commertii *B* conferates *B* 8 atq; *B*

XXVIIII. 12 paginales *B* et centena *Bb* 13 celsitudinis uestre *B* 15 parua *B*, pauca *LPTVb* 17 sese *B* tribuestes *B* inbicilis *B* 18 oneris *Pb*, honeris *T*, honoris *BLV* 20 sub|sub *B* sola manet *B*, solamen et *PVb*, solam̄ et *LT* 22 conputem *B*, cōpetē *T* 23 orandum *PT²b*, horandum *B*, hortandum *LT¹V*

quoque uobis reddat, inploro. ecce duo ista sufficiunt: nam et de caelo pro me expectatis quod uos exhibuisse meministis, et est aequalis qui se debere fateatur in terris. expecto tamen beneficii uestri celeriter subplementum, ut litteras, quales per sublimem uirum Tranquillinum sum precatus, accipiam. his tamen aliam uobis miserendi uiam bene morum uestrorum conscius exhibebo. Camilla parens mea intra Gallias et uiduitatis miseria et geminae iam captiuitatis subcubuisse fertur incommodis. nemo est, qui tam multiplices necessitates praeter celsitudinem uestram possit auertere: generis mei patronus quod in Italia positis praestitit non neget in Gallia, ut uel de casellulis ipsius ordinatione uestra, dum ab eis fisci onera deriuantur, ad praefatae alimenta sufficiant. domine mi, salutationis seruitia dependens rogo, ut portitorem praesentium hominem meum, quem ad haec exsequenda destinaui, deo uobis inspirante ad meum effectum eminentia uestra iubeat commeare. numquid dubitare de postulationibus suis eum conuenit, qui se nouit etiam illa, quae non poposcerat, inpetrasse?

XXX.

IN CHRISTI SIGNO.

Natura rerum est, ut etiam idoneus ore uel pectore possit de praesumptione culpari, quia omnis uerborum commoditas humilitatis terminos egressa calcatur, et sicut habenda sunt quae

1 reddet *B* 2 expectates *B* meministes *B*, menistis *T*[1] 3 aequales *B* exspecto *LV* 4 subplimentum *B* 5 sublim̄ *T* tranquilinum *B* Tranquillinum—tamen *in mg. add. L* prefatus *B*[1] 7 exhibeo *L* camella *BLTV* 8 meseria *B* subcupuisse *B* 10 patronus *L*, patronos *BTV*, patronis *Pb* 11 prestitet *B* negit *B* ut uel *Bb*, ut *LPTV* 12 honera *B* 13 deriuantur *b*, diriuantur *BLPTV* m *T*, mihi *BLV* 14 seruicia dependans *B* 16 meum] mecū *B* effectu *B* 17 nunquid *T* postolationibus *B* 18 etiam] et *Sirm.*

XXX. 20 In Christi signo] Symmacho papae *Sirm.* 22 omnes *B* 23 habende *L*[1] *ut uid.* s̃t *T s. l. m. 2*

exiguntur in pretio, ita ingesta uilescunt. inportunitas cum facundos opinionis nobilitate dispoliet, dedecore uestit indoctos. sed hac me ratiocinatione sustento, quia est quidem audax, sed amabile praeuium praestitisse sermonem, et sicut uicinum temeritatis, ita proximum dilgentiae ad caritatem pertinens iter aperire. inter ecclesiarum homines numquid reatus est, si pari amore contenderint dispares dignitate? aut excedunt modici honoris angustiam qui desiderant suffragio gratiae summatibus conparari? non habet superbi conscientiam qui se tantum in affectionis muniis non metitur. praesumo dicere, directus subditorum feruor est qui in hac re praecedentes anteuenit. ecce sic partes meas quasi uoluntariae allocutionis fuscatas nube purgaui. sed dico quod ad defensionem spectat uberrimam. filius uester domnus Rhodanius exegit a me in usum stili praesentis erumpere. fateor tamen in studio meo fuisse quod iussit, quia qui uolentem coegerit non laborat. deo gratias principe loco et tota epistulae concinnatione referamus: quia in societatem capitis sui aliquando Romana membra coierunt, iustum erat, ut et beatus Petrus apostolus sedi suae ecclesias et senatui liberiori per dominum partes debitas reformaret. dignus regnator, digni in quorum aetate uotorum summa contigerit. nam etsi itura ad posteros felicitas perseueret, litandum illis est laudatione praecipua, a quibus sumpsit exordium. deo efficaciter supplicastis, ut illius uos uirtus erueret, cuius potest seruare clementia. didicistis eius euentus prosperos, quem uidetis secutam dum mandat bella uictoriam. parum superest, ut mansuetudinem mentis illius

1 praetio *V* uiliscunt *B* 2 facundus *B* nubilitate *L*[1] dispoli•et *L* indoctus *B* 3 ratiotinatione *T*, rationatione *V* 4 preuium *B* 5 timeritatis *B* 9 coparari *L* 11 feruor *scripsi*, error *libri* praecidentes *B* 13 expectat *B* 14 rodanius *BLT*, rodanus *V* exiget *B*, coegit *Sirm.* luntatem quoegerit *B* 17 epistolae *BT* 18 *a* *nouum caput incipit in BLPTVb, linea dimidia ante* q *licta in T* 19 quoierunt *B* 20 aecclesias *BV* maret *L* digni *scripsi*, dignus *libri* quorum] quo c 23 illi *Sirm.* 24 supplicastes *B* 25 dedicistes *B* mandat secutam *LPTVb*

ita profundam teneatis, quasi sit ignara procinctuum. deo tribuente nec pax eius turbari dubiis potest nec fortitudo qualibet obiectatione confringi. nihil apud illum tutius supplicante: solus euasit proeliares acies qui rogauit: uicit armorum inpetus qui obtulit deuotus obsequium. quod uix ueteres principes praesentiae suae sudore potiti sunt, hoc semper regis nostri breuis procurauit epistula. per excursus dirigitur felix exercitus ad triumphum. qui credat militem eius in labore et perfectione habere quidem superantis gloriam, sed continentiam subiugati? consummatis congressionibus de irae hereditate nil remanet: uno tempore quos perniciosos aduersarii uiderint blandos sentiunt tributa pendentes. et haec quidem caelesti praeparantur pro hac repensione suffragio, quia fides nostra apud eum, aliud ipse sectetur, in portu est. mirabilis patientia, quando tenax propositi sui claritatem non obumbrat alieni: nam et ecclesiarum nostrarum patrimonia relabi, nisi aucta fuerint, ingemescit. sic factum est, ut et statum suum locupletes pauperum substantiae teneant et mediocres ad supremam opulentiam conualescant. in sacerdotibus uirtutes et innatas colit et non repertas inspirat. sed cur beatitudinem uestram praeiudicio diffusi sermonis anticipem? continuo experientia uestra et spiritalis illa perfectio ieiunum me fuisse in filii uestri laudibus accusabit, et cum soleant amplificari facta conloquiis, sterilem me relatorem de uirtutum eius messe causabitur. iam saeculares apices, curules et trabeas, patricias

1 retineatis *b* procinct•ā *L* 3 tocius *B* 4 uicet *B* 5 obitulit deuotos *L* 6 p regis (p *deleuit m. 2*) [illegible] 8 triumfum *B* quis *Sirm.* 9 superantis *PT'b*, su[illegible] *T'V*, superbiantes *B* 10 consu[illegible] irae [illegible] 11 remanit *B* perniciosus *B* [illegible] 13 [illegible] sponsione *V'* 14 [illegible] ud *S*[illegible] itur *B* importu *T* 15 [illegible] cta [illegible] *LTV*, ingemiscat [illegible] cu[illegible] [illegible] *T'* sec[illegible] m n[illegible] *L* pros[illegible] medi[illegible] 25 [illegible] nali[illegible] 2[illegible]

etiam dignitates qualiter aut naturae reddat aut moribus, domestici perlatoris adstipulatione uulgetur. nam et ueteres in antiqua generis luce durare facit et nouos splendore inopinati fulgoris inradiat. facilius respublica eius bono dispensationis effluens iu priuatam migrat opulentiam, quam famulantium census in palatina lucra commutetur. nunc, quod superest, meae seruitiis salutationis acceptis oratione prospicite, ut Christus redemptor noster quae in praefato clementissimo rege seruientibus sibi contulit longa aetate conseruet. det etiam regni de eius germine successorem, ne bona tanti hominis in una aetate ueterescant et antiquata temporibus pro sola aurei saeculi commemoratione nominentur.

XXXI.

ENNODIVS AVIENO.

Dum iucundis adhuc deo dispensante fruerer de praesentiae uestrae uicinitate conspectibus et amabilia conloquiorum mella uenerabili mendacio retineret auditus, occasio mihi scriptionis oblata est. fateor, diu nolui medicinam desiderii, dum altera procuratur, inrumpere. delectabat species animo meo pia ludificatione blandita: nolebam conscius deprehendere quae pascebat in amore fallaciam. bene enim sapit studiis nostris obsecuta seductio et pro uero libenter admittimus dulcium imagines nuntiorum: grata somnia quotiens fugantur uigiliis, ingemescimus et illud mortis simulacrum de placidis deceptionibus plus amatur. ergo nunc mihi, quia illud quod praefatus sum stare non licuit, exequendum est quod remansit. aliquis hominum

2 uulgatur *T* ueteris *BL* 3 dura *B* fecit *L*, reficat *B* splendorem *L*, plendore *B* 4 *fulgoris (e *eras.*) *L* 5 effluens *B*, *om.* *LPTVb* famulantum *Sirm.* 6 censos *B* cōmutet *L* 7 oratione *om.* *Sirm.* 8 praecato *B*, p̃fecto *T* 9 conseruit *B* 11 uetericant *B*, ueterescant (a *corr.*) *L* 12 nominetur *LPb*, nominant *B*

XXXI. 15 iocundis *BT*, iocundus *Pb* 16 uestre e *T* 17 mendatio *B* 19 species *scripsi*, series *libri* 21 falatiam *B* 23 gratas omnia *B* 24 simulachrum *T* 26 exsequendum *LV*

pro peccati sui onere sic laborat? adfligerer nisi uos uiderem: ad cupita perductus maceror, quia quae poscebamus deo tribuente concessa sunt. numquid alicui accessit de laetitiae occasione quod torqueat aut de messe gaudiorum egressa est planta tristitiae? gratias inseparabili trinitati deo uero, qui, ut uota inpleat, aliquotiens uota contemnit. ipse ergo coniunctionis tuae copulam respiciat: ipse unum faciat ex duobus, qui in primi hominis corpore, dum adhuc natiua et intemerata inmortalitate gauderet, utrosque formauit. iungatur tibi uxor, ut Abrahae Sarra, ut Isaac Rebecca, ut Iacob Rachel caelesti benedictione sociata est. habeas continentis praemium, frugem et dulcedinem coniugati: legi dei pareat solutio uirginalis, dum quod in se subtrahit reddit in subole. nesciat externam diligentiam bene in uobis solidata communio: illa matrem tuam moribus et conuersatione restituat, tu parentem. non pereat mundo maiorum tuorum, dum in te renascitur, amplectenda formatio. nequaquam peregrina uitae exempla nec non aduenticia postulantur: in oculis locata sectamini. ecce ego, qui hymenaeis tuis interesse non potui, hac te precum mearum prosecutione communio: uos ad uicissitudinem exhibete crebra colloquia. domine mi, salutationis amorem et reuerentiam persoluens rogo, ut si memoriam mei de illa locupleti recordatione non truditis, et orationibus me et conloquiis subleuetis.

1 onere *Pb*, honere *BLTV* 2 capida (ad capita) *B* poscebabmus *B* *sed inter scribendum corr.* 3 adcessit *B* occassione *B* 4 torquaeat *B* 5 insepabili (ra) *B* uero] nostro *fort.* 6 contempnit *LTV* 8 intimerata *B* 9 tuerosque *B* habraae (b) *B*, habrahe *V*, abrahe *T* 10 ysac *L*, ysaac *T* 11 praemium] praeuiam *Sirm.*; *quid L exhibeat dici nequit cum fol. 142ª uocabula complura fere euanuerint* 12 uirginales *B* 13 sobole *LTV* nescit *B* 14 communia *L* 15 mondo *B*¹ 16 amplectando *L* 17 aduentitia *L* 18 hymeneis *BLTV* 19 ac *L* prosecutio *T*¹ 20 conuenio *Sirm.* uicessitudinem *B* coloquia *B* 21 domine mi *om. Sirm.* mihi *BLV*, michi *T* 22 lucupleti *B* trudentis *B*

XXXII.

ENNODIVS ADEODATO PRESBYTERO.

Quantum a me merito, quantum actione sis clarior, orationum tuarum reserauit effectus. ecce domni Fausti filii tui abstractam de solacio meo partem maximam tu tenebis. ego quidem sanctis et legalibus desideriis precum inpedimenta non adtuli: sed tantum me domni Auieni perculit pro eius caritate discessio, ut lacrimis prosequerer et ad optata tendentem. patuit humanarum rerum in hac causa de diuersitate formatio. illum euocant Christo duce uotiua, me feriunt: illi blanditur de coniunctione uicinitas, me de sequestratione conpungit. ecce de precum mearum fruge sollicitor, et adeptos nos, si quid in hac parte postulatum est, quod cum Christi pace dici liceat, ingemesco. sed inter haec tali diligentiae curatione sustentor, quia domnum Auienum superantem uota reddidimus. habet de origine eius Roma iactantiam, Liguria de profectu: ibi domno Fausto filius naturae lege concessus est, hic eruditione patefactus. minus fuit cum generalitate hominem nasci quam, quod inimitabile uidebatur, Fausti sobolem conprobari. referamus ad deum beneficia sua et ipsi pro illo exhibeamus gratias, a quo poposcimus quae tenemus. uos salutationis meae obsequia pro sancti pectoris uestri puritate suscipite et codicem recipientes meum cum illo, qui a uobis promissus est, destinate.

XXXII. 2 presbitero *T* 4 reserabat *T*¹, reserabit *LT*²*V* fili *B* 5 solatio *BLTV* maxima *BV* 6 impedimento *L* 7 tantum *scripsi*, tanta *libri* perculet *B* 8 lacrimes *L* humarum *T*¹ 9 causā *L* illud *L* 10 cristo *B* uotiuam et *B* 11 diuinitas *fort.* conpunget *B* 12 sollicitus *L*¹ adeptus *L* ʰac *B* 13 cristi *B* ingemisco *BLTV* 15 reddimus *B* 16 liguri *B* 17 natura| elege *B*¹ eruditionē *L* 18 cum *ex* con *B corr.* genaralitate *B* 19 inimittabile *T*¹ uedebatur *B* 20 exhibeamus *B*, referam (exhibeam' *above*) *V*, exhibeam referā *L*, referamus *PTb*, redhibeamus *Sirm.* 22 puritatem *L* ꝑcipientes *L*

XXXIII.

ENNODIVS CAESARIO EPISCOPO.

Quod spe praeceperam litteris indicastis. nam uenerandi promulgatione conloquii, quid caelestis imperator domnum regem circa uos facere conpulisset, agnoui: ego sum, cui postquam meritum uestrum patuit, nequaquam se felicitas actionis abscondit. qui hominum nobilissimo in Christi seruitute pontifici terrenas dominationes nesciat esse subiectas et minacem regis potentiam innocentiae obiectione superari? quando principalis purpura aut cilicia despexit aut pallium? quando libertas illa potissima credidit sibi ante Christianam humilitatem licere quod uoluit? aut quando ei licuit uelle quod laederet? quod si inter haec canae aetatis exempla recolantur et saeuitiam circa cultores dei tyrannicam reducas in medium, scimus quia ab illis nostri dogmatis sectatores, ne umquam morerentur, occisi sunt. tunc militibus suis uitam et aeternitatem obsequente gladio perpetuus ille dux contulit: illi inimicorum suorum ministerio perdiderunt originariam uilitatem. te, mi domine, in orbe iam Christiano diua lex peperit et apostolici uberis lacte nutriuit: tu ceteros uelut solis magnitudo astris minoribus conparata transgrederis: te qui interioris hominis oculis inspexit instructus est. nam cum et facie ipsa foueas puritatem, delinquentes feriato ore castigas. boni de conuersatione tua, quocumque processeris, imitanda inueniunt: malis fugienda demonstrantur. beatus tu, cui a deo tributum est, ut et monitis

XXXIII. 2 cesario *T*, cessare *L* episcopo] arelatensi *add. B m. rec.* 3 quo *L* praeciperam *LV*, preciperam *B* indicastes *B* nam] non *L* 5 circa] cir *B* 6 abscondi *L* 7 in *om. B* 8 menacem *B*, miracem *L* 9 regis *B*, reis *LTV*, rei *Pb* obiectionē *L* principales *BV*[1] 10 purpora *B* cilitia *B*, silicia *L* despexi *L*, dispexit *B* 11 cristianam *B*, christianum *L* 12 ei *om. L* lederet *B* 13 cane *B* seuiciam *B*, seuitium *L* 15 morirentur *L* 16 et *om. LPb* 17 perpetuos *B* 19 cristiano *B* diuina *b* 20 lactae *B* 21 tranǵrederis *B* 22 et cum *Sirm.*

bene iudicas, si et in germani tui maeroribus et in obitu spiritualis filii ego quasi opinioni tuae disputator occurro. sana pectora iter curationis inueniunt: nemo alterum unde ipse laborat absoluit. sed hinc alias: potens est deus, qui solus ad ista ualet occurrere et communis mali subleuare pressuram. nos tamen honorificae cultu salutationis inpertiens rogo, ut crebro mihi epistolaris commercii munera conferatis, ad quae studia pigrum esse nec amantem conuenit nec facundum.

XXVIIII.

ENNODIVS LIBERIO.

Si poetarum spiritus disciplina paginalis admitteret, centena ora et uox ferrea uix quod celsitudini uestrae a me debetur uerborum ubertate reseraret. sed quia magnis obnoxius uix ad parua sufficio, prouidi post dei misericordiam uestrae gratiae repensorem. nam frater uester domnus Faustus, dum debere se beneficium quod mihi tribuistis eloquitur, ab inbecillis ceruicibus grauis oneris sarcinas amolitur. sunt inter duos praecelsos ista communia: uos uobis et dare digna nostis et reddere: me sub fasce uestri muneris constitutum sola manet de obnoxietate confessio, dum praeuentum gratiae uestrae mole, quod uoti conpotem, fecit hoc inparem. adsum tamen partibus meis et inter orandum quamuis peccator deum, ut pro me

13 cf. Verg. Georg II 43.44, Aen. VI 625. (Lucr. VI 840 L. p. 399), Pers. I 29, Hostius ap. Macrob. Sat. VI 3, 6.

1 si] sed *T* meroribus *BLTV* obbtu *B* 2 spiritualis *Sirm.* 4 ipsae *B* 6 praessuram *B* honorifice *BTV* cultu *B*, cultus *LPTVb* 7 commertii *B* conferates *B* 8 atq; *B*

XXVIIII. 12 paginales *B* et centena *Bb* 13 celsitudinis uestre *B* 15 parua *B*, pauca *LPTVb* 17 sese *B* tribuestes *B* inbicilis *B* 18 oneris *Pb*, honeris *T*, honoris *BLV* 20 sub|sub *B* sola manet *B*, solamen et *PVb*, solam̄ et *LT* 22 conputem *B*, cōpetē *T* 23 orandum *PT²b*, horandum *B*, hortandum *LT¹V*

quoque uobis reddat, inploro. ecce duo ista sufficiunt: nam et de caelo pro me expectatis quod uos exhibuisse meministis, et est aequalis qui se debere fateatur in terris. expecto tamen beneficii uestri celeriter subplementum, ut litteras, quales per sublimem uirum Tranquillinum sum precatus, accipiam. his tamen aliam uobis miserendi uiam bene morum uestrorum conscius exhibebo. Camilla parens mea intra Gallias et uiduitatis miseria et geminae iam captiuitatis subcubuisse fertur incommodis. nemo est, qui tam multiplices necessitates praeter celsitudinem uestram possit auertere: generis mei patronus quod in Italia positis praestitit non neget in Gallia, ut uel de casellulis ipsius ordinatione uestra, dum ab eis fisci onera deriuantur, ad praefatae alimenta sufficiant. domine mi, salutationis seruitia dependens rogo, ut portitorem praesentium hominem meum, quem ad haec exsequenda destinaui, deo uobis inspirante ad meum effectum eminentia uestra iubeat commeare. numquid dubitare de postulationibus suis eum conuenit, qui se nouit etiam illa, quae non poposcerat, inpetrasse?

XXX.

IN CHRISTI SIGNO.

Natura rerum est, ut etiam idoneus ore uel pectore possit de praesumptione culpari, quia omnis uerborum commoditas humilitatis terminos egressa calcatur, et sicut habenda sunt quae

1 reddet *B* 2 expectates *B* meministes *B*, menistis *T*[1] 3 aequales *B* exspecto *LV* 4 subplimentum *B* 5 sublim̃ *T* tranquilinum (l s. l.) *B* Tranquillinum—tamen *in mg. add. L* prefatus *B*[1] 7 exhibeo *L* camella *BLTV* 8 meseria *B* subcupuisse *B* 10 patronus *L*, patronos *BTV*, patronis *Pb* 11 prestitet *B* negit *B* ut uel *Bb*, ut *LPTV* 12 honera *B* 13 deriuantur *b*, diriuantur *BLPTV* m̄ (i s. l.) *T*, mihi *BLV* 14 seruicia dependans *B* 16 meum] mecū *B* effectu *B* 17 nunquid *T* postolationibus *B* 18 etiam] et *Sirm.*

XXX. 20 In Christi signo] Symmacho papae *Sirm.* 22 omnes *B* 23 habende *L*[1] *ut uid.* s̃t *T s. l. m. 2*

bene iudicas, si et in germani tui maeroribus et in obitu spiritualis filii ego quasi opinioni tuae disputator occurro. sana pectora iter curationis inueniunt: nemo alterum unde ipse laborat absoluit. sed hinc alias: potens est deus, qui solus ad ista ualet occurrere et communis mali subleuare pressuram. uos tamen honorificae cultu salutationis inpertiens rogo, ut crebro mihi epistolaris commercii munera conferatis, ad quae studia pigrum esse nec amantem conuenit nec facundum.

XXVIIII.

ENNODIVS LIBERIO.

Si poetarum spiritus disciplina paginalis admitteret, centena ora et uox ferrea uix quod celsitudini uestrae a me debetur uerborum ubertate reseraret. sed quia magnis obnoxius uix ad parua sufficio, prouidi post dei misericordiam uestrae gratiae repensorem. nam frater uester domnus Faustus, dum debere se beneficium quod mihi tribuistis eloquitur, ab inbecillis ceruicibus grauis oneris sarcinas amolitur. sunt inter duos praecelsos ista communia: uos uobis et dare digna nostis et reddere: me sub fasce uestri muneris constitutum sola manet de obnoxietate confessio, dum praeuentum gratiae uestrae mole, quod uoti conpotem, fecit hoc inparem. adsum tamen partibus meis et inter orandum quamuis peccator deum, ut pro me

13 cf. Verg. Georg II 43. 44, Aen. VI 625. (Lucr. VI 840 L. p. 399), Pers. I 29, Hostius ap. Macrob. Sat. VI 3, 6.

1 si] sed *T* meroribus *BLTV* obbtu *B* 2 spiritualis *Sirm.* 4 ipsae *B* 6 praessuram *B* honorifice *BTV* cultu *B*, cultus *LPTVb* 7 commertii *B* conferates *B* 8 atq; *B*

XXVIIII. 12 paginales *B* et centena *Bb* 13 celsitudinis uestre *B* 15 parua *B*, pauca *LPTVb* 17 sese *B* tribuestes *B* inbicilis *B* 18 oneris *Pb*, honeris *T*, honoris *BLV* 20 sub|sub *B* sola manet *B*, solamen et *PVb*, solam̄ et *LT* 22 conputem *B*, cŏpetē *T* 23 orandum *PT²b*, horandum *B*, hortandum *LT¹V*

quoque uobis reddat, inploro. ecce duo ista sufficiunt: nam et de caelo pro me expectatis quod uos exhibuisse meministis, et est aequalis qui se debere fateatur in terris. expecto tamen beneficii uestri celeriter subplementum, ut litteras, quales per sublimem uirum Tranquillinum sum precatus, accipiam. his tamen aliam uobis miserendi uiam bene morum uestrorum conscius exhibebo. Camilla parens mea intra Gallias et uiduitatis miseria et geminae iam captiuitatis subcubuisse fertur incommodis. nemo est, qui tam multiplices necessitates praeter celsitudinem uestram possit auertere: generis mei patronus quod in Italia positis praestitit non neget in Gallia, ut uel de casellulis ipsius ordinatione uestra, dum ab eis fisci onera deriuantur, ad praefatae alimenta sufficiant. domine mi, salutationis seruitia dependens rogo, ut portitorem praesentium hominem meum, quem ad haec exsequenda destinaui, deo uobis inspirante ad meum effectum eminentia uestra iubeat commeare. numquid dubitare de postulationibus suis eum conuenit, qui se nouit etiam illa, quae non poposcerat, inpetrasse?

XXX.

IN CHRISTI SIGNO.

Natura rerum est, ut etiam idoneus ore uel pectore possit de praesumptione culpari, quia omnis uerborum commoditas humilitatis terminos egressa calcatur, et sicut habenda sunt quae

1 reddet *B* 2 expectates *B* meministes *B*, menistis *T*¹ 3 aequales *B* exspecto *LV* 4 subplimentum *B* 5 sublim̃ *T* tranquilinum *B* Tranquillinum—tamen *in mg. add. L* prefatus *B*¹ 7 exhibeo *L* camella *BLTV* 8 meseria *B* subcupuisse *B* 10 patronus *L*, patronos *BTV*, patronis *Pb* 11 prestitet *B* negit *B* ut uel *Bb*, ut *LPTV* 12 honera *B* 13 deriuantur *b*, diriuantur *BLPTV* m *T*, mihi *BLV* 14 seruicia dependans *B* 16 meum] mecū *B* effectu *B* 17 nunquid *T* postolationibus *B* 18 etiam] et *Sirm.*

XXX. 20 In Christi signo] Symmacho papae *Sirm.* 22 omnes *B* 23 habende *L*¹ *ut uid.* s̃t *T s. l. m. 2*

ne senescat claritudo operum, aduocanda sunt linguarum exercitia. quid egeris, ne uetustas sibi uindicet, obliget catena referentum: disciplinarum enim quietem uos tribuetis, per quas uobis continget aeternitas. nihil amplius caelestis dispensator arcani ab humanis poscit ingeniis, nisi ut intellegant quo ueniat auctore quod sapiunt. inter deo proximos agnouisse qui praestitit reddidisse est beneficium: quod descendit a superis, sola hymnorum licet mercede taxari: fabricator mundi ad potiora munera modulatis inuitatur eloquiis. dicite, si non praemii loco opifici sua lingua blandiar. iungitur quod de sacrario mundi pectoris laudatio debet principalis effluere. nec solum linguae nitorem postulat conmemoratio numinis tui bono adserenda conscientiae. in diuinis obsequiis feriato ore peragit mens serena sacrificium: actuum munitus claritate in aetherio cultu etiam mutus obsequitur. ergo et me titulus, qui obstare putabatur, inuitat: utinam mundior professio habeat concordiam cum secretis nec dissentiat splendor cordis a corpore.

Salue nunc, regum maxime, in cuius dominio saporem suum ingenuitatis uigor agnouit. salue, status reipublicae: nam nefas est, speciatim a te simul conlata narrare et unius bona temporis uerborum diuisione discernere. si bella regis mei numerem, tot inuenio quot triumphos: congressui tuo nullus hostium, nisi qui laudibus adderetur, occurrit: militauit tropaeis qui restitit uoluntati: nam semper aut pietati tuae peperit sub-

2 uendicet *DT* obligec *B*, obligat *DM* cathena *MT* 3 referentium *DT*, referentum (en *corr.*) *B*, refertitum *b* 4 nobis *MT* 5 intelligant *BT* 6 actore *MT* deo *B in ras.*, dū *DMT* (*sed* ū *in ras. T*), deos *p* proximos *em. Schottus*, proximus *Bb*, proxim̃ *V*, proximum *DMLT*, proxime *p* 7 red|disse *B*[1] qui *DM* 8 ymnorum *BLTV* 9 dicete *Bb*, discite *DMp* 10 sua *scripsi*, suo *BLMTV*, *om. b* blandiar *Bb*, blanditur *L MTV* 11 affluere *DM* 12 numinhis *B* 13 bona *Bb* (*sed* a *in ras. in B*) 15 cultū *L*, cultu* (s? *eras.*) *B* et *B in ras.* 17 nec] ne *Sirm.* ab opere *fort.* 18 saluae *B* dominici *B in ras.* 19 uigors *B* 20 speciatim] separatim *Mp* (*in mg.*) *et Sirm.* 21 diuisiones *B* 22 quod triumphus *B* 23 *post* occurrit *plus dimidia linea uacua in B* tropheis *LMTV*, tropeis *B* 24 resistit *DMT*

iectus gloriam aut qui praesumpsit tela uirtuti. qui te in acie conspexit, superatus est, qui in pace, nil timuit: nec promissio uenerabilis claudicauit inter prospera nec passus est moram uigor in proeliis. callis tuus multo uallatus obstaculo et cotidianas uictorias uidit et profectionis detrimenta non attulit, sic inimicorum interclusus agminibus, ut negaret accessum, sic tuo patefactus inpulsu, quasi hostium prouidentia nil noceret. haec si felicitati tuae adscribenda sunt, est plena dos principis, omni honore augustior, si labori. prima dextris ominibus contra naturam certamina suscipiens, ne resistendi spes relinqueretur inimicis, uarias tibi loco principe caeli leges, terrarum munimina, fluminum imperuia subdidisti. mentior, si umquam dispositis tuis inpedimentum exhibuit ardor aut frigus, si tumore gurgitum, si bibendi necessitate constrictus es, si Alpium iuga conuexis poli sublimitate sociata cursibus tuis attulere tarditatem. nescierunt resistere quos deuictis locorum munitionibus inuenisti, quia securos faciunt interrupta quos protegunt et laxatis in otio animis uiuunt qui tutiora possederint. aduersus te nec campestris habitatio pares protulit nec quos amplexa sunt inuia, nisi extiterunt supplices, a depraedatione subduxerunt. in possessione tua positus sine formidine diuitias indicauit, nec rebellem iuuit, si pauper innotuit: nemo indignationi tuae nisi humilitate subtractus est, cum in sociorum profecisset numero qui rogauit. non tibi

1 qui tenatię *L* 3 caudicauit (l *superscr.*) *B* 4 uigor moram *DLMTV* 5 cottidianas *L* professionis *DMp*, profectioni *coni. Manso* 9 angustior *DT* pxima (pri *superscr.*) *V* 10 omnibus *BD*, o͂mibus *T* 11 relinquetur *L* 12 munima *LV* imperuia *scripsi*, superbia *BLMTVb*, superba *p*, superbiam *coni. Manso* mencior si *L*, si mentior *b* 13 exibuit. *B* ardora ut frigora *B*, ardore ut frigora *bp* 14 timore *DT* 15 est *L* conuexi *Tp*, connexis *b et Sirm.* 17 securas *B ut uid.* 19 possiderent *Bb*, possident *p in textu*, possiderunt *p in mg.* 20 nec] ne *L* 21 subduxerunt *scripsi* (*fuit in archetypo* subdux͂), subduxit *libri* 22 iuuit *p* (*in mg.* iuuet), iubet *libri* 23 nemo (e *in ras.*) *B* indignationi (on *in ras.*) *B* subtractum *L*

ignotus est algor Scythiae, non Meroen aut anhelum aestibus Cancrum ut alterius possessor orbis ignoras: didicisti uniuersa subigendo quae nobis uix auditu patuerunt. haec quidem maiora sunt homine: sed qui ad mundi paratur gubernacula necesse est ut uniuersis ueniat cardinibus institutus. nimis uelociter tempus maturae laudis adripui et quasi non in primordiis fluuius etiam torrentis fatiscat ingenii, sic per narrationis famem fruges perfectae aetatis inuasi. laurearum ordines quaerit qui et celeritate earum superatur et numero. citius a te, inuictissime, insignia quae reteximus impleta sunt quam dicantur. quis ferat in gestorum suorum elocutione torporem, quem in actione non pertulit?

Educauit te in gremio ciuilitatis Graecia praesaga uenturi: quem ita ingressum uitae limen erudiuit, ut dum adhuc de puero haberet hilaritatem, mox eam sequeretur securitas de tutore. adhuc in cano flore degebas adulescentiae nec uirtutum messem lacteus ante experimentum culmus attulerat, adhuc blanda erat imago pubescentis nec tingens faciem lanugo uestibat: quando aeui purpura et flosculus superuenientis imperii promittebat sollicitis de gratiae conmutatione terrorem, cum ad probationem roboris et clementiae tuae ruptis uinculis furor emicuit et euisceratas diuturna quiete mentes occasionis pabulo subiugauit. pulsa est extemplo principalis urbe reuerentia et in uacuam possessionem nullo adscitus sanguine tyrannus ac-

1 scyt(h)iae *B*, sithie *DT*[1] meroe *Bb* nau aestibi(ms) cancrum *deleta in B m. rec. quae* aestum *supra scripsit*, aestum *b* anelũ *L* 5 uniuersis] iniquos *L* 6 pimordis *L*[1] 7 aetiam *L* fatescat *Bb* 8 fam̃ *T* 9 caeleritate *B*, sceleritate *T* 10 reteximus (ex *ex* ix *ut uid. corr.*) *B* 12 quē (ē *in ras.*) *T* 13 graemio *B* g̃tia *T*, gretia *L*, gratia *D* 14 ingress̃ *L*, ingraes *B*, ingens *bp* lum̃ *T* 15 haberet] h̃t *T* eum *b* 16 aduliscentiae *B* 17 lactens *M* 18 pubiscentis *B* cingens *fort.*, fingens *p in mg.* uestiebat *b* 19 flusculus *B* inperii *B* 21 ad] in *Sirm.* ruboris *Bbp* furore micuit *B*, furorem micuit *b* 22 euiscerata *T* mentis *B* 23 exemplo *L* 24 uacua *BLM* tyrannas *B*

cessit, qui aula potitus definiuit, postquam metu hostes suos debellauerat, nihil superesse quod gereret: cum animos tuos sine annorum suffragio inpulit lux naturae, ne aut causa melior te coram posito subiaceret, aut non beneficium necessitatis tempore redderes quod pacis acceperas. in ipsis congressionis tuae foribus cessit inuasor, cum profugo per te sceptra red-derentur de salute dubitanti. uentilemus historias, interrogentur annales: apud quos constitit refusum exuli, quem cruore suo rex genitus emerat, principatum? castrensis gloria turmarum participatione dispergitur nec ad unum referri potest quod uenerit conlatione multorum. singularis boni fructus est ambitionis refrenatio, illo maxime tempore, quo sine opinionis damno possis adquisita retinere. par te, inclyte domine, laus respicit donati diadematis et defensi. si te illarum rector partium non amauit, perculsus praefuit reipublicae, si dilexit, obnoxius: usus es in tuorum fide meritorum teste purpurato.

Iam tunc in ius tuum se palatia ipsa contulerant: nemo credidit non te posse ad quem uoluisses transferre quod reddideras. sed parcus in exigendis praemiis, quasi sufficerent ad uicissitudinem operum tuorum, fasces accepisti, non quo tibi accederet genius de curuli, sed ut de te pretium palmata mereretur. quis hanc ciuilitatem credat inter familiares tibi uiuere plena executione uirtutis? ille annus habuit consulem, qui rempublicam non tam sollicitudine quam opinione tueretur,

1 quia ulla *B* metum *BDLM* hostes *T* (es *in ras. corr.*) *bp*, hostis *LV*, hoste (e *corr. uid.*) *B*, hosti *DM* suos] uos *L* 2 nil *TV* animus tuus *B* 3 ne] nec *L* 5 redderis *B* acciperas *B* congraessionis *B*[1] 6 cessit *Bb*, accessit *DLM TV* redderentur (re *ex* ra? *corr.*) *B* 7 uentelemus *B*[1] 8 exsuli *LV* 10 referi *L* 12 quoquo *B* 13 dampno *L TV* par te] partē *Bb*, parce *T*, per te *p in mg.* inclite *L MTV* 14 respicet *B* diadimatis *B* 15 si *om.* *L* 16 es] est *DLMT* fidem *p* 17 palaᵉtia *B* contulerunt *L MTV* 19 sed parcus *om.* *bp* proemiis *BLV* 20 quod *DM Tp* 21 accideret *Bb* praetium *B* palmata *M*, palmatam *BLTV*, palmatum *D*, palmarum *b* meretur *T* 22 ciuilatatem *L*[1] 23 exsecutione *LV* ∗nus (a *corr. uel abr. uid.*) *B*, unus *bp*

quo in segmentis posito quae ab hostibus sumpta fuerant arma tremuerunt. quando talis contigit sorte lectoris, qualem dedit ab ipsa mundi infantia regum examinata claritudo? nolo per casus errare dominatuum: in tuo stemmate probati sunt qui reperti. Serranum scipionibus aratra pepererunt, qui dum grandia sulcis semina conmendaret, honorum ei messis oborta est. sed minus diligo prospera, quae sumunt a desperatione principium: uix paucos contigit degenerare nobiliter, cum familiae tuae debeas actus generis nobiliter custodire. quid mihi, uetustas, obicias agrestis membra paludamentis decorata? ego tibi, quod admirationem uincat, oppono principem meum ita ortum, ut eum non liceat inprobari, ita agere, quasi inter imperatores adhuc precetur adiungi.

Sed quid faciam, cui fecunda actuum tuorum seges occurrit, ubi uniuersa eligentem superant? nescio quas aristas horreis inferam, quas relinquam. stat ante oculos meos Bulgarum ductor libertatem dextera tua adserente prostratus, nec extinctus, ne periret monumentis, nec intactus, ne uiueret adrogantiae, in gente indomita domesticus adstipulator superfuturus roboris tui: qui si sufficiens leto uulnus excepisset, personam uiceras: quod in luce substitit, submisit originem. haec est natio, cuius

1 sigmentis *BMb*, figmentis *DLTVp* sumpti *L* fuerunt *b* 2 treuerunt (m s. l.) *L* contiget *B* lectoris *Bb*, lictoris *LTV*, litoris *D*, licoris *M*, rectoris *p* 4 casus] cursus *fort.* dominatum *B*, dominantium *p in mg.* stimmate *B* 5 scipionibus *B* atratra *L* pepererunt *B* grauida (uida *in ras.*) *T* 6 ei' (*ut uid. i. e.* eius) *L* messes *B* 7 ad spiratione *B* principuum *L* 8 contiget B^1 tuę (ę *corr.*) *B* 9 qui (a s. l.) *B* 10 obitias *L*, subicias (u *ex* o *uel* a *corr.*) *B* agrestia *p et Sirm.* *post* decorata *dimidia et tota proxima linea uacua in B* 11 ornatum ut eum *DMTV*, ornatū (u *ex* a *corr.*) ut eum (ut eum *extra uersum add.*) *L*, ortu mutilum *b*, ortum ut illum *p* 12 improbare *Schottus* 13 pręcetur B^1 14 feconda T^1 occurret *B* 15 horreis aristas *DMT*, arestas h. *B* 16 uulgarum *BLMTVb*, uulgaris *D* 17 libertatem *D p in mg.*, libertem *BLMTVb* asserentem *L* 19 superfuturos *L* ruboris *B* 20 si *L s. l.*, *om. DM* loeto *LV*, laeto *B* 21 submussit *L*

ante te fuit omne quod uoluit, in qua titulos obtinuit qui emit aduersariorum sanguine dignitatem, apud quam campus est uulgator natalium (nam cuius plus rubuerunt tela luctamine, ille putatus est sine ambage sublimior), quam ante dimicationem tuam non contigit agnouisse resistentem, quae prolixis temporibus solo bella consummauit excursu. hos non montanae strues, non fluminum obiectio, non negati egestas alimenti in artum necessitatis lege continuit, dum credunt satis esse ad delicias equini pecoris lac potare. quis ferat aduersarium, qui pernicis iumenti beneficio currit et pascitur? quid quod et illis animalibus indicunt studiosae famis patientiam, per quae esuriem uitare didicerunt? quemadmodum fit, ut ieiunae cornipedis sessor uisceribus cibos extrahat, quos illa ne conderet, diligentia instruente prospexit? his ante mundus peruius esse credebatur: nunc illam sibi tantum orbis partem interclusam aestimant, quam tueris. cursim multa transcendo, ne pigrioris stili uitio serus aduenias, ne Romanae fax curiae diu in umbram coacta tardius elucescat.

Inter uitae tirocinia et triumphorum maturitatem pectori sacro affectum nostri caelestis fauor infudit. iam diuturnae quietis dispendio per gubernantium uilitatem potens terra consenuerat: iam attulerat publicis opibus pax intemerata defectum, cum apud nos cotidianae depraedationis auctus successibus intestinus populator egeret, qui suorum prodigus incrementa aerarii non tam

1 ualuit *b*, uoluit *potius quam* ualuit *B* titulos *Mb*, titulus *BDLTV* optinuit *L* 2 sanguinem *B* 3 cuiu *T*, cui *D* rubuerunt (*pr.* u *corr.*) *B* 5 dimigationē *L* contiget *Bb* 9 dilicias *B* po∗tare (r *eras.*) *L* 10 pernices *B* nimenti *T* curret *B* et] det *B* 11 studiose *LTVp* fames *B* 14 conderit *B* ante] enim *T* 15 or bis |partem (parte *in ras. syllaba* bis *abr.*) *L* 16 tueres *B* ulta *B* 17 stilli *B*, styli *bp*, stellae *LMTV* serius *p*, ne serus *B* 18 diu *inclusit Schottus* umbram *Sirm.*, umbra *libri* 19 tyrocinia *BLV* 20 dispendium *L*[1] 21 gubernantum *MT* 22 deffectum *B* 23 co(ti)dianae *L*, cottidianae *B*, equotidiane *DM* actus *DMT* 24 egerit populator *DLTV* prodigiis *L*[1] erarii *B*

poscebat surgere uectigalibus quam rapinis: saeuiente in ambitu pauper dominus odia effusione contraxerat, sed nec defrudatis uiribus quod minuebat opulentiae iungebatur affectui. tunc enim aulae angustia in artum res priuatas agitabat nec micare usquam scintillas famulantum extinctus tyranni fomes indulserat. metuebat parentes exercitus quem meminisse originis suae admonebat honor alienus: nam ire ad nutum suum legiones et remeare pauore algidus imperabat. suspecta enim est obedientia quae famulatur indignis, et quotiens praelatos conuenit conscientia stirpis ultimae, et illud metuunt, quod timentur. nata est felicis inter uos causa discordiae, dum perduelles animos in propinquorum tuorum necem Romana prosperitas inuitauit. generata est ab inualidis causa certandi, et ne uel a negotio perituris ueniret fiducia, pars fugacium proelia concitauit. tunc a te conmonitis longe lateque uiribus innumeros diffusa per populos gens una contrahitur migrante tecum ad Ausoniam mundo: nullus praeter parentem iter adripuit: sumpta sunt plaustra uice tectorum et in domos instabiles confluxerunt omnia seruitura necessitati. tunc arma Cereris et soluentia frumentum bobus saxa trahebantur: oneratae fetibus matres inter familias tuas oblitae sexus et ponderis parandi uictus cura laborabant. tunc in campo hiems et iugi pruinarum candore uelata caesaries barbam stiriis implicuit crine possesso. nam quod diligentius indumentum matrona

1 saeuiente in *scripsi*, saeuiente *coni. Fertig*, saeuientem *libri* ambitum *p* 2 dominus *Bbp*, dominum *DLMTV* odiosa *p* defrudatis *B* 3 minuebat] imminebat *coni. Sirm.* affectui *scripsi*, affectu *libri* 5 extin^c^tus *B* 6 maetuebat *L* 8 legiones *DMp*, legionis *BLTVb* algidus (gid *ex* dig? *in ras.*) *L* 9 quotiens (quot *ex* coc *in ras.*) *L* praelatos *p*, praelatus *libri* 11 timen|renť *L*[1] felicis *T*[2]*p*, felices *BLMT*[1]*Vb* perduelles *Mp*, perduellis *BDLTVb* 12 animos *p*, animus *libri* romana *p*, romanam *libri* 13 ab *om. p* 14 a] an *Bb*, in *p* fugatium *B* 15 longae *B* innumerus *B*[1] 18 et *om. DM* domus instabilis *B* 19 seuitura *T*[1] cereis *L*[1] 20 bubus *B*, bosus *L* onerate *L*, honerate *MT* 21 suas *fort.* 22 spandi *T* laborant *Sirm.* hiemps *MT* 23 cesaries *LTV* styriis *BLV* implic*uit (i? *eras.*) *L*

neuerat durante gelu ut adhaereret corpori frangebatur. pastum agminibus tuis aut indeuotae nationes aut educata lustris fera suggessit.

Inter haec, quae tibi cum glacie aut ardore cesserunt, unam certaminis tui lineam summotenus libet adtingere. Vlca fluuius est tutela Gepidarum, quae uice aggerum munit audaces et in iugorum morem latus prouinciae quibusdam muris amplectitur nullo ariete frustrandis. ad hunc te callis tui rigor adduxit, ubi pro legatis et gratiae postulatione obsistendi animo gens diu inuicta properauit, cum paene cohortes tuas ante inimicos famis necessitas obsideret. dic, quaeso, clementissime domine, quid praeter te spei erat residuum in populo harenae aut sideribus conparando? instantibus Gepidis amne pestilentia iter, quod declinasset fugiens, contra nudatos uagina gladios transuolasti: nullius inscii mersa caeno haesere uestigia: nullus uitae prodigus periculum ignarus incurrit. uincitur humanae mentis auctoritas praeuisione discriminis: labascit fortium conscientia, quotiens formidanda oculis ingeruntur. stetit ante indomitam iuuentutem certa de mortibus optio, cum nulla uideretur securitas de salute. quid Catonem extulistis, prisca monimenta, quod per Libycas Syrtes duxit exercitum, dum humanas neces ludibria faceret esse serpentum, uel cum sine uirtutis pretio educatum caeli uaporibus ueneni frigus expertus est? neminem contigit chelydros ante uidere quam exitium, dum per flamen prodigiosum, e corporis fabrica ut adsolent

20 cf. Lucan. Phars. VIIII 690 sq.

1 adhereret *B* 2 in agminibus *T* ęducata *L* 4 haeq *L* glatię *L* una *bp* 5 linea *p* ulcea *T* 6 gepedarum *DMT* munet *B* 7 iugorū (ū *in ras.*) *L* morem *p*, more *libri* morellatus *DM* prouintiae *LV* 9 ligatis *B* 10 pene *LTV* 11 fames *B* obsederet *B* 13 syderibus *MT* 14 nudatus *B*[1] gladius *B*[1]*L* 15 ceno *T* 16 incurret *B* 17 labescit *MT* 18 conscientiam *B*[1] 19 cęrta *B* moribus *DM* 21 monumenta *M et Sirm.* lybi*cas *L*, lybicas *BV*, libicas *MT* 24 contiget *B* cylidros *B* (o *ex* u *corr.*) *b*, cylindros *p*, chelidros *LMTV*, chelindros *D* 25 e *p*, et *libri* fabrica* (m *eras.*) *L*

animae, in auras euolaret. non cum uiri fortis laude perimitur qui unde ueniat nescit occasus. nec illius militis cuneis tuis fortitudo conparanda est nec par est in duce sapientia. illum ciuilis belli furor agitabat: te orbis domina ad status sui reparationem Roma poscebat. sed quid differo quod tibi euentus dexter exhibuit? cesserunt confertissimis hostium tuorum turmis quos ulterior ripa susceperat. urguebantur telis quos uorago aut inruptio non tenebat: ieiunas pectorum crates acta ualidioribus lacertis lancea transmeabat, cum inter naufragia terrena et cruoris undas inuictissimus ductor apparuit, tali muniens adstantes alloquio: "qui in hostili acie uiam desiderat me sequatur: non respiciat alterum qui dimicandi poscit exemplum. uirtus multitudinem non requirit: ad paucos uadunt bella, bellorum fructus ad plurimos. de me aestimabitur exercitus, et in his, quae gessero, gens triumphat. adtollite signa, per quae ne lateam prouidetur: nouerint quem petant aut cuius iugulis adquiescant. qui congressui meo occurrerint nobilitentur exitio". his dictis poculum causa poposcit auspicii et laxatis in proelium habenis effusus est. ut torrens sata, ut leo armenta uastasti, nec concurrens quisquam substitit nec euadere potuit insequentem. portabare per uniuersa iam deficientibus telis adhuc ira crescente. extemplo Gepidarum uersa condicio est: palantes uisi sunt mutata sorte uictores. nam tu, uenerabilis, qui incomitatus gustum luctaminis adripueras, uallatus milibus incedebas. caesa est multitudo aduersaria, donec paucos eriperet nox uicina, dum ad uaga horrea copiis urbium referta ueni-

1 peremitur *B*, p̃imitur *L* 2 uenit *Sirm.* milites *BLVb* 4 agitabat] attigebat *T* 6 cõfertissimis (õ *in ras.*) *T*, confortissimis *L*, cum fortissimis *DM* 7 ripas *L* urguebantur *B*, urgebantur *LTV* uirago aut (et *p*) quos *Bbp* 8 terebat *fort.* 11 ostili *L* 15 triumphabit *p* 16 petant (a *in ras.*) *L*, paetant *B* cus (in *s. l.*) *L* 17 occurrent *B* nubilitentur *B* 18 poposcisti *coni. Manso* aspicii *B*, officii (auspi *s. l.*) *V*, oautofficii *L* 19 auenis *B* est *om. p et Manso* 20 uastati T^1 subsistit *B* aeuadere *B* 21 portaueris *Bb*, portabaris *p* 22 iepidarum *L* 23 **uisi (ui *uel* in *eras.*) *L* 24 militibus *B* (*m. rec. s. l.*) *bp* 25 caessa *B* done *L* 26 et nox *L* cupiis *B*

retur, quae non solum satisfacerent necessitati, sed subleuarent inter deliciarum secunda fastidium. ita prosperis tuis militauit aduersitas et contra famem tuorum excursus pugnauit hostilis: uicit inediam inimica congressio, nec redisses ad ualitudinem, si certamina defuissent. haec de innumeris actibus in ordinem digesta sufficiant. transeo Sarmatas cum statione migrantes et plebem conflictuum numeratam sileo de tropaeis.

Tibi cum rectore meo, Odouacar, occurro, qui uniuersas contra eum nationes quasi orbis concussor excieueras. tot reges tecum ad bella conuenerant, quot sustinere generalitas milites uix ualeret: deprehensum est uarias esse mentes coaceruatae multitudinis nec spem uictoriae uenire de numero. adhuc tuorum dexterae de praecedenti tabe titubabant nec peragebat uotiuos impetus membrorum inbecillitas: sufficit tamen unum uelle pro uiribus et indiscretum consilium de inimicis loco roboris attulit ultionem. non te castra longo munita tempore, non fluminis profunda tenuerunt: datum est hostibus tuis uallum construere, non tueri. repente aequora fugacium discursus obnubit, per quae superandam domesticam tempestatem abeuntibus indixisti: interea acies tuae aspectu consummant proelia, non labore. illic tibi fores reserauit felicitas, manifesto detegens quod qui primore loco cesserant secunda eos luctamina non manerent. sed instruxit rursus in deceptione sui mens uaga conflictum, dum apud Veronam tuam apparat

1 qui *MT* 2 diliciarum *B* 3 excursus] esuries *Sirm.* 4 uicet *B* inaediam *V* congraessio *B* redissis *B*¹ *ut uid.*, redisset *L* 5 si] sic *L* 7 tropeis *B*, tropheis *MTV*, trophe*is (i? *eras.*) *L* 10 tectū *L* quod *B* 11 depraehensum *B*, depħensus *L* coacerbatae *B* 13 dextrae *Sirm.* titubant *Bb* 14 uotiuos *p*, uotibus *libri* 15 indescretum *B*, indecret̄ (cret̰ *in ras.*) *T* 16 ultiones *T*¹ longe *B* 19 obnuuet *B* superandum *B* potestatem *T*¹ 20 abeuërtibus *T* tua *bp* consummant *MT*, consumarit *BV*, consummarit *L*, consummauit *p*, consumauit *b*; interea (= dum) a. tua a. consummaret *fort.* 24 apparat locum belli (*an* bellandi?) *scripsi*, apparatum nubeli *BLTVb*, apparatum ībeli (in belli *D*) *DM*, apparatu inhabili *uel* apparatum nubilo *proposuit Fertig*, apparatum (?) imbelli *coni. Schottus*

locum belli: laxis manibus pugna instruebatur inpendiis. nihil fortius aduersariis tuis ante aciem, sed cum bellicum cecinerunt classica, nihil infirmius: maxima in luctaminis promissione uirtus, et si sufficeret lingua pro dexteris, copia summa uerborum. electus est locorum situs, non tam congressui utilis quam pauori, prouidentes ne ascriberetur casui prima et discessio perfugarum. et tamen candida reipublicae fortuna perurguebat, ne coepto desisteres. itineris tui permensus interualla conspexisti ignes hostium astrorum more rutilantes, ut si aliquando tibi fuisset nota formido, in abruptum te pendere didicisses. numquam animi tui status aut secundarum rerum tumore elatus est aut dubiis adquieuit. instabat certandi dies multis tenebras adlatura. cum primum aurora bigis in croceis ortum iubaris indicauit, cum de oceani limphis solis flamma surrexit, iam raucum bucina concinebant, iam te sui oblitus quaerebat exercitus. qui dum munimentis chalybis pectus includeres, dum ocreis armarere, dum lateri tuo uindex libertatis gladius aptaretur, sanctam matrem et uenerabilem sororem, quae ad te diligentiae causa conuenerant, dum inter spem et metum feminea sollicitudo penderet, dum de euentu adtonitae uultus tui sidere pascerentur, talibus alloquiis confirmasti: "scis, genetrix, partus tui honore uniuersis nota nationibus, quod natalis mei tempore uirum fecunda genuisti: dies est, quo filii tui sexum campus adnuntiet: telis agendum est ut auorum per me decora non pereant: sine causa parentum

1 pugnas *Bb* 2 aciae *B* bellicum] belli *b et Sirm.* cinerunt *B*, concinerunt *b*, concinuerunt *p* 4 si] quasi *fort.* dextris *LTV* cupia *B* 5 congręssui utiles *B* 6 pauori prouidenti *coni. Manso*, pauori: prouident *fort.* ascrueritur *Bb* et *T*, *om. p*, etiam *Sirm.*, clades et *fort.* 7 reipublicae candida *LM* *TV* perurgebat *B*²*TV*, perungebat *L* 8 nec *L* desisteris *B* iteneris *B* 9 ignis *B* ostium *BLb* rutilantis *B* 10 dedicissis *B* 12 dies (e *delet. m. 1*) *V*, dis *B* 13 cruceis *B*¹ 14 limphis *LMTV* 15 buccina *DLMb*, buccinae *Sirm.* concinebant *T* 16 chalibis *V*, calibis *LMTp*, calebis *Bb* 17 armarexe *T*¹ uindix *B* 19 que *B*¹ 20 maetum *B* euentus *DLMT*¹*V*¹ 22 genitrix *MT* 24 fili *B*

titulis nitimur, nisi propriis adiuuemur. stat ante oculos meos genitor, de quo numquam fecit in certamine fortuna ludibrium, qui dextros sibi ipse peperit ualitudine exigente successus. hoc oportet duce contendi, qui omina incerta non timuit, sed ipse sibi secunda consciuit. uos tamen elaboratas uestes et liciorum tormenta deuehite: cultiorem me acies suscipiat, quam festa consuerunt: qui me de impetu non cognouerit aestimet de nitore: inuitet cupidorum oculos honor indumenti: pretiosior species feriendum exhibeat: habeat laboris solacium cui iugulum meum, fortuna, praestiteris: inhient iacentis splendori quos non contigerit uidere pugnantem." illis dictis excepit te tergo sonipes, lituorum desideriis inquietus. sed dum indulsisti adfatibus, inimica legiones tuae premebantur instantia. dedisti inertibus fiduciam, dum moraris, et hoc credo prouisione caelicolum, ne deberetur multitudini quod uicisti. protinus aduentum tuum indicauit hostibus populus occisorum: executorem prodidit caedis enormitas. sed nec illis remedia defuere consueta. continuo alas quas tribuit formido sumpserunt, cursu praepeti interitum metu mortis eligentes. qui me ueritati nescit obsecutum, Atesis undas uideat tua nece opulentas extitisse cadaueribus, et dum tumefaceres gurgites de cruore, in parte alia sistebatur impetus fluentorum. itaque ne ensibus

1 titulis nitulis *T* 2 ludibrium] libidinum *T*¹ 3 dextros *p*, dextrum *BLMTVb* *fort. recte* successum (um *ex* us *corr.*) *T* 4 contendit *L* omina *MV*, oīa *T*, omnia *BLb* 6 tormenta] ornamenta *p* *in mg.* cultorē *L*¹ 7 consueuerunt *DT* 8 praetiosior *B* 9 feriendū *DMT*, feriend̄ *LV*, feriendos (o *ex* u *corr.*) *B*, feriendas *b p* solatium *LV*, remedium *DMT* 10 praestiterit *B* (*m. rec.*) *b* inient *B*, inhibent *L* iacentis *Sirm.*, iacentes *T*, iacentes *BLMVb* 11 excipit *B* 12 lituorum *p*, litorum *T*, litorum *BLMVb* 13 legiones *T*²*p*, legionis *BLMT*¹*Vb* 14 caeli columnae *Bb* 15 multitudinis *B* 16 ostibus *B* exsecutorem *LTV* 17 cedis *LTV* inormitas *B* 19 praepiti *B* metū *T* 20 nece *scripsi*, uice *BLMVb*, ui *p*, luce *T* opulentias *T*, copulatas *p* 21 tum faceris *B*, cum faceres *b*, tu faceres *p* 22 sistebantur *L*¹ impletus *L*

non sufficeres, pro te et lympha militauit. salue, fluuiorum splendidissime, qui ex maiore parte sordes Italiae deluisti, mundi faecem suscipiens sine dispendio puritatis. ecce ille tectus armatis campus enituit humanorum ossuum candore nobilissimus: habemus, quotiens uetusti doloris urguemur memoria quod tueri. scenam pulcherrimam seruet terra. sublimes tamdiu maneat quod passi sunt, quamdiu deleat obliuio quod fecerunt. o utinam uoracibus abripere aliquid bestiis non liceret! perit desiderabili spectaculo quod adquisiuerint furta beluarum.

Illic uellem ut aetatis inmemor, Roma, conmeares. si uenires lapsantibus tremebunda uestigiis, aeuum gaudia conmutarent. quid semper delubris inmersa concluderis? hic actum est, ut plures habeas consules, quam ante uideris candidatos. agnosce clementiam domini tui: saporem te uoluit haurire triumphorum, quam dubia elegit nescire certaminum.

Ecce iterum ad deditionem sibi cognitam hostium leto debita pars cucurrit, et cum excessissent occumbentes numerum, ad seruitium tamen armis instructa radiantibus agmina conuenerunt. flexus est animus tuus pronus semper ad ueniam: credidisti quod fidem adsuescerent magisterio necessitatis, quam

1 sufficeris *B* limpha *LMTV* 2 splendidissimae *B* sordis *B*, sortes *MT*¹ eluisti *p*, diluisti *fort.* 3 mundi faecem *p*, mundificem *BLMVb*, undificem *T* dispendia *B*¹ puritatis *Bb*, ueritatis *DLMTV* 4 armatus *T*¹ ossium *B* (*corr.*) *MT*² 5 cotiens *B* dolores *B* urgemur *LTV* 6 tueris *Bb*, tueri est *fort.* cenam *B*, schenam *T* sublimis *Bb* 7 tum diu *L* moneat *uel* sublimibus t. maneat *fort.* 8 uoratibus *T*¹ besteis *B*¹ 9 desiderabilis|pictaculo *B*¹ acquisiuert̃ *T*, acquisiuerunt *DM* frustra *T*¹, frusta *DM* 11 uellim *B*, uelim *b* commeares *T*²*p*, conmearis *B*, commearis *MT*¹*Vb*, cũmearis *L* ueneres *B* 12 labsantibus *B*, lassantibus *b* tremibunda *B* comutarent *L* 13 immensa *T* 14 uideris *BT*²*b*, uideres *DLMT*¹*V* candidatus *Bb* 15 aurire *L* 16 quem *DMp* dubię|liget *Bb*, dubia licet *p*, elegit *T*, narrantibus elegit *DM* 17 adi///ditionem *B* cognitum *L* loeto *LV*, laeto *B* 19 seruientiũ *L* constructa *T*¹ 20 animus] amicus *L* 21 assuescerentur *T*

numquam exhibuerant studio conciliante principibus. seruauit te, regum praecipue, quod abiecisti sacramenti confidentia cautionem. pependimus anxii, ne mererentur quos de hostibus tuis receperas non perire. gratias tibi, mundi arbiter deus, qui conscientias ueterno errore possessas ad ultores gladios inpulisti. puderet me recensere leuitatem originariam, nisi eam uiderem tuis laudibus obsequentem. quid dissimulo gesta persequi? libuit eos rursus tendenti inermem dexteram Odouacri regna polliceri. innotuit ilico rebus in luce deprehensis hostilium error animorum. aduocasti prouidentiam actuum tuorum comitem, et ne inpunita esset libido discurrentium, ultionis uexilla concutiens fecisti consiliorum participem in secretis populum iam probatum. neminem aduersarium agnouisse contigit, quod tecum pars mundi potior disponebat. mandata est per regiones disiunctissimas nex uotiua. quis haec praeter supernam uoluntatem praestitit, ut unius ictu temporis effunderetur Romani nominis clades longa temporum inprobitate collecta? hic quo me uertam nescio. grates referam, qui suscepi officium laudatoris, an arreptum praeconiorum tuorum iter ingrediar? consumpta res est prospero fatalique bello: succisa est Odouacris praesumptio, postquam eum contigit de fallacia non iuuari. quid Herulorum agmina fusa conmemorem? qui ideo aduersus te deducti sunt, ut hic agnoscerent etiam

1 consiliante *L* 2 tē| regum *B*, tempore regum *b* praecipuae *B* 3 merentur *L* ostibus B^1 4 reciperas *B* 5 conscientias T^2p, conscientia $BDLMT^1Vb$ aeterno *Bb* amore *DMT* possessas BT^2b, possessos $DLMT^1V$ gladius *B* 6 lenitatem *MT* 8 dextram *LMTV* odiouacri *L*, odo·acri (u *s. l. m. rec.*) *B* 9 illico *BM* lucae deprachensis *B* 10 error] furor *fort.* 11 inpunit· (a *s. l. m. rec.*) *B* esset (t *in ras.*) *B* 12 uixilla *B* 13 *post* secretis *ras. 7 litt. in L* 14 contiget *B*, contingit *L* 15 nexi *Bb*, nox *DMT* 16 uoluptatem *LV* 17 cladis *B* inprobitatem *B* 18 gratis *libri*, gratias *p*, gradum *Sirm.* 19 suscipi *B* proeconiorum B^1 20 inter *L* 21 odiouacris L^1 *ut uidetur* contiget *B* 22 fusa] hic *p* cūmemorē *L* 23 qui—ut *L s. l. add.* ideo] idco *B* hic] fusa *p*

in propriis sedibus quem timerent: egit causas longae quietis tuae furor alienus. taceo ubi tibi iniuncta est pax diuturna, Burgundio, quando sic foederibus obsecutus es, ut deputetur quod uiuis feriatus constantiae, non pauori. illud quoque quis patiatur notitiae perire, quod bono felicitatis tuae concurrentia inter se uidimus tela perfidorum et inimicas acies te occupatum in aliis pia congressione cecidisse? quotiens tibi uicit qui contra te sumpserat uota pugnandi? dicat Fridericus, qui postquam fidem laesit, hostes tuos interitu comitatus est, contra illos arma concutiens, quibus fuerat errore sociatus, quando nata est inter sceleratos de hoc quod intellegebant se unum uelle discordia. adsit diuinitas et beneficia sua in aeuum producat, qua disponente uotiua inter reos euenere litigia. nam Fridericus, postquam tibi de aduersariis tuis peregit triumphum, de se praebuit.

Trahit me ad aliam partem uenerabilium pars magna meritorum. uideo insperatum decorem urbium cineribus euenisse et sub ciuilitatis plenitudine palatina ubique tecta rutilare. uideo ante perfecta aedificia, quam me contigisset ⟨scire⟩ disposita. illa ipsa mater ciuitatum Roma iuuenescit marcida senectutis membra resecando. date ueniam, Lupercalis genii sacra rudimenta: plus est occasum debellare quam dedisse principia. huc accedit, quod coronam curiae innumero flore uelasti. nullum de honoribus tetigit desperatio, quem iuuerunt

1 longe *LTV* 2 diuturna (d *in ras.*) *B* 3 est *L* deputitur *B* 4 uiues *Bb* 5 perite T^1 bono* *B* 6 $\overset{tela}{\text{hasta}}$ *V* 7 occupato T^1 congraessione *B* oecidisse T^1 8 fridiricus B^1LMTV 9 lesit fidem *MT* hostis BV^1 *sed corr. V m. 2* tuus *BV sed corr. V m. 1* 12 unum] unde T^1 absit DMT^1 13 interreo se uenere *Bb* euenire V^1 14 fridiricus *BLMTV* 15 tribuit *T* 16 trahet *B* 17 inspiratum *Bb* 19 contegisset *Bb* quam me contigisset *T in ras. m. 2* scire *addidi* 20 romo *L* iuueniscit *LV*, iuueniscet *B* 21 resicando *B* 22 debellare *scripsi*, rebellare *LMTV*, repellare *B*, repellere *b* 23 accidit *LM*, accidet *B*, accedet *b* 24 tetiget *B* desperati B^1 iuberunt *B*

deprecantem bona conscientiae: nescit de effectu petitionis dubitare qui splendidis inops meritis non rogauit. aut boni sumus proposito nostro aut tuo informamur exemplo. creuerunt reipublicae opes cum priuatorum profectibus: nusquam in aula tua ambitus et opum ubique diffusio est: nemo indonatus abscedit et nullus incommoda proscriptionis ingemescit. legationibus tuis inest uigor inmortalis: mandatorum ordinem digeris, priusquam legatos aspicias, nec replicationibus tuis reperiuntur contraria nec obiectionibus facilis occurrit resolutio. excubat pro armis opinio principalis: otia nostra magni regis sollicitudo custodit, nec tamen desistis castella propagare curas tuas in longum producens. nec uiri fortis in te deest securitas nec cautela metuentis. o geminam in uno principe uirtutum plenitudinem, quae deum resignat auctorem, quia non habet inter homines a quo uideatur sumpsisse quod exhibet.

Sed ecce rursus post quietem solidam ad acies uerba reuocamus: iterum ad se tuba uocat eloquium. Sirmiensium ciuitas olim limes Italiae fuit, in qua seniores domini excubabant, ne coaceruata illinc finitimarum uulnera gentium in Romanum corpus excurrerent. haec postea per regentium neglectum in Gepidarum iura concessit, unde cotidiana insultatio et inconposita legationum frequentia mittebatur. urebant animum principis dolosi blandimenta conmenti et circa alios Gepidas, quorum ductor est Gunderith, intempestiua Traserici familiaritas. credebas in tua iniuria perire, quia diu licebat Italiae

1 depraecantem *B* 3 nr͂o (o *corr.*) *T* 5 diffusione͂ *T* 6 abscedet *B* ingemiscit *TV*, ingemiscet *B* 7 inest] enest *B* 8 legatus *B* nec—contraria *om. B add. in mg. inf. corr.* 9 repperiuntur *BV* occurret *B* 12 nec* (i *eras.*) *L* 13 uirtutum—resignat *alio atramento exarata in T* 14 dm͂/// (m *corr.*) *B*, dominum *b* actorem *T*[1] 15 quod] quo *B* 17 se cuba *B*, excubias *B* (*s. l. m. rec.*) *b* sermiensium *BLTVb* 18 limis *B* 19 coacerbata *Bb* uulnere *L* 20 regentium *V* nelectum *L* 21 unde *D*, ue *LV*, uae *Bb*, ne[c] *T*, ne *M* (*nempe in archetypo scriptum exstabat* ue͡) cottidiana *B* 22 ligationum *B* mitebatur *T*[1] 24 gunderit *Bb*, gunderich *T* 25 in tuam iniuriam redire *p*

possessionem te dominante retineri, nec sufficiebat consolatio, quod eam tu non perdideras, cum inmensus esset dolor, cur illam retentator non inter dominationis tuae exordia reddidisset. minui aestimas quod non crescit imperium. postquam tamen liquido Traserici patuere conmenta, Gothorum nobilissimos Pitzia, Herduic et pubem nullis adhuc dedicatam proeliis destinasti, ut, si oblatis pactionibus adquiesceret, semel inuaso locorum potiretur arbitrio. sed usus inconstantis felicitati tuae obsecutus est: fugit sponte aliena et sine inpulsu exercitus tui deseruit quod debebat. continuo Pitzia, qui et de te euentus utiles sumpserat et consiliorum momenta librabat, non adquisitam esse terram credidit sed refusam, nec rapinis ut lucratiua populatus est, sed dispensationibus seruauit ut propria. quibus ibi ordinationem moderantibus per foederati Mundonis adtrectationem Graecia est professa discordiam, secum Bulgares suos in tutela deducendo, quibus inter Martios conflictus castelli uice usa minitatur. tunc Mundo credens ad praesidium sufficere, si cohortes tuae quid pateretur agnoscerent, pernicibus nuntiis periculi sui fidem conmisit, qui ante defensores inire pro partibus suis conspexit certamina, quam moliri didicisset. ut tamen eminus Pitzia indomitam Bulgarum iuuentutem speculatus est, ardentes adulescentium impetus potioribus uerborum armauit incendiis: "meministis, socii, cuius ad haec loca conmeastis imperio: nemo absentes credat regis

2 tu *om.* *DMT* 3 reddisset *B* 5 gotorum *BLV* nobilissimos *p*, nobilissimus *libri* 6 pizia *T* pitziah erduic *V*, prahaberduic *DM* puberem *T* 7 distinasti *B*, destinati *L* inuasa *Bb* 10 debeat *B* pizia *BT*, picia *M* 11 utilis *B* deliberarat *b* 12 credidit sed] credidisset *DMT* 15 adtrictationem *BLV* grecia *TV*, gretia *L* 16 uulgares *BLMTVb* martius *B* 17 conflictos *L* calstelli *L*, ac stelli *b*, ac teli *p* 18 cohortis *B* paterentur *B* (*s. l. m. rec.*) *b*, pararetur *coni. Manso* 19 nuntius *L* sui *om. Sirm.* 20 defensores *p*, defensoris *libri* 21 ut *om. Sirm.* pizia *B* uulgarum *libri* 22 ardentis *B* aduliscentium impius *B*, ad ulciscendum impetum *B* (*s. l. m. rec.*) *b* 23 meministis meministis *B* 24 conmeastes *B*[1] absentis *B*, absenteis *bp*

nostri oculos, pro cuius fama dimicandum est: si caelum lancearum imber obtexeret, qui fortius telum iaceret non lateret. ferro pectora inmergite, ut ueniat de horrore uitae spes manifesta uictoriae. credo regii testem roboris iam defunctum nec superesse qui illis quem habeamus dominum consueuerat indicare. aut forte gentem nostram dedignantur aestimare de principe? intellegant ab eo fluxisse quod gerimus, nec liceat illis quod rector noster transmisit ad originem uni tantum debere personae". haec eloquia lituis conmutauit: continuo ut adsolet ater nimbus tectis crepitantibus procellarum mugire discursu, sic se praecipitem plebs Martis inmiscuit. incerta diu conflictus lance titubauit, dum par ex utroque latere pugnandi surrexisset asperitas. concurrebant duae nationes, quibus numquam inter gladios fuga subuenerat: miratae sunt mutuo sui similes inueniri et in humano genere uel Gothos resistentem uidere uel Bulgares. interea dum anceps esset fortuna certaminis et pennatae mortes sibi aethera uindicarent, superauit nostri memoria principis, dum agerent, ut singulorum apud eum merita campus adsereret. uersa est in fugam natio punita grauius, quod euasit: tellus excita tremuit concussione cornipedum: cum ingenti lamentatione properabant, postquam uiderunt non esse se dubios de salute. caeli arbiter deus, munera conlata multiplica. illi numquam dubii de triumphis, illi quos suspexit uniuersitas perditis bellorum signis et perculsi incolumitate discedunt, terque et quater beatos esse

1 cf. Verg. Aen. XI 610 cf. Aen. 7,2??

2 obtegeret *B* (*s. l. m. rec.*) *b* ieceret *B*, iecerit *B* (*m. rec. s. l.*) *b* 3 latebet *B*, latebit *b* ferrum *D* pectori *DM* 5 habebamus *T*, haberemus *DM* 6 dedigenerantur *T*[1] 7 intelligant *BLT* 9 tantum (u *corr.*) *B* caeloquia *B* 11 discursu *coni. Manso*, discursum *libri*, decursu *fort.* 12 titubabit *B* 13 surrexit *p in mg.* nationis *B* 15 similis *BLT*[1]*V* 16 Gothos *scripsi*, gothus (u *corr. ex* o ?) *T*, gotus *BLV*, Gothum *p* uidere *scripsi*, audere *libri* uulgares *libri* 17 pinnatae *B* uendicarent *MT*[1] 18 principes *B* 22 uiderbant *L* 23 dubii *Bb*, dubio *DLMTV* (*fuit in eorum archetypo* in dubio) 25 percussi *MT* incolomitate *B* beatus *B*

clamitantes quos oppetere contigisset. quid strages militum reuoluam et Sabiniani ducis abitionem turpissimam, cum a ratione diuidatur retexere exterminatis patrociniis quid euenerit indefenso? tunc ne uideretur celebrandus saeculis Pitzia non tam militasse gloriae quam cupiditati, liquit feris aut auibus campi laborem, cum ieiunum militem opulentis detrahere cadaueribus nihil iuberet. sed haec quibus linguis sufficienter explicanda sunt? qua poterunt facundiae dote reserari? diu tu uicisti in uniuersis congressibus tuis, nunc incipiens in obsequio habere uictores. interea ad limitem suum Romana regna remearunt: dictas more ueterum praecepta Sirmiensibus: de suis per uicinitatem tuam dubitant qui hactenus nostra tenuerunt. quid castigatas Vandalorum uentis parentibus eloquar depraedationes, quibus pro annua pensione satis est amicitia tua? euagari ultra possibilitatem nesciunt duce sapientia: adfines esse meruerunt, quia oboedire non abnuunt.

Haec de gestorum tuorum cumulis maior uoto quam eloquentia strictim digesta replicaui, melioribus intacta derelinquens. uidero quis me uincat facundia: nemo circa te transcendere ualebit affectu. habes hanc deo inspirante mansuetudinem, ut te plus credas posse diligentia quam timore. excellentia bona sunt gloriae tuae inserta monumentis, ut, cum te reges metuant, ament famuli: nam quaecumque tibi metitis

2 duces *B* ambitionem *DMTp* 3 diuidatur] deuitetur *uel* defendatur *coni. Manso quid* diuidere *significaret non intellegens* quod *DT* eueneret *B* 4 pizia *T* 6 ieiun*um (i? *eras.*) *L*, ieiunumum *T* 7 nil *MT* iuberet *Bb*, iuuaret *BDLMTV* 8 facondie *T*, facundiae (e *exp. m. rec.*) *B*, facundia *b* dote *om. b* reserari *deletum fere et expunctum in B*, doceri *b* 9 congraessibus *B*, congressi***bus *L* tuis *om. Bb* incipies *p* 11 dictas *Bp*, dicta *LMTV*, dictat *p in mg.*, dictus *b* sermiensibus *Bb*, sirminiensibus *L* 12 suam *DT* actenus *BLV* 13 uuandalorum *LTVb* 15 possebilitatem *B* 16 obnuunt *L* 18 degesta replicaui *B*, degustare placuit *B* (*s. l. m. rec.*) *bp* 19 facondia *T*¹ 21 indulgentia *coni. Manso* timore] amore *T* 23 famuli ament *LMTV* tibi *T s. l. m. 2*

subiectorum uiribus dari imperas, credis posse denegari. o regem omni tranquillitate conpositum, qui deuotioni nostrae imputat quod inpendimus seruituti!

Quid quod a te Alamanniae generalitas intra Italiae terminos sine detrimento Romanae possessionis inclusa est, cui euenit habere regem, postquam meruit perdidisse? facta est Latiaris custos imperii semper nostrorum populatione grassata, cui feliciter cessit fugisse patriam suam: nam sic adepta est soli nostri opulentiam. adquisistis quae nouerit ligonibus tellus adquiescere. quamuis non contigerit damna nescire, sub te uidimus euentus optimos de aduersitate generari et fieri secundorum matrem occasionem periculi. uluis liberata gratulatur terram incolens, quae hactenus dehiscentibus domiciliis solidioris schoeni emergebat beneficio.

Par fuit etiam, ut eloquentiam laudis praemiis incitares, ne adoreas tuas silentio perderemus. nullarum artium cessat industria: sollers ubicumque latet inquiritur: magistratum, etiam si longe deguerit, exiget qui meretur: numquam absconditur quem prodiderit innocentia, dum, subtilis arbiter, non placaris uoce sed actibus. parentum nostrorum qui occubuerunt apud te bene acta seruantur: cuius mansuetudini tuae fides innotuerit, hereditatis iure quod auctori debueris soboli

1 uiribus d. i. n. credis *T in ras. m. 2* credes *Bb*, credit *DM* denegari *potius quam* denegare *uel* denegasse *B*, degenerare *L*[1] 2 deuotioni (*alt.* i *in ras.*) *B* 3 impotat *B* 4 alamanniae (*alt.* a *in* e ? *corr.*) *B*, Alemanniae *b* 7 custus *B* grassata *b*, crassata *BLMTV* 9 adquisietis *T*[1], adquisita est iis *p* tellus *omittendum censet Schottus* 10 non] nos *B* dampua *LMTV* 11 uidemus *DLMTV* optimus *B* 12 uluis *in* utilius *T corr. m. 2* 13 trēram *B* hactenus] fluctibus *coni. Fertig*, aqua hactenus *fort.* domi aliis *DMT* 14 solidiori *bp* schoeni emergebat *coni. Fertig*, cheniem mergebat *BL*, chenicē* (s *eras.*) mergebat *V*, siceme' mergebat *T*, scheniem mergebat *bp*, sic emergebat *p in mg.*, coeni (*i. e.* limi) emergebat *coni. Schottus*; *graeci uocabuli σχοῖνος uestigia recte dispexit Fertig* 16 perderimus *B* 17 latit *B* 18 delituerit *coni. Manso*, *sed cf. Wiener Studien II p. 246* exigit *fort.* 19 suptilis *B* 20 placares *Bb* 21 mansuetudine *Bb* 22 actori *MT* debueras *DLMTV* soboli (*pr.* o *corr.*) *B*

mox refundes. habemus de maiorum obsequiis fructum, et tamen de excessibus supplicia non timemus. finitur indignatio moderata cum homine, cum propter retributionem quaerat tua pietas successorem.

Restant adhuc multa quae dicerem, sed inter plures actuum tuorum praecones conuenit inlibatum aliquid reseruari. debent tibi ueneranda studia quod locuntur. amauerunt praecessores tui inscitiam, quia numquam laudanda gesserunt. sordebat inter aratra facundissimus et quod peritia dederat uis negabat: muto maerebant actore tribunalia nec ulla concedebatur palma dicenti. in casum negotiorum nutabat euentus, quando litteris genius non dabatur: unus ubique ingenia maeror oppresserat, quia adterebant otia eloquentium facultates: pompam seniorum edax neglegentia possidebat nec accendebatur tiro aemulatione sectanda. uide diuitias saeculi tui: tunc uix fora habuere perfectos, nunc ecclesia dirigit laudatorem.

Eat nunc et coturnatis relationibus Alexandrum iactet antiquitas, cui famae opulentiam peperit dos loquentum, ut per adiutricem facundiam uideatur crescere rebus mendica laudatio. regis nostri merita solacium non postulant adserentis: minora sunt eius ueris actibus, quamuis aucta sint ueterum gesta mendaciis. simulastis, poetae, grandia, sed fateri uos conuenit praesentem dominum gessisse potiora. Pellaeus ductor

1 refundis *p* 2 indignationem oderata *L* 5 dicerim *B* 7 ibi *B* loquuntur *B* praeces sorores *B*, praedecessores *p in mg.* 8 inscientiam *T* nonquã *L*, ñquam *T* laudandam *B* 9 ãtra *V*, aratur *T* confidissimus T^1 uis *ex* ius *T m. 2*, ius *Bb* 10 merebant *BLTV* auctore T^2 *et Sirm.* concidebatur *B*, conscendebatur *L* 11 casũ *L*, casu *BMTVb* 12 genius] ingenuis *B* (*s. l. m. rec.*) *b* meror oppraesserat *B* 14 negligentia *BT* nec] ne *B* ascendebatur *L* tyro *LVb* 15 perfectus *B* 16 ecclesia LT^2p, ecclesiae *BVb*, ecclesie MT^1 17 eat] et at *L* 18 dos *in* os *T corr.* loquentum *LMTV*, eloquentum *p* ut] ait *L* 19 facondiam T^1 medica *L* 20 solatium *LTV* 21 aucta *B* (*s. l. m. rec.*) *b*, acta *BLMTV* 22 simulastes *B* poeta *L* fateri (i *corr.*) *B* 23 Pellaeus *p*, pelleius *D*, pellius *BLMTVb*

praeconiorum suorum summam Choerili uoluit constare beneficio, ne fallendi uotum multitudo deprehenderet et fieret testis inpudentiae qui adsciscebatur in adstipulatione uictoriae. nihil detraho senioribus, quos praecipuos habuisset antiquitas, nisi Romani nominis erectio te dedisset. illum uerae religionis ignarum obtinuit erroris mater inscitia: te summi dei cultorem ab ipso lucis limine instructio uitalis instituit. numquam applicas laboribus tuis quod euentus dexter obtulerit: scis in te curam, penes deum perfectionis esse substantiam: agis ut prospera merearis adipisci, sed potitus uniuersa adscribis auctori: exhibes robore uigilantia prosperitate principem, mansuetudine sacerdotem. quid frustra maiores nostri diuos et pontifices uocarunt quibus sceptra conlata sunt? singulare est actibus implere sanctissimum et ueneranda nomina non habere. rex meus sit iure Alamannicus, dicatur alienus: ut diuus uitam agat ex fructu conscientiae nec requirat pomposae uocabula nuda iactantiae, in cuius moribus ueritati militant blandimenta maiorum.

Vellem, fateor, ad orationis terminum uictus gestorum tuorum enormitate descendere et nouellas adoreas hebetatus priscorum luce transire. quemadmodum, si aetherii axis in numerum redigere ornamenta uoluissem et trionum fulgore conprehenso caeli decorem inpotenti lingua describerem, cederet diuino splendori mortalis obscuritas, iubaris lampadi non sufficeret

1 Choerili *p*, cyrilli *BDLVb*, cirilli *MT* 2 depraehenderet *B* 3 in] ñ *T* 4 praecipuus *B* 6 obtenuit *B* institia *B*, iustitia *b* 7 limine *M*, lumine *BLTVb* 8 amplicas *B*, amplificas *b* obtulit *T* 9 penes *b*, penis *LMTV*, pęnis *B* deum perfectionis *B*, de imperfectionis *LMTV* substantia *T²* 10 ages *Bb* potius *Lp* uniuersa *om. DMT* ascribit *T¹* 11 actori *T* 12 mansuetudinem *L* maioris *B* diuus *B* 13 pontifexces *L¹* uocarent *B*, uoca**r̃ (ue? *eras.*) *L* 14 omnia *L* habere] hare *LV* 15 alemannicus (e *ex* a? *corr.*) *B* 16 ex *ex* et *L corr.* fructū *L* ne *B* ponposae *T* 17 cu*ius (s *eras.*) *L* 19 uellim *B* iestorum *T¹* 20 inormitate *B* discendere *BLV* hebitatus *B* 23 discriberem *BLV* cederet *T²p*, cedere *LMT¹Vb*, caedere *B* 24 mortali *B*

humilium scintilla sermonum: haec me condicio resignat inparem, quae testata est obsequentem.

Nam illud quo ore celebrandum est, quod Getici instrumenta roboris, dum prouides ne interpellentur otia nostra, custodis et pubem indomitam sub oculis tuis inter bona tranquillitatis facis bella proludere? adhuc manent in soliditate uirium uictricia agmina et alia iam creuerunt: durantur lacerti missilibus et inplent actionem fortium, dum iocantur: agitur uice spectaculi quod sequenti tempore poterit satis esse uirtuti. dum amentis puerilibus hastilia lenta torquentur, dum arcus cotidianae capitum neces longius dirigunt, urbis omne pomerium simulacro congressionis adteritur: agit figura certaminum, ne cum periculo uera nascantur. ad haec quis credat unum pectus posse sufficere, ut per procinctus indomitos uincat in proeliis et agat consilio, ne dimicandi causa contingat? Rutilium et Manlium conperimus gladiatorium conflictum magistrante populis prouidentia contulisse, ut inter theatrales caueas plebs diuturna pace possessa quid in acie gereretur agnosceret. sed tunc feriatis manibus frustra sociae mortes ingerebantur aspectui. numquam bona sunt quae a crudelitate ueniunt instituta: ut armarentur contra inimicos animi, prius uidere exitia suorum. interea illa congressio, quod docuit exitus, non tam peperit incrementa robori quam pauori: inter secundas res didicit inbellium animus quid timeret. uide adinuentionum

1 signat *b* 3 quo] quod *L* 4 prouidisses *L* interpellatur *T* 6 manet *B* 7 taagmina *T* 8 inplenctatione *B* 10 ammentis *B sed exp. m. rec. quae* a pueris *s. l. scripsit;* dum a pueris hastilia (hostilia *b*) *bp* cottidianae *B* 11 longius *om. LMTV* diriguntur *p* 12 auertitur *T* 13 uero *Sirm.* 14 procinctus (pro *s. l. m. 2*) *T*, procinctos *B* (*m. rec.*) *b* indomitus *Bb* 15 contingit *T*, contigat *B* rutilum *LV*, ruttilum *T* 16 manilium *T* gladiatorum *L* 17 contulisset *B* theatralis *B* pbles *L* 18 aciae *B* geriretur *B*, geretur *L* 19 mortis *BLMTV*; saucia mortis *fort.* ingeribantur *B*[1] *ut uid.* 20 credulitate *L* 21 contra *T in ras. in mg.* animae *D*, animati *coni. Schottus*, alumni *p* 23 rubori *B* iter *L* secundas] scl'as *M*, ceteras *D* 24 didicet *B* quod *p* adinuentiunum *L*

diuersitates pleno calle distantes: illis uera cruoris effusio animos a dimicatione submouit, hic adulescentium uigor de imagine mentitae concertationis incanduit, quos praecox aetas tot mortes aduersariorum repositas docuit habere quot spicula, non per exoticos discursus adsueti pharetrarum dispendia neglegenter effundere nec in auras exitia manifesta torquere, tot exacturi animas, quot tela uibrauerint.

Sed inter proeliares forte successus, quibus omnes instruis et concilias omina secunda uincendi, ciuilitatis dulcedini nil reseruas. quis credat heroas tuos peregrinam non respuere, dum sint tranquilla, formidinem? nam indomita inter acies ingenia lex coercet: summittunt praeceptis colla post laureas et calcatis hostium cuneis quibus arma cesserint decreta dominantur. solus es meritis et natura conpositus, cuius magnanimi iussa sectentur. origo te quidem dedit dominum, sed uirtus adseruit. sceptra tibi conciliauit splendor generis, cuius si deessent insignia, eligi te in principem mens fecisset.

Sed nec formae tuae decus inter postrema numerandum est, quando regii uultus purpura ostrum dignitatis inradiat. exhibete, Seres, indumenta, pretioso murice quae fucatis et non uno aeno bibentia nobilitatem tegmina prorogate: discoloribus gemmis sertum texatur et quem uehementior uipera custodit lapis adueniat. quaecumque ornamenta mundo obsequente transmissa fuerint, decorata uenerandi genio corporis plus lucebunt. statura est quae resignet prolixitate regnantem: nix

1 diuersitatis *B* 2 animus *B* his T^2p aduliscentium *B* 4 quod spicola *B* 5 per exoticos *Sirm.*, te rex oticus *BLTV*, terret exoticus *B* (*s. l. m. rec.*) *bp*, te rexeticos *M* adsuiti *B* faretrarum *B* 7 quod *B* 8 instrues *B* 9 omā *L* 10 eroas *BMTV* tuos *b*, tuus *BLMTV* perigrinam *B* 11 sunt *Bb* 12 coercit *B*, cohe^c^ret *T* summitunt *B* 14 solus es T^2 *et p in mg.*, solues $DLMT^1V$, sulues *Bbp* 15 dedit *om. DMT*, *sed post* dominum *add.* T^2 fecit 17 elegi *B* 18 decor T^2 numerandus *DMT* 19 in uultu *D* 20 seres *M p in mg.*, syres *BLTVbp* praetioso *B* fuctates *B*, facta *B* (*s. l. m. rec.*) *bp*, fucalis *p in mg.* 21 properate *coni. Manso* 22 texator *B* uehementior (or *ex* aet *corr.*) *L* 25 designet *B* (*s. l. m. rec.*) *b* nex BL^2, nec L^1b

genarum habet concordiam cum rubore: uernant lumina serenitate continua: dignae manus quae exitia rebellibus tribuant, honorum uota subiectis. nullus intempestiue positum iactet, quia, quod agunt in aliis dominis diademata, hoc in rege meo operata est deo fabricante natura. illos faciunt tot diuitiarum adiumenta conspicuos, sed hunc edidit simplex et indemutabilis figura meliorem. quid cultu laborent qui cupiunt peregrinam obtinere pulcritudinem? Italiae rector in amicitiam colligit duo diuersissima, ut sit in ira sine conparatione fulmineus, in laetitia sine nube formosus. feriato ore legatis gentium aut pacem blanda promittit effigies aut bella terribilis. tantis constas insignibus, quanta facerent uiritim distributa perfectos. sed utinam aurei bona saeculi purpuratum ex te germen amplificet! utinam heres regni in tuis sinibus ludat! ut haec, quae tibi offerimus uerborum libamina, sacer paruulus a nobis exigat similium adtestatione gaudiorum! ecce satisfaciens debito et obsecutus officio orationem meam oratione conclusi.

1 robore *T*[1] 2 digne *B* exetia *B*[1] *ut uid.* 4 diadimata *B* 5 tot diuitiarum faciunt *TV* 6 conspicuus *B* immutabilis *B* (*s. l. m. rec.*) *b* 8 pulchritudinem *LV* amiticiam *L* 11 promittet *B* 12 uiritim (tim *in ras.*) *T* perfectus *Bb*, perfectis *p* 13 aurei b.] hona aurei *T* ex tegerenin (nin *in ras. postea add. uid.*) *B*, ex tegerē *b*, ex te regem *p*; *fuit in codicis B archetypo* ex te germin 14 hęres *B* 15 paruolus *B*, parules *L*[1] 17 obsecutus] de secutis *L* officio *T in ras.* oratione *om. b*, orationem *B sed exp. m. rec.* conclusi] *add. LV*: Finit panegyricus, *B*: Finit in xp̄i nomine panygericus.

II.

LIBELLVS ADVERSVS EOS QVI CONTRA SYNODVM SCRIBERE PRAESVMPSERVNT.

PRAEFATIO.

Solet dicendi affectum multarum rerum ardor exigere, si aut auarus laudis est animus et fauorem desiderat sudore mercari, ut per blandimenta gloriae crucem narrantis ignoret, aut lucri adstrictus compedibus linguae uendit obsequium, ut

Praeter codices BLTV in recensendo hoc libello adhibui ex libris qui Isidori Mercatoris collectionem exhibent antiquissimos qui uidentur duos A = codicem Parisinum nr. 9629 saec. X (cf. Hinschii Decretales Pseudo-Isid. p. XI et XXIX), R = codicem Vaticanum saec. X uel XI (cf. ib. p. LXI) et editiones m = ed. Conciliorum Coloniensem anni 1530 et c = ed. Conciliorum Coloniensem anni 1538. — In codicibus AR praemittuntur haec: In nomine patris et filii et spiritus sancti (in nomine — sancti *om. R*). incipit quinta synodus a ducentis triginta episcopis in consistorio lateranensi (lateranensis *A*) XV kalendarum nouembrium die auctoritate et presentia symmachi (symachi *A*) papae romae habita et ab ennodio (enno *A*) diacono precepto et ab auctoritate memorati papae atque omnium episcoporum qui in eandem synodum conuenerunt scripta et postmodum in conspectu eorum omnium recitata atque probata (adprobata *A*) dignaque ab omnibus laude (iam de *A*) roborata (robora *A*[1]) aduersus eos qui contra synodum scribere praesumpserunt ut nec de apostolicae sedis praesule (praesulae *R*) nec de ullo umquam tempore post talia (post talia *om. A*) praesumant qualia de iam dicto domno symmacho (symmaco *A*) papa (papa/// *R*) praesumpta sunt. incipit praefatio synodi, *quae desunt in c, paullo immutata leguntur in m.* — In nomine patris et filii et spiritus sancti libellus aduersus eos qui contra synodum scribere praesumpserunt. praefatio (praefacio *LTV*) *inscribunt BLTV* 5 rerum *om. R* si aut] si autem *Rm*, sicut autem *c*, si *Sirm.* 7 ut *scripsi*, aut *ABLRTV*, et *Pb* ignoret *scripsi*, ignorat *libri* 8 adstructus *A* lingue uendit *T in ras. m. 2*

dum animus habendi cupidine subiugatus praesumptum aestimat iam tenere conpendium, sic ingruentia per stili exercitium nesciat timere discrimina, aut necessitate conclusus profert eloquium sine quacumque lima captiuum et nesciam pudoris frontem monstrat in medium, ut dum intentioni famulatur, diligentiam decoris abiuret, quia dicendi ornamenta non sunt negotii sed quietis, nec militiae sunt picta uerba sed otii. campus fortem postulat, pax profunda redimitum: qui profutura adserit, loquelam, quae peniculo artis est colorata, contemnit. his ergo ita se habentibus causam narrationis insinuo et coactam uocem prauorum latratu religiosis mentibus commendo, scriptum esse reminiscens: tempus tacendi, tempus loquendi, uel post fidem prophetici oraculi cuiusdam oratoris exemplum, qui refert, nisi cum necessariam dicendi nimis ineptam esse condicionem. oris ergo ministerium pro ingenii ualitudine sacerdotibus dedo, aduersus quos sibilantium effusa sunt uenena linguarum, licet scuto munita fidei spiculorum imbrem patientia religiosa non timeat et ad auctorem redeant tela quae sine bellandi arte diriguntur. quibus enim pro lorica Christus est uim non metuunt et inimicos longa expectatione prosternunt. quisquamne tamen in hac acie proelium putet esse formidini, in qua deo et pontificibus infertur sine uirium aestimatione certamen? quisquamne fluxum

12 Eccles. 3, 8 14 cf. Cic. de orat. I 24, 12

1 subiugatur *A*, subiurgatus *T*[1] 2 temere *uel* tenere *B*[1] 3 nesciat *scripsi*, nescit *libri* concusus *L*[1] 5 intentionis *B* 6 abiuret *BLTV*, pdat *add. in mg. V*[2] (*i. e. manus paullo recentior quae in hoc libello saepius apparet*), aburet *R*, abperdat iuret *A* 7 negotii *BTVb*, intentionis *V*[2] *s. l.*, intentionis negotii *ALPRm* 8 redimit ornatum *Rm*, redemit ornatum *A*, redimitum ornat *c* 9 loquillam *B* poeniculo *L*, periculo *Rm*, pereniculo *A* contempnit *ABLRV* 10 i.ta *T* 11 coactum *B*[1] 12 reminiscent' *A* 13 loquendi tempus tacendi *T* uel] ut *A* profetici *ABLRV* 15 conditionem *ALRTV* 16 ingeniis ualetudinis *A* dedo *B*, dedi *m* 17 speculorum *B*[1] 18 pacientia *LRTV* ad *om. R* actorem *T* 20 lurica *BV* 21 exspectatione *AR*, al. exercitatione *c* quisquam nec *T* aciae *R* 22 prout esset *A* 23 uirum *R*

et lacessentem hostem uideat et proeliorum causis aduersarium debilem expauescat? inuidet sibi ipse uictoriam qui conscientia uulneratum adgredi cessat inimicum. ad lucrum hostis sui procedit qui in conflictibus non prius causas quam aliud expendit: dat uires iaculis innocentia et mucronem acuunt ex aequo uenientia uota bellandi: percutiendi inpetum plus iustum dolorem scimus dedisse quam brachia: inde paucorum telis multitudo non substitit. dicente ergo mecum propheta: plures nobiscum sunt quam cum illis, placiturum bonis, quantum aestimo, opus incipiam.

Sufficeret quidem schismaticam inperitiam propositione cecidisse, maxime cum secum habeant obiecta responsum et mereatur titulus sine lectionis discussione cum auctore damnari, cum in praenotatione ipsa significantia operis innotescat inmundi dicentum ADVERSVS SYNODVM ABSOLVTIONIS INCONGRVAE. ego tamen nunc sic agam, quasi opus sit alieno ense perire mala proponentem. istud praeloquium potest, dementissimi hominum, tantum inscitiae adscribi. estne aliquis praeter uos sic inter oues ulcerosas deputandus et erraticas, qui ma-

8 IV Reg. 6, 16

1 lacissientem *B*, lacescentem *AT*, lasciuientem *coni. Schottus* aduersantium *T* 2 dibilem *B* expauiscat *BV*[1] 3 hostes *A* 4 conficti**|libus *B* 5 mucrunem *B*[1] adduunt *A* 8 subsistit *ARm* profeta *B* 9 quamtum *B*[1] 10 incipiam] finit praefatio (praefacio *V*) *add. BLTV*, explicit praefacio. hoc in libello (ac in sinodo *A*) optime lector regularem synodi intellege rationem eiusque obiectorum (obtrectatorum *cod. Rotomag.*) discerne latratum. licet ennodius in persona doctor sacerdotum (episcoporum omnium ad hoc concilium conuenientium *A*) scripserit rogitus *add. AR* 11 quidem (e *ex* r *corr.*) *V* scismaticam *ABLTV* 13 actore *T*, auctoritate *ARm* dampnari *AR* 14 ipsas *A*, ipsa ipsa *R* significatio significantia *A* innotiscat *B* 15 dicentium *AR* incongrue *LRT* 16 nunc] non *A* 17 ponentem *T* proeloquium *LRm* dementissimo *R*, clementissi *A*, clementissimo *m* 18 homini *m* inscitiae *Bm*, inscie *T*, inscientiae *ALRV* 19 sicut *m* oues *V in ras.*

gnum gregem potuisset lacessere pastorum dicente propheta: filios nutriui et exaltaui, ipsi autem spreuerunt me, et domino de apostolis: qui uos spernit, me spernit, quos episcopos fuisse propheta testatur de Iuda dicendo: et episcopatum eius accipiat alter, apostolo aeque Paulo proclamante: oboedite praepositis uestris, quoniam ipsi exorabunt pro uobis?

Sed redeamus ad grauem et uenerabilem, non solum ex hara productam, sed mephiticam propositionem. "non omnes" inquiunt "sacerdotes regis ad concilium adsciuit auctoritas, nec omnes in iudicatione senserunt". mancipia tartari et liquido satanae ministri, quoscumque non euocauit scriptum principis, nouis nexibus et actuum uestrorum spiris causa pertraxit. nolo dicere, in quo fuerint uoto, in qua deliberatione discedentes, quibus taedium illa peperit expectatio, cum uiderent uenerabilem papam longas in uita contra fas suum indutias accepisse. uidebant aether tantum directis a se iaculis uerberari. his ne liceret infelicibus in malorum actuum consolatione secreto delitescere, libris uestris nudantur absconditi et per uos in turpi facto habere solitudinem non sinuntur dicente domino in Euangeliis: omnis malus odit lucem.

2 Es. 1, 2 3 Luc. 10, 16 5 Ps. 108, 8 8 cf. Cic. in Pis. 37 6 Hebr. 13, 17 21 Io. 3, 20

1 gregem (gre *corr.*) *T* lacessire *L²TV*, lacesire *L¹*, lacessi•re (*littera longa eras.*) *B*, lacescere *AR* pastorum (astor *in ras.*) *B* profeta *BLV* 2 spraeuerunt *B* 3 de domino *T*, dominus de *PRb* 4 f. profeta *B*, propheta fuisse *T* 5 accipiet *AR* apostoli *B*, et apostolo *m* 8 sed] nec hic immoremur sed *m* hara *coni. Sirm.*, hala (ha *in ras.*) *B*, ‖ala (*1—2 litterae eras.*) *V*, ala *ALPT*, alia *Rm*, alcima *b* 9 myfiticam *B*, mysticam *LRV*, misticam *AT* omnes—nec *bis exh.* *R* 11 omnes i. i. senserunt *T in ras.* iudicationem consenserunt *c* 13 nouis nouis *R* uestrorum] inuolutionibus serpentis (serpentibus *m*) *add.* *ARm* causa (sa *in ras.*) *V*, cauda *m* 14 fuerit *A* descedentes *B* 15 tedium *RT* 16 inducias *ALRV* 17 accipisse *B* 18 diceret *A* actibus *Rm* consulatione *B* 19 et secreto *P²Tb* delitiscere *BLV* nostris *T¹* abscondito *B* per] p̃ *L* 21 euangelio *Rm*

Post haec adseritis aduersarios papae Romani dici non debuisse qui praedictum prolatis petitionibus accusabant, ad assertionis fidem iungentes, quod eos isto nomine praecepta regia non uocassent. o homines omni artis lima conpositos et caminis fabrilibus excoctos, qui ⟨ad⟩ adstipulationem dictorum desudata inuenere testimonia. amamus, reuerendi uiri, sententiam uestram et, ut aiunt, in ipsam pedibus imus: cognoscimus errata quae dicitis. inimicum uocet aliquis accusantem et tragico nomine appellet contumeliam non merentem? dehinc subiunctam quaestionem rhetorica fibula momordistis allegando: "testis est Romana ciuitas, si omnes episcopi senes et debiles conuenerunt". ecce orationem ueri neruis nitentem et ipsi Cepasio praeferendam nitore sermonum. ergo quia se aetate ualentes et corpore inbecillos esse dixerunt, ipsi se ineptos iudicio esse testantur, quoniam membrorum se dixerunt iam sustinere dispendia, maxime si hoc ingerere clementissimi domini auribus praesumpserunt. uos putatis, ab uniuersis dei conspectibus pulsi, illo uestrorum more congressuum ubique narranda confundi et apud principem de collectione pontificum alios protulisse sermonem, nisi quos aetatis maturitas

12 cf. Cic. Brut. 242. p. Cluentio 57.

1 adseretis *B*, adsentis *A*, absentis *Rm*, absentes *c* romane *R*, romanae *A*, rumani (u *inter scribendum in* o *corr.*) *L* non *T in ras.* 2 accusabant] *add. AR et m, unde Schottus hausit*: dolose uidelicet hoc agentes eo quod aduersarios suspectosque (suspectosquae *R*) cana (cana *om. m*) canonica synodalibus clamante in decretis auctoritate (auctoritatē *R*) in suam recipi accusationem episcopos minime oportuisse uos non latuisset 3 assertiones *Rm* pcepta *T* 4 uotasset *R* õ *L* 5 dictorum *B*, doctorum *ALPRTVbm* 7 ueram *R* 9 appellet *c*, appellit *BLTV*[1], repellit *PV*[2] (*s. l.*) *b*, repellit adpellit *AR*, repellit appellat *m* 10 questionem *ALR* rethorica *LT* fibula *BLTV*[1], argumentatione *V*[2] (*s. l.*), fibula i. e. argumentatione *Tc*, argumentatione fibula *ARm* allegando *BLPTV*[1], addendo *RV*[2] (*s. l.*) *c*, addendo allegando *Am* 12 ueris *b* cepa.sio (s *eras.*) *L* 13 sermonem *Rm* quia] qui *Rm* 14 imbicellos *B*, imbecilles *Pbm* 15 esse indició *V* 17 d.ei (i? *eras.*) *L* 18 illorum *Rm* congressum *A* 20 nisi (isi *in ras.*) *V*

ordiendae loquelae fecit auctores, quibus anni ueteres reuerentiam contulerunt, qui putabantur bonorum meritorum suffragio in longum fuisse seruati. ipsos ergo de grauidae aetatis fatigatione queri decuit, quos aetas iusserat allegare. uiri optimi, subdidistis, ex praeceptis regiis euocationis causam fuisse iam cognitam et Italiae summa moderantem non fuisse quasi de nouo negotio consulendum: plus chartae et scriptioni religionis debitum quam praesentiae principali. nullus ergo in praedicto negotio titulus remanserat, ad cuius inquisitionem pergentes illud iure praeloquerentur exordium. exhinc digressi bonarum rerum in rege laudatis affectum et colitis uerbis innocentiam quam actibus ignoratis, si tamen cultus est in loquela uestra, quam scabro uomere uelut agentes per deuium aratra proscinditis, marcenti solo lolia commendantes, recepturi pro tali inpendio paleas, quibus gehennae in perniciem uestram ignis animetur.

Sed nunc, ut quidam fertur dixisse, quae quibus anteferam? contra apostolum dicitis inpugnatores summi pontificis non auditos, qui caelestis mandati memores partem suam a consortio adulteri subduxerunt. hic non incesso ignorantiam, rimosam memoriam non accuso. nolo dicere quod prophetae uerba apostolo contulistis, quia noui et ipsos apostolos recte uocitari quos missos esse non nescio. Dauid enim dicit: furem uidebas et currebas cum eo et cum adulteris portionem tuam ponebas. deinde quis se de illa uestra eno-

17 Verg. Aen. IV 371 23 Ps. 49, 18

1 ordiendi *T*, erudiendae *Rm* loquille *B* actores *T* auctores — 3 graui] *in mg. huius lineae L adn. m. ant.* faucibus didcisso 3 longam *R* grauide *LTV* 4 fatigationibus *ALR TVb* quaeri *AB* q̊s (s *in ras.*) *T* 5 subdedistis *B*, subditis *ARm* 7 carte *RT* 13 loquilla *B* scabroquo *A*, scabroso *Rm* diuium *B* 14 proscenditis *V*[1], prosͤendetis *B*, psindictis *R*, psindiotis *A*, perscinditis *m* marcentis *ARm* solo] zezania *R*, zezania o *A*, zizania et *m* 18 dictis *A* 19 auditus *B* suum *B*[1] 20 adulteris *AR* hinc *m* incesso increpo *A* 21 rimotenuosam *A* profetae *BLV* 22 et noui *TV*[1] 23 uocari *ARTm* nescio] nego *B*

dem faciat quaestione, qua dicitis: "in criminibus obiectis quod non excluditur adprobatur"? en uocem Romanae ecclesiae militibus congruentem, in qua nescias utrum prius nitorem praedices an saporem. putasne, audistis legi: quod iustum est iuste exsequeris? audistis de malefactis hominum, si tamen aliquando conuersatio humana uos tenuit, quicquid non suis ordinibus adprobatur excludi? ubi est illud prophetae: dominus ad iudicium ueniet cum senibus populi sui, et de uobis dictum: peccatum suum quasi Sodoma praedicauerunt: uae animabus eorum? sed quid facto opus est, quotiens nulla desperatis medela succurrit, nisi inplorandus est dominus, qui promisit per prophetam, futurum se super omnem superbum et excelsum et super omnem adrogantem, ut humilietur? sed fetidum opus uestigiis insequar et ferrata, si ualeo, calce contundam. ut uere dicam, res cum re, causa cum causa, ratio cum ea quam putant ratione pugnabit. oblocutos sacerdotes praeceptionibus regiis allegatis et quoddam sacrilegium creditis, mali aliquid, cum caelestem nesciatis, de terreni domini iussione sentiri, opponendo: quis regi debuit dicere, papam oportuisse synodum conuocare? certe quod in hac parte constat exemplum? illum praecipue, qui criminosis multorum propositionibus iam iacebat, quem hoc fuerat damnare quod argui, cui praerogatiuam caelitus adscriptam hostium suorum oblocutio iam tulisset? ad hanc uos dementiam malorum actuum per gradus suos incrementa tra-

4 Deuter. 16, 20 8 Es. 3, 14 9 Es. 3, 9 12 cf. Es. 2, 12

1 quaestionem *Rm*, questionem *A* 2 ecclaesiae *A* 3 congruenter *R*, congruentur *A* nescies *R*, nesciebas *T*, nescitis *m* praedicis *B* 5 iuxte *AR* exequeris *Tm* 6 conseruatio *A Rm* quidquid *B* 7 profetae *BV* 8 ueniat *R* 9 dictum• *V*, *om. m* sodomae *B* 11 quoties *A* disperatis *B* medilla *B*[1] 12 per *om. AR* profetam *ABLV* 13 superbum—omnem *B s. l. corr.* 15 ferrato *R* ualeo] possum *m* calcae *A* 16 pugnauit *B* 19 iussioni *A* 20 regi] rei *R* opotuisse (r *s. l.*) *V* 21 consistat *B*[1] 23 dampnare *R*, *om. m* arguere *c* ascriptam *RT* 24 hostiam *T* 25 clementiam *A Rm* grad•os (i *eras.*) *B*

xerunt, ut hoc credatis esse lacessere quod conuincere nec apud uos habeant a ueritate differentiam odia, quae plerumque contra meritum inpetiti studiis non rationi obsequentia uota concinnant? ubi est illud *priusquam agnoscas, ne adiudices quemquam?* olim uos accepit grex positus in sinistra collegas, apud quos ex praeiudicio excepisse sententiam creditur qui meruit ad examen adduci et hoc est reum existere quod libram disceptationis intrare.

Praelocutioni tamen optime diuinum subdidistis exemplum, quod ita quadratis constat alloquiis, ut ipsum in eo Chrysippum tenere lineam putes: *peccatori dicit deus: quare tu enarras iustitias meas?* huic dicto conserentes quasi ad sacerdotes apostropham: "quia beati Petri apostoli uicarius aestimatur, prohibetis archiatrum eius corpori adferre medicinam: quomodo uos animae eius curationem exhibere renuitis?" magnum per diuina ridiculum an maxima lamenta sint nescio. uos alienae febri curam quaeritis, uos fatiscenti animae medelam adhiberi cupitis et in leti proximitate positi uestri inmemores de alterius salute tractatis. quid si illud uere uobis a propheta dictum sit: *numquid parum est quod molesti estis hominibus, molesti estis et deo meo?* et iterum: *medice, cura te ipsum?* sed hinc alias.

4 Eccli. 11, 7 11 Ps. 49, 16 20 Es. 7, 13 22 Luc. 4, 23

1 lacissire *B*, lacescere *R* 2 uos *om. A* 3 impeti *R* 4 adiudicis *B* 5 accipit *B* 6 praeiuditio excoepisse *R* 9 tamen optime *T in ras.* optimae *B* 10 eloquiis *Rm* archisipum $ALPV^2$, archesipum BV^1, archisippum *T*, chrisippum *R*, chrysippum *m*; architectum Chrysippum *fort.* 11 putetis *T* dominus *A* 12 hic *R* dico L^1 13 sacerdotis LTV^2m apostrofam *ABLPV*, apostrophen *b* quia] qui *Rm* 14 prohibitis *B*, probetis *coni. Schottus* archeatrum BV^1, archimedicum atrum *A* corpori—eius *in mg. inf. add. L* 15 exhibe^re *L* renuetis *ALT*, rennuetis *BV*, rennuiti *R* 16 sunt B^1V^1 17 medillam *B* 18 adhibere *m* loeti *LV*, laeti *A*, lecti *R*, luci *Pb* propositi *Rm* immores *B* 19 qui^d *L* 20 profeta *BLV* sit *om. b*

nouimus, quia sanari non potest conclamatus et inprobus in profundum deueniens mira temeritate contemnit. sed credo uiuit in istis et in malae conuersationis suae morte consilium, et potest optare quis alteri quod ipse iam perdidit. nunc recte uobis cum propheta dicam: omnia quae loquitur populus iste coniuratio est, et timorem eius ne timeatis neque formidetis. facessat a nobis qui in uobis est pruritus iste linguarum, quos uere idem propheta arguit: scribentes iniustitiam scripsistis. non nos beatum Petrum, sicut dicitis, a domino cum sedis priuilegiis uel successores eius peccandi iudicamus licentiam suscepisse. ille perennem meritorum dotem cum hereditate innocentiae misit ad posteros: quod illi concessum est pro actuum luce, ad illos pertinet quos par conuersationis splendor inluminat. quis enim sanctum esse dubitet quem apex tantae dignitatis adtollit, in quo si desint bona adquisita per meritum, sufficiunt quae a loci decessore praestantur? aut enim claros ad haec fastigia erigit aut qui eriguntur inlustrat: praenoscit enim quid ecclesiarum fundamento sit habile, super quem ipsa moles innititur. sed hinc actibus uestris caelestem potentiam putatis esse suffragio, quod ad praesidium beati apostoli adiutricem, ut dicitis, dexteram commodatis. nescitis, stolidi, solem facibus non iuuari nec ad praesidium diurnae lucis lychnos accendi? scriptum enim est: scrutatur corda et renes deus.

1 cf. Prou. 18, 3   5 Es. 8, 12   9 Es. 10, 1   24 Ps. 7, 10. Hier. 17, 10

1 cumclamatus *A*, cumconclamatus *R*   2 ueniens *T*   contempnit *ABLRV*   3 uiuet *B*   male *BLRT*   conuersionis *b*   4 potest quis *T*   5 profeta *BL*   dicimus *Rm*   6 iuratio *ARm*   est *T in ras.*   timore *B*[1]   7 nec *Pb*   procul sit a nobis facessat a nobis *Rm*, facessat procul a nobis a nobis *A*   8 putritus *R*   9 profeta *BLV*   scribens *L*[1]   scripserunt *m*   12 perhennem *T*   ////cum *B ras. 4—5 litt.*   13 innocentia emisit *AR*   14 conuersationes *R*[1]   16 adquaesita *B*   19 eclesiarum *B*   quem] quod *m*   20 molis *B*   innitatur *T*   hinc] in *A*   22 quommodatis *in mg. add. B corr.*   23 lichnos *ART*, lignos *BV*[1], licghnos *L*   24 adcendi *B*   est enim *ARm*

Sed in illa parte quis argumentis uestris audeat respondere, nisi quia sine arte dicitur uerum et fides mendacio sermonum technis adsuitur? "cur" inquiunt "ad principem conuenistis, si audiri non licebat inpetitum?" sic uos in stuporem pecualem peccati nebula aut diuinus horror oblimat, ut uerecundam excusationem aut fraude mens uestra transeat aut beluarum pressa hebetudine non agnoscat? an forte aliud putatis fuisse, quod dictum est, ipsum debuisse synodum conuocare, cuius opus erat officio, ut uos uidelicet per pontificale examen sententia diuina percelleret, quos a capitis sui conpage in salutis detrimento insanus feruor absciderat?

Post Esau mentionem operi uestro nescio uerbis an latratibus indidistis, conparantes ei antistitem uestrum, qui senioris naturae beneficium unius cibi commutatione perdiderit et primogeniti canam dignitatem amiserit faucibus obsequendo. ad ista quid referam, qui ex omni obiectorum parte concludor? quis rogo uestrum Symmacho benedictionem, dum patri plus deseruit, eripuit? cui tantorum munerum Iacob uoce est conlata nobilitas? quis ex uobis caeci parentis desideriis pariturus occurrit? quis uestrum deuotione sua genitorem uenerabilem captum oculis nulla fecit lucis damna sentire? nonne conlatione tenebrarum uestrarum nox putatur per sudum rutilans iubar ostendere et omnis obscuritas actibus uestris conlata decorem solis adsumit? praeterea tunc Iacob quamuis con-

1 audeat argumentis uestris *b* 2 fide*s (n? *eras.*) *L* mendatio *ABL*, *om.* *R* 3 tegnis *ABLPRTV* adsuetur *B*, fraus uel caliditas adsuitur *A* 4 audire *B* 5 nebulae *B* excausationem *B* 6 mens uestra] mensuram *ARm* bel|*uarum (l *eras.*) *L* 7 hebitudine *ABLPRTV*, habitudine *b* 9 officiis —uidelicet *T in ras.* 10 perceleret *LV* (feriret V^2 *in mg.*), procelleret *B*, percellit et *R*, percelleret et *m* 11 feruor] furor RV^2 (*in mg.*) *m* 12 poste saugmentationem *R*, postes aucmentationem *A*, postes. Argumentationem *m* 13 indedistis *B* comporantes *A*, operantes *T* antestitem *R* uestrum] ū *R*, nostrum *Sirm.* seniores B^1 16 at *m* 17 uestro *m* symaco *T* 18 uice *m* 20 deuocatione *T* 22 nox] uel serenum nox *A* putat *A* sudum] purū l serenū V^2 *in mg.* 24 Iacob] Isaac *coni. Sirm.*

gruentem moribus filii benedictionem tamen contulit iam promissam. nunc quid his longius inmoramur, cum docendi non sint qui calces stimulis intulerunt? credite mihi, pacis inimica sunt, inpugnationi non sunt idonea quae profertis.

Sed sequitur uinculum cum aenigmate, quod nescio qua replicationis arte soluamus. Tullianae enim profunditatis pelagus ingressi cumbulam nostram quaestionum flatibus per litorum incerta transmittunt. in qua tamen Christo clauum tenente portum ingrediar et singillatim de turbinibus uestris uniuersa discutiam, habiturus in ductu illorum facultatem non meam. aiunt enim: "si uera est episcoporum adsertio, sedis apostolicae praesulem minorum numquam subiacuisse sententiae, cur ad iudicium districta conuentione productus est?" multum quidem annosa hic in nobis laborat infantia, cui ille aduocandus est, qui ineluctatae nobiscum semper pondus propositionis exsuperat, cum manifeste pro sacerdotibus cum propheta clamitem: numquid gloriabitur securis contra eum qui secat in ea? aut exaltabitur serra contra eum qui trahit eam? ut sit mihi illud suffragio diuinum oraculum: quomodo si cessauit exactor, tributum quiescit: ita contriuit dominus baculum impiorum. tribue, domine, quod praedixisti in illis, ut sicut errat ebrius et uomens, ita pereat incredulus qui infideliter agit. propter hoc propheta uobis insultans uociferat: audite uerbum domini, uiri inlusores. quisquamne causarum ex prae-

17 Es. 10, 15 20 Es. 14, 4. 5 22 cf. Es. 19, 14 24 Es. 28, 14

1 fili *B* 2 nunc] nam *m* 5 cum] in *T* enigmate *LTV*, inigmate *B* 7 conbulam *BLV*, cōbulam *T*, conbula *A*, umbulam *R*, copulam *Pb*, bullam *m* nostram] nostram sterilitatem *AV*² (*in mg.*), nostrae sterilitatis *Rm* 8 littorum *T*, litora *V*¹ 9 tenente gubernaculum *A* singilatim *L*, sigillatim *PTb* 13 destricta *B* perductus *ARm* 14 hinc *ARm* uobis *Tm* 16 profeta *BL* 17 clamitem (item *in ras. m. 2*) *T* gloriabi*tur (a *eras.*) *L* 18 qui*** *V* 19 eum *B*¹ 20 si *om.* *T* 21 contriuuit *T* 22 erat *L*¹ aebrius *L* 23 uomes *L*¹ ait *L* 24 profeta *BLV* uociferatur *Rm* 25 quisquamde *L* praecognitioni *A*, praecogitatione *L*¹

cognitione sancit euentum et rabidis terminum positura conflictibus sic metitur, ut pernix decisio, dum inquisitione esse senior innotescit, fauorem censentis accuset? nunc paulisper ore actibus annis indignus pontificali uoce uos arguam. nos, qui statuta nostra non una apud uos uoluimus lance constare, quibus de inpugnatorum qualitate lati sunt canones, apud quos nefas est cana patrum definita transcendere, quibus scriptum est in Carthaginiensi concilio, quod apostolicae sedis per Faustinum episcopum, qui tunc ab ea missus interfuit, probauit auctoritas, accusatoribus de inimici domo prodeuntibus non credendum, in quibus odio succensa uicinitas per nutrimenta arida flammam persecutionis exsuscitat et uniuersam doli fabricam sumptu et machinis cohaerentibus secreta dispositione conponit: istos quae domus euomeret qui scire potuisset nostra collectio nisi praesentes et inpugnationis qualitatem unde nisi ex scripta propositione didicisset? in quibus sentinam criminum, dum simulato ferunt persecutionem se debere criminibus, agnouisset?

Post illa, quae de accusatoribus prolata sunt, addidistis, cur personae iussae sint praesentari, quas saepe imperialis flagitasset auctoritas, ad defraudationem genii pertinere eius, qui nunc in sede apostolica quasi in quadam arce consistit. uere uobis dicit Sapientia: homo infirmus et exigui tem-

8 cf. Carth. Conc. (Dion.) c. 131 23 Sap. 9, 5. 9

1 sanccire *L*[1] rapidis *A*, radibus *R*, rabi*is (d *superscr.*) *L* 2 pernix (nix *in ras.*) *T* inquisitioni *B* 3 seniori anticipat innotescit *A*, seniori innotescit anticipet *m* censentes *R*, cessentis *A* 4 ore] orare *L* indignas *AR*, indignos *m*, indignus** (fi *eras.*) *L* 5 statu (ta *superscr.*) *B* uoluemus *B*, uolumus *PRTbm* 6 qs (s *in ras.*) *T* 7 cala *L*[1] diffinita *P et Sirm.* 8 chartaginiensi *BLV*, cartaginiensi *R*, cartaginensi *T* 9 approbauit *Sirm.* 10 autoritas *B*[1] 11 nutrimentu *T* 12 persecutionum *Rm* 13 machinis (is *in ras.*) *B* coherentibus *BLV* disposione *B* 14 domos *R* 15 nisi unde *R* 16 dedicisset *B* 17 fuerunt *B*[1] 19 illo *BV*[1] addedistis *B* 20 persone *TV* 21 flagitassed *R* defrudationem *B*[1] ingenii *Pb* 22 arche *B*

poris ad intellectum non perueniet, sed laboret, ut sciat quid acceptum sit apud dominum, et iterum dicunt Prouerbia: qui odit se qui neglegit studia, inperitis enim obuiat mors. quid illam quae ex uiperina scientia descendit ignorantiam fingitis? quid adhibetis mira latrocinandi arte praestigia simplicitatem fronte monstrando? de uobis uere dictum est: qui loquitur mendacium, ex propriis loquitur. istam laetitiae faciem ex iudiciorum censura uenientem uafra prouisione sacerdotis uestri oculis abstulistis, ut eum talibus aduersus acies uestras instructum munitionibus et innocentiae in testimonio orbis tela deferentem ab ipsis iudiciorum adytis pelleretis, prouidentes ut nec sine inpugnatione insons uiueret nec haberet solacium de incorrupta iudicum inquisitione pulsatus. uos praefato et dedistis et inuidistis examen, cum uno eodemque itinere a uobis disceptationum dubia subire et prohibetur et cogitur et per singularem callem ad causam arcendus euocatur, ne manifestam salutem aut non lacessitus obtineret aut subriperet absolutus. adulescentiae meae memini me legisse temporibus de quodam dictum: exuli exilium imperas nec das. uos inpetit prophetae sententia: isti sunt uiri qui conturbauerunt terram et qui concusserunt regna, et iterum: excidentur ramusculi eorum falcibus, et quae derelicta fuerint, abscidentur, et rursus: dum non spe-

3 Prou. 15, 32. 10, 21 7 Joh. 8, 44 20 Sen. Med. 459 21 Es. 14, 16 22 Es. 18, 5 24 Es. 30, 14

2 sciet *A* 3 qui odit] odit *ARm* neglegit (*pr.* g *in ras.*) *B* 4 quid] quid enim *m et Sirm.* 5 discendit *B* fingites *B*¹ adhibitis *B* 6 arte] falsitatem uel dolositatem (dolositatum *m*) *add. ARm* 7 mendatium *ABLR* ex *L s. l.* 9 uafra] callida *Am* nostri *Sirm.* 11 monitionibus *B* in *om. B* 12 iuditiorum *AR* aditis *ALRV*, aditus *B*, additis *T* pelleritis *B* nec (c *ex* t *corr.*) *B* 13 ne *L* 14 iuditii (ii *ex* u *corr.*) *T*, iudicium *A* 16 singlarem *T* 17 callē (ē *in ras. corr.*) *T*, calcem *AR* ne] non *ARm* 18 non *A s. l. m. 2* lasessitus *T*, prouocat situs *A* surriperet *R* 19 aduliscentiae *B* 20 exsilium *A* 21 profetae *BLV* 23 delicta *A*, dilecta *R* 24 abscindentur *bm* prosperatis *B*

ratis, ueniet contritio uestra et comminuetur multitudo uestra, sicut lagena figuli. nec non propheta ad hanc causam specialiter locutus intonuit: dominus inclinabit manum suam, et corruet qui fert malis auxilium et cadet cui praestatur auxilium, simulque omnes consumentur. redeo tamen post uetusta exemplorum suffugia ad nouellas canonum definitiones. clamat in alio loco Carthaginiense concilium: quascumque ad accusationem personas leges publicae non admittunt, his inpugnandi alterum et nos licentiam submouemus. quaero a uobis, uiri, quibus indita est ad unguem polita perfectio, cuius condicionis fuerint ista mancipia, quae postulata scriptis principalibus intimastis? si ea seruilis adhuc in potestate alterius catena retinebat et nulla ab obscenae obligationis conpedibus uestigia in libertatem missa laxabant, uel uobis disceptantibus fidem aliquam praedictorum uerba portassent? sed, credo, replicabitis: ueritatem, quam sponte prolata in illis uox habere non poterat, hanc diuersis crucibus e latebris suis religiosus tortor exegerat, ut, dum poenis corpora soluerentur, quae gesta fuisse nouerat anima non celaret. sed quaeso primum ad leges publicas, deinde ad iudices ora conuertite, qui possunt in defensione sua sic eloqui: nos, quos dei seruitium post istarum rerum abiectionem fecit ingenuos, qui seruulorum insultantium contu-

3 Es. 31, 3 8 Conc. Carth. (Dion.) c. 129.

2 lagoena *R*, laguena *AV*, la*guena (u *supra*, n *eras.*) *L*, laguina *B* 3 profeta *BV* 3 inclinauit *BRm* 4 conruit *B* 7 suffragia *Pbm* definitiores *Tc* 8 chartaginiense *L*, cartaginiense *R*, chartaginense *B*, cartaginense *AT* 10 sūmouemus *R*; et nullae accusationes a iudicibus audiantur ecclesiasticis quae legibus saeculi prohibentur *add.* *AR* 11 quaero] quae uero *A* quibus uiri *T*[1] 12 tuius *B*[1] conditionis *ALRTV* fuerunt *ARTVb* 13 scribitis *B* 14 ab *om.* *Rm* 15 oblegationis *ABLTV* 18 quam *om.* *R* prolatā *R* hare (be *supra*) *B* hanc] ac *R* 19 cruciatibus *c in mg. et Sirm.* rigorosus *c in mg.* exigerat *B*, exegerit *m* 23 quos *ex* qui *V m. 2* post] pro *ARm* 24 abiectione *ABRm*

melias aut despicimus aut ridemus, quibus scriptum est de famulis per apostolum: mementote quia uester et illorum dominus in caelis est, ad haec saeculi mala reuocabimur? faciendum a nobis est quod facientem alterum profanum esse contendimus? quod per ministerium iussionis et manus alienae incestaret aspectum nostrum, nostro peragetur imperio? nolite hanc ad uniuersas ecclesias mentem rapacium luporum more et natura seruare, quia postquam nos maculasset forte pro desideriis uestris cruenta discussio, effectum in his, quo tenditis, non haberet. sed dicente uobis propheta ponamus circulum in naribus uestris et frenum in labiis, et reducamus uos in uia qua uenistis, qui eodem propheta adserente inpugnamini, qui dicit: erunt quasi non sint, et peribunt uiri, qui contradicunt uobis.

Hoc etiam nouo aduersus nos subdidistis inuento, ipsum dominum et redemptorem nostrum seruorum subisse iudicia et caeli operatorem particulae cuidam sponte subiacuisse terrenae, dum testatur et loquitur: homo Iuda et qui habitas Ierusalem, iudicate inter me et uineam meam. hoc etiam beatum Petrum, hoc Paulum apostolum non horruisse narratis et illam uestram elegantiam ad ius pertrahitis exemplorum nexibus praecedentem, quasi uobis in hac parte remanserit cum renitente contentio et ualidis facundiae uestrae

2 Ephes. 6, 9 11 Es. 37, 29. IV Reg. 19, 28 13 Es. 41, 11 19 Es. 5, 3

1 dispicemus *B* 4 uobis *T* facientes prophanum alterum *T*, faciente altero profanum *c in mg.* 5 esset V^1 6 incertaret *LPT* aspectum] nr̄m *add. R recte fort.* nostra *A* peragentur *B* 7 ad] aduersus *B* eclesias *B* rapatium *R* 8 seruare] separare *m* nos *om. R* 9 pro] p *R* conuenta *m* descussio T^1 10 tendites B^1 profeta *BL* 12 in uiam *A et Sirm.*, ad uiam *b* 13 profeta *BLV* adserentē *L* 16 nouo *T in ras. m. 2* inuentu *B* 18 operatorē (orē *corr.*) *L* terraenae *B*, terraene *L* 19 hō *in* o *corr. T*, o *Rbm* habitatis *ARc* 20 hierusalem *ABRVm* 21 beatrum *L* orruisse *L* 22 illa uestra eligantia *B* pertrahetur *B* 24 ualis (di *superscr.*) *V*

digitis exigantur oblata. Samuelem etiam prophetam mirificum de conscientiae suae serenitate uulgi dicitis inplorasse testimonium. quid enim Samuel dixit? scire dominum, quod nullius umquam substantiam, nullius pecus abegisset, aduersatum se muneribus et, quod est supra hominem, sponte uenientia dona uitasse, prouidens scilicet, ne per suspicionum praeiudicia opinionis damna pateretur. postremum sub diuina adtestatione patefecit innocentiam, ne humanum subiret examen. redemptor noster iudicium, quod inter se et uineam suam optat euenire, dum uestra in praesenti negotio mala respicit, magis inplorat. sanctus Athanasius Alexandrinae urbis episcopus, dum participum uestrorum argueretur inuidia, agnoscens sibi per contumeliarum multitudinem exercitium contingere, non timorem, uere ad coronae pretium iunxit quod de dignitate submisit, et ante caelestem de absolutione sententiam personam rei innocentiae bonus aestimator inpleuit. sic enim Christi milites sudore suo honorum sibi incrementa parturiunt, dum concessa fastigia celsiore humilitate castigant, inde laudum cumulos mercaturi, unde indepta culmina sublimi parcitate moderantur. sed quamuis beatum Athanasium Romano antistiti, quantum nosse datur, inparem locus ostendat, facto tamen in negotiis conparantur. ille praesto fuit iudicibus: iste, quantum et uos dicitis, aduocauit. ille intentatam discussionem ut dei famulus non refugit: iste triumphi sui spem in discussorum collectione constituit. sed quid his longius conlationibus inmoremur?

1 diligitis *L*[1] oblata (o *in ras.*) *T* samuhelem *R* profetam *BLV* 3 samuhel *R* 4 peccus *T*[1] abigisset *B* 6 pro *m* suspitionum *Rm* praeiuditio *R*, praeiudicio *m* 7 dampna *R* 8 redemptoris *m* 9 nostri *Rm* 11 atanasius *BLV* 12 argue[re]tur *L* 13 timorem (orem *in ras.*) *V* 14 ad uerae *c* precium *LRTV* iungit *A* 16 milites christi *ARm* 17 su[b]dere (b *s. l. m. 2*) *A* suo honorum *T in ras.* 18 cumulus *B* 19 moderante *R* 20 atanasium *BLV* romanum antistitem *AR* 21 locus (s *in ras.*) *T* 23 discu[ss]sionem *B* 24 triumphum suum *m* spem *B*, *om. ALPRTVbm*

iudicia et iste uoluit amauit adtraxit ingressus est et, quod posset fidelium corda doloris iusti aculeis excitare, uenerando concilio auctoritatem etiam contra se, si mereretur, indulsit. quis in hac allegationis ipsius fronte nesciret fultum ad coepiscopos puritatis testimoniis conuenisse, qui hoc, quod districtioni eorum minus licebat, exhorruit, aestimans illud magis quolibet modo labefactandum, quod statuisset censor inualidus? quid praefatum incessitis canina loquacitate? quid laeditis non merentem? uotum eius est quod uestrum putatis esse terrorem, sed astutior in uobis quam in Athanasi aduersariis nouelli uirus serpentis insibilat. illi nescierunt quod uos optime calletis, qualiter triumphus tolleretur inpetito. illi prouocatum, ne audiendus non occurreret, formidabant: uos moram quam habebant examina non ferentes uenientem iaculis reppulistis et taedium uobis de sententia praeparatum armorum ultricium adsumptione conmutastis. o malorum commemoratio, quae uocem et praestat et subruit, dum illos quos in clamorem coegerit eorum etiam grauitate facti uerba confundit.

Quis patiatur uos aequo animo garrientes? ergo nos secundum adsertionem uestram nouellae utilitatis commoda non amamus, dum definitis senioribus praestamus obsequium? hic tota ingenii uela suspenditis: hic resupinae ceruicis ex secessu pectoris quicquid habuit flaminis ructus euomuit. aiunt enim: "Moysi a uobis ieiunia et Helisaei miracula quae egit, dum mortuum

2 possit *B* 4 hic *V*[1] nescirer *T*[1] coep̄·s (o *supra*) *L* 5 conuenise *T*, *om. m* quid *R* districtioñ (i *supra*) *B*, districtionem *ALPRTVb* 7 colibet *A* censor] iudex *A* 8 quid (d *in ras. corr.*) *T* incessetis *B*, incessistis *P et Sirm.*, prouocatis sitis *A* colacitate *BV*[1], colaudate *A* leditis *ALTV*, ledites *B* 10 astutius *c* atanasi *B*, athanasii *ART*, atanasii *LV* 12 tolletur *B* 13 occurreret/// *T* morem quem *m* 14 examinari *Rm* uenientes *m* repulistis *PT*, repulsis *m* 15 tedium *ART* 16 conmutatis *L* 19 garrientis *T*[1] 21 desinitis *Rm* praestare *Rm* 22 uela (ela *in ras.*) *T* suspendites *B* 23 quidquid *B*, quidquic *L* habuit] spiritus *add. ARm* aiunt] aut *R* moysin *B* 24 helisei *BLV*, elisaei *A*

suscitauit, si annosa tantum sectamini, condemnantur". quid hic rationis inuenit scrutator idoneus? non si auri pallidus inquisitor occurrat, in sensibus uestris latentium uenarum motus inueniat et insuetis lucem latebris sermonum fossor admittat. idcirco ergo cana miracula non probamus, si iuuenilibus consensum non praebemus excessibus? si seruum domino, discipulum magistro euangelii memores subiugamus, quicquid potuit prodesse neglegimus? alia sunt, inprobissimi hominum, quae ad usum recentem sine iniuria uetustatis adhibemus.

Nouam deinde culpam et quam inuestigatio nostra transierat reclusistis: "quare papa sine exempli instituto praecedentis synodum conuocauit, ut de criminum eius obiectione cognosceret?" post haec nos falsitatis arguitis, cur a principe, quae in praefato negotio scripta sunt, dicimus postulata. praesta, domine, ut labyrinthi huius sine errore sinuosos superemus anfractus: dirige semitam, quam flexilis coluber iuxta fabricam proprii corporis aut mentis operatur, ut uere dicamus: *dominus uirtutum nobiscum, adiutor noster deus Iacob*, et cum Salomone exultemus dicente: *equus paratur in die belli: apud dominum est autem omne praesidium.* superforaneum quidem est absurdis respondere propositionibus dicente propheta: *ne respondeas inprudenti ad inpru-*

7 cf. Math. 10, 24. Luc. 6, 40 Io. 13, 16. 15, 20 17 Ps. 45, 8 19 Prou. 21, 31 22 Prou. 26, 4

1 condempnantur *ALRT*, confundantur *m* 2 callidus *c* 3 uenarum (rum *in ras.*) *T* 4 motos *BLPTV* 5 ergo *om. A* iuuenilibus c. non *T in ras.* iuuenibus *B* 6 pbemus *AR T*, probamus *m*, prae euangelii *LV* (bemus—magistro *om. LV sed add. m. 1*) 7 euangelici *A* subiungamus *PRb* quidquid *B* 8 potuit/// *T* improbissimis *Rm* 10 *post* nostra *spatium quod supererat 4—5 litt. eiusdem lineae et linea proxima tota eras. L* 11 institutio *L* 13 arguetis *B* cur a] curam *Rm* 15 laberinti *AL²PRTV*, laberenti *BL¹* orrore *A* sinuosus *B* 16 amfractus *ABV* fexibilis *m*, flexibus *A* 18 deus *A* no. ad. n. d. (*sic*) *T* 19 solomone *B* paratus *A* in] ad *Rm* die *BPb*, diem *ALRTVm* 20 deum *R* autem *om. T*, aut *R* presidium *LTV* 21 superuacuum *ARm* 22 profeta *BV*

dentiam eius. sed si quid contemptus transierit, uereor ne quasi ualidum putetur non tetigisse formido. melius nobis est cum beato Paulo insultationis causas incidere et plena uoce testari: factus sum insipiens, uos me coegistis. hoccine ergo nullo constabat exemplo, ut sacerdotum papa concilium conuocaret, cuius arbitrium est collectio synodalis? aut parua erant, quae de uestris cum hac multitudine facinoribus damnarentur? nonne directa uerba sunt canonum, quicumque clericorum ab episcopo suo ante sententiae tempus pro dubia suspicione discesserit, manifestam eum manere censuram? ad huius rei ministerium deuotum deo oportuit agmen occurrere, ut perditi et profligati gregis ulceribus medicorum exercitus subueniret, quia quotiens morborum uiolentia celeri gressu ad animae secreta festinat, obuias manus adferre non potest salutare consilium nisi ex collatione multorum. nam et hoc a rege nostra poposcit allegatio, ut abscisis clericorum praeiudiciis de accusatorum papae merito per humanum os supernum iudicaret imperium. uideamus tamen, si placet, et illas didascalici libelli uestri relegamus argutias habentibus etiam nobis ante oculos patrum sanctiones, quibus excessuum uestrorum sentina ponderetur. lex ecclesiastica pontificem ab aliis accusatum, priusquam sub luce obiecta constiterint, exigit non relinqui. uos uero diuini, ut puto, iuris memores, qui leuia errata despicitis, qui peccati nobilitate gaudetis, ne una uos ex desertione sacerdotis culpa respiceret, accusastis cum incrementis

4 II Cor. 12, 11 8 et 21 C. 8, quaest. 4 c. 1

1 quis *T* transierat *LPTVb* 2 est nobis *T* 5 nullos *A* 6 est *T in ras.* sinodalis *ART* 8 dammarentur *A* 10 suspitione *RTm* ·eum (*litt. 1 longa eras.*) *B*, in eum (in *s. l.*) *V*, in eum *LPTb*, eum *A* (eius *s. l. m. 2*) remanere *Pb* 11 ///deo *B* 13 quoties *ARm* 14 adfere *A* saluare *L* 15 consolatione *B* 16 uestra *m* abscissis *Tb* piudiciis *R* 17 per] p/// *B* humanum os *Bb*, manū os *LPRTV* (˜ *add. postea V m.* 1) *m*, manus os *A* 18 placit *B* illas] disputatoris *add. Rm* didaschalici *B* 20 quibus *om. B* 22 lucem *LV* obiectu *B* 23 uero] uelut *T* despicites *B* 25 accusatis *ALRm*

delictorum. ad hanc uos ualitudinem ille, qui est praeuius uester, adduxit, ut post desolatum, post inpetitum pontificem, sine ullius uigore sententiae totius paene Italiae inprobandam antistitum crederetis esse censuram: quomodo quidam dixit de cohorte uestra:

festinantem animam morti non credidit uni.

potesne, mens indocilis, criminum iam ditata successibus, a detestabili proposito uelut effeta feriari? ille uos his locupletes malis effecit, cui elationum copiae opes angelicas sustulerunt et diuinum censum nocendi quo exuberat thesaurus inuidit.

Sed promissi memores uniuersa, quae operi ipsorum recolimus inserta, tangamus. arguitur stilo splendidissimo papa Symmachus, quare conuentionem praeueniens cum populorum coetibus examen intrauerit et postea iudicia, cum euocatus quater fuisset, spreuerit. sic a uobis ueri discessit affectio, ut mendaciorum nebulis orbis testimonium putetis inuolui et fallaciae peniculo depicta uerba plus uirium credatis habere, quam ueritatem Roma quam retinet? ergone ille disceptationem uel inportunus adiit uel expectatus aufugit? ergone illam multitudinem deuotae deo plebis non pro fidei diligentia Christiana

6 ? ? ?

2 ut (t *in ras.*) *L* 3 rigore *m* poene *A*, penę *T*, pęnae c 4 antistitem *AR* 5 choorte *T* 6 non *om. Rm* uni] uri *R*, uestri *m* 7 p̄tne *T*, potestne *bm* meus *R* indoctilis (i *s. l.*) *B*, docilis *Pb* a] et *m* 8 *proposito *B* effecta *V*[1] feriari (cessari *s. l.*) *A* his *om. Sirm.* locupletis *B*, locupletos *LRV* his l. m. effecit *T in ras.* 9 efficit *A* 10 quod *Rm* exhuberat (habundat *s. l.*) *A* tensaurus *B* 12 promissio *R*, promissionis *m* memores—inserta *om. B, add. in mg. inf. corr.* uniuersa *om. R* 13 arguetur *B* 14 simacus *T* 15 intrauerit *scripsi*, intrauit *libri* postea] positus *Pb* 16 spreueri* (m? *eras.*) *T*, spreuit *b* dicessit *T* 17 mendatiorum *ABR*, mandatorum *b* orbis *B*, urbis *LPTVb*, uerbis *ARm* 19 ergonec *T*[1] desceptationem *T* 20 ergone] ergo *AR* ille *T* 21 deo *B s. l., om. m*

magis expectatio quam furor euocauit? quisquamne ad inferendam uiolentiam currens lacrimas comites habet et qui studet esse formidini uultum timentis ostendit? multitudo illa iuncta sacerdotis officiis adtulit ad nos lamenta, non iacula, nec uenit telis minax, sed fletibus miserabilis, una tantum intentionem uestram ostentatione grauatura, quia uberibus oculorum fluminibus demonstrabat, quam esset per acerbitatem uestram condicio dolenda pulsati, et in sobrietate uenerandi examinis adflictione propria commendabat quem uoce non poterat. sed habetis manifestum ex hac re qui bilem furor accendat, quia paene absolutus ad iudicia uenit, pro quo orbis inlacrimat, et dum rebus extraneam in praedictum inuidiam sermone colligitis, paulisper reuerentiae nostrae diu ceruix superba submittitur. sacram enim congregationem tunc uocatis, quando extinctorem nostrum Symmachum uultis adserere, et crudeli pietate honori nostro putatis adcrescere quod residens in ecclesiarum arce perdiderit. nos ista non solum non sensimus, sed diuersa sentimus: ad alios magis tutelae uestrae uenena conuertite. non habet testimonium defensoris qui repugnanti inpendit oris obsequium: perdit quam esse putat beneficii gratiam qui aliquid praestat inuito, quia non est munus nisi quod uelis accipere.

Nunc longa non opus est admonitione iam perditis: odium debemus operi, de cuius iam non superest quod damnetur auctoribus. mulierum turbas adseritis urbanis coloribus cum praefato ad iudicia conuenisse, et illa uestra subtilitate ostenditur sexus qui maiorem antistiti debuisset affectum. profanissimi

1 furore uocauit *BT* 3 studit *B* 4 non *om. R* 6 intentione uestram ostentationem *A* urm̃ *V* 7 accerbitatem *T* 8 pulsatus *R* 10 furor] fore *R* 11 adcendat *B* poenae *R*, pene *PT* 13 collegites *BV*[1], collegitis *R* ceruix—congre *T in ras.* 14 sub mittitur *V* sacra *Rm* 15 simacum *T* 16 quod] quia *T* 17 eclesiarum *B* arte *T* ita *B*, ita *Rm* 21 inuitus *R* 22 uellis *B* 23 ammonitione *R* perdistis *V*, perdididistis *Pb* 24 dampnetur *R* actoribus *T* 25 adseretis *B* 27 qui—profanissimi *om. R* prophanissimi *Tm*

hominum, scriptum retineo: aliud est male dicere, aliud accusare, et prophetam dixisse: reprobantes uerbum sperastis in calumnia et in tumultu, et estis in eo: propterea erit uobis iniquitas haec sicut interruptio, quia pro nobis dicit deus: eos uero, qui iudicant uos, ego iudicabo. et iterum ad seruos suos dicit: nolite timere obprobrium hominum et blasphemias eorum ne metuatis. rursus etiam uobis clamat: accedite huc semen adulteri et fornicarii: super quem lusistis, super quem dilatastis os et eiecistis linguam? numquid non uos fili scelesti estis, semen mendax?

Quae quibus copulatis, aduertite, dicentes: "indicta causa, derelictis defensoribus papa discessit", fori nobis in negotio praesenti et platearum quarum estis hypocritae exempla proponentes. nobis scriptum est per Paulum apostolum: quibus crucifixus est mundus, quid illis cum foro? sed ista nescitis aut, quod est grauius, nota contemnitis. peregrinum credo aliquid et a ratione separatum postulans papa discessit. nonne hoc sperauit pro statu labentis ecclesiae pastorali cura constrictus, quod et religiosa prouidentia et causae ipsius ordo flagitabat? quae enim iudiciorum forma praecesserat, ut nobis hostiliter disruptis, etiam per suggestionem uestram sublatis ecclesiae opibus, qui diu fuerat cibus esurientium famis mancipium uideretur effectus, dum alimentis distributor egebat, ut fieret in dominatu seruitus et in seruitute dominatus? quae

1 Cic. pro Cael. 6 2 Es. 30, 12 5 Es. 49, 25 6 Es. 51, 7 8 Es. 57, 3. 4 15 cf. Gal. 6, 14

1 nisi hominum *R* 2 profetam *BLV* 4 propterea—interruptio *om. L* 5 dominus *Pb* uero *om. m* 6 iterum *om. A* 7 blasfemias *B*, blasphemiam *Rm* 10 egistis lingua *B* 11 filii *ALRTV* scaelesti *B*, scelestis (estis *om.*) *R* 12 quae *om. R* dicens *R*, dicatis *m* 13 dicessit *T*, decessit *b* 14 platarum *A* ypocritae *ABLPTV* 17 contempnitis *LRV*, contempnetis *B* 19 stratu *V*[1] eclesiae *B* 20 relegiosa (r *corr.*) *B* 21 praecesserat ut (cesserat ut *in ras. corr.*) *T* a uobis *fort.* 22 sugessionem *B*[1] sublatib: *V*[1] 23 eclesiae *B* cybus *R* 24 dstributor *T* aegebat *B* 25 in dominatum *L* que *T*, usque *Rm*

hoc qualitas praecedentis aeui per memoriam in medium transacta reddebat? qualis habuit effici ex censura conuictus, in quo causam adiudicatio praecedebat? non fuit priuilegium, quo spoliari potuit iam nudatus. unum uobis putastis residere in sacra collectione subsidium, ut ad tuendorum inmanitatem criminum sacerdotes uobis comites iungeretis et fieret inpunitum facinus pollutione multorum. numquam conuenienti tempore censor adsciscitur, qui ad decisum paene negotium conuocatur: criminosi etsi est meritum, tollit accusator, qui in eo plus furori suo uult licere quam iudici. dicit enim uos inpetens propheta: haec est pars eorum, qui uastauerunt nos, et sors diripientium nos. ite, angeli ueloces, ad gregem conuulsum et dilaceratum et populum terribilem. ad uos angelus missus est, scilicet per sacerdotes, quorum uoce atque merito perferenda Christo dona suscipiunt et placato dominante inpetrata mortalibus uota concedunt, per quos uobis oblata sunt munera repudiata concordiae, qui poenam merentibus dilectionis praemia detulerunt, qui dum se considerant, in nullo quod merebamini resperaverunt.

"Quis eum" inquiunt "uidit cum accusatoribus suis aperta, ut aiunt, pugna confligere?" inpudentissimi hominum, quem cum quibus uultis decertare, respicite et utriusque partis, si quid salutis in uobis resedit, loca tempora personas adtendite: et si uos nefarie congesta cordis adhuc praui non subegit opu-

11 Es. 17, 14 et 18, 2

1 memorias *T* 2 qualiter *Rm* conuictus] iudicatio *add.* *ARm* 3 priuilegiū (legiū *in ras.*) *A*, priuilegio *R* 4 quo *om.* *AR* putatis *Rb* residere *T* *in ras. corr.* 6 triminum *T*[1] 7 pollicione *L* 8 adsiscitur *A*, adscitur *L*[1], assciscitur *R* ad decisum] additi sunt *R* 9 conuocatus *R*, conuocantur *m* accusato *B* 11 profeta *BLV* 12 deripientium *B* 15 adque *B*, ad per *R*, ac *m* 16 a mortalibus *Rm* 18 dilectionis] delectationis *Am* 19 respexerant *R* 22 imprudentissimi *Rm* hominum *Pb*, omnium *ABLRTVm* quem] que *AR*, qui *m* 23 despicite *R* 25 nefarię *B* congesta (on *in ras. corr.*) *T* opolentia *B*

lentia, oculos ad deum paulisper adtollite et uel breui tempore sinistri monitoris iussa contemnite. agnoscitis summi regis praeceptionibus uos in his, quae merito plectenda sunt, non muniri, quia quamuis responsi qualitatem dictent dogmata postulati et petitio dum existit praeuia quae sint secutura describat, numquam tamen cassibus uestris libera regnantis uerba cepistis, numquam desideriis per aucupia calliditatis imperialia uobis scripta militarunt. quotiens uanis hiatibus nocendi inefficax morsus increpuit? quotiens de accusato quicquid spe tenuistis effugit et uacuos imago praesumptione occupata deseruit? deo gratias, qui hanc prouidentiam indidit ei, cui rerum humanarum summa conmisit. spes certa quietis est et salutis perfecta in gubernatore sapientia. puppis, cuius magister ad claui regimen intellectus dote praeparatur, ubique stationem, ubique portum habet in fluctibus. certa est generalitatis securitas, quando rempublicam nobilibus regit artibus institutus. scit imperatoris nostri caelo infusa dispensatio obuiam manum famosis in fallendum ingeniis exhibere. labore apud eum non opus est, quem sortita est olim nuda ueritas defensorem. cessent impii conmenticia apud illum simplicitatem fraude mentiri: quicquid se aduersus iustitiam mouerit mox tenetur: nihil apud praedictum tutius innocentia est: legatione ualida utitur qui aequitati res congruentes insinuat: quae grauis est plerumque principibus inpugnatio, minus fide-

1 oculis V^1 2 monitus *R* contempnite *ABLRTV* 3 qui T^1 plectanda *A* 4 muneri *B* dicent *Rm* 5 postulata *m* exsistit *AB* preuia *R*, breuia *A* sequutura *A* 6 discribat *BV* cassibus *BLPVbm*, casibus *ART* ueris *A* 7 cepistis *PT*, coepistis *ABLRV* desideriis *inclusit Schottus* acupia *B* 8 milita**runt *L*, multarunt *R* quoties *ARm* 9 quoties *A*, toties *Rm* quidquid *B* 13 pupis *T* 14 clauu T^1, claui gubernaculi *A* dote praeparatur *om. A* 15 est *om. ARm* 17 sit *Rm* 18 fallendo *m* 19 quam *A* olim est *T* 20 impia *Rm* commentitia *ART* 21 quidquid *B* se aduersus] sit dum *Rm* nouerit *Rm* 22 totius BV^1 23 lectione *Rm* qui] quia ARV^1m congruenter *ARm* 24 grauis est (uis est *in ras. corr.*) *T*, grauis *B* fidelium uel infidelium *A*

lium blanditiis non legatur. sed haec deo melius narrantur, a quo frugis huius planta descendit.

Ad uos me reducit propositi operis non amica condicio, qui melioribus hactenus operam uolui nauare sermonibus, dum captiuam orationem exigit imperiosa necessitas. dixistis enim: "quomodo de causa uel qualitate eius primitus tractabatis, cum necdum haberet synodus firmitatem?" o frontem dictionis inmundae et faciem libelli, quam non sola maculauit inperitia. tractatus nostri prouinciam et narratis et quaeritis. hinc eramus nempe dubii, quia, quemadmodum loquimini, non habebat synodus firmitatem: transibat negotii qualitas audituros et plus adhuc remanserat in reuerentia pulsati, quam esset in nostri integritate collegii.

Deinde pro quaestionum tormentis uenerabilem Laurentium et Petrum episcopos a communione papae se suspendisse replicatis et quicquid prouidit cautio conuocatorum ducitis ad crimen inpetiti. ullone ergo tempore, dum celebrarentur ab his sacra missarum, a nominis eius commemoratione cessatum est? umquam pro desideriis uestris sine ritu catholico et canomore semiplenas nominati antistites hostias obtulerunt? aliquando, quod capiti uestro adscribatur, facta est apud deum offensa per gratiam et extitit nutrix ueniae peccati mater oblatio? fuerunt quidem corporis tantum conuentione separati, quos loqueris, animarum tamen praesentiam non uitarunt. si

1 blandiciis *R*; non utuntur legatione *add. A* narratur (u *s. l.*) *V* 2 huius modi *Pb* discendit *B* 3 conditio *ABLRTV* 4 operum *ARm* pernauare *A*, pernauari *R*, peruagari *m* 7 dictionis *om. R* immunditiae *R* 9 nostri] non *R* prouintiam *ALRV* hic (n *s. l.*) *V* 10 erramus *T* habeat (b *s. l.*) *L* 11 auditurus *B* 13 nostri *om. Rm* 14 pro] post *Rm* torrentis *AR*, torrentes *m* 15 se *T s. l.* replicatus *B* 16 quidquid *B* preuidit *T* causatio *B* 17 ullo|ne (ne *in mg. add.*) *B* 18 a nomine eius *T in ras. corr.* 20 simiplenas *B*[1] antistitis *R* 21 uestro] epo *A* 22 extitit] exultat *Pb* peccati ueniae *m* mater *om. A* 23 sepatim *T*[1] *ut uidetur* 24 presentia *A* uitauerunt *L*[1]

eos putas a consortio mutuo dissociatos, quos fibula religionis pio mordens dente coniungit, procul te ab aestimatione catholica culparum duxit affectus. mandati caelestis habitatio nos aut miscet aut separat: non interest quae interualla nos segregent, si uno in supera mansione conclaue retinemur. uere hinc conicimus esse uos seruos uentris et corporis, et per hanc sententiae uestrae uilitatem declaratis mancipia uos esse terrena. scriptum est enim: animalis homo non percipit quae sunt spiritus.

Post haec uersis in fugam ordinibus lymphatici more sermonis addidistis: "ergo concilia sacerdotum ecclesiasticis legibus quotannis decreta per prouincias, quia praesentiam papae non habent, ualitudinem perdiderunt?" legite, insanissimi, aliquando in illis praeter apostolici apicis sanctionem aliquid constitutum, et non de maioribus negotiis, ad conlationem si quid occurrit, praefatae sedis arbitrio fuisse seruatum. sic enim habes: si quis episcoporum iudicio prouinciali depositus fuerit, Romanum papam, si placet, rursus appellet, et ipse, si uidetur, reparet iudicia in opitulatione damnati. ecce enode est, quod ad laqueum praeparastis, nisi forte artissimis in illa parte nexibus adstringamur et replicationum nobis itinera non patescant, dum callis ante peruius dumetis nouella interclusione uestitur.

8 I Cor. 2, 14 16 Syn. Sard. c. 3

1 conseruo *A* mutuo] motu *Rm*, mictu *A* 2 pia *Am* mordens dente] mordente *Rm* 3 dixit *A* habitaciones *A*, obauditio *Rm* nos *om. A*, uos *T* 4 miscit *B* separet *A*, superet *T* interualla] interrura *R* 5 supera *Sirm.*, superna (*a corr.*) *T* conclaui *Tm* 6 conicemus *B*, conuincimus *m* 7 sentiae *A* declaratos *T*[1] 9 ea quae *Abm* 10 lympatici *R*, limpatici *A*, linphatici *T* 11 addedistis *B* 12 quodannis *B* prouintias *LV* praesentia *B* 14 apostolice *T* 15 consolationem *B* 17 iuditio *AR* prouintiali *LV* 18 si fuerit *R* romanam (us, u *superscr.*) *A* placit *B*[1] appelit *B*[1] 19 reparet (aret *in ras.*) *R* 20 damnati (p *superscr.*) *R* node (e *superscr.*) *L* *post* est *7—8 litt. eras. in L* 21 artissimus *L*, artissimi *V*[1] 22 patescant (*e corr.*) *B* 23 praeuius *m*, phuius *A* dumethis *A*, dē et his *R*

His enim nos eloquii uepribus, dum gradimur per plana, retinetis, cum dicitis, laesum principem, quare adtributum uisitatorem contra ecclesiasticas regulas prima uoluimus fronte discedere, ut nihil amplius liceret tunc uitiis, ne duresceret lolium, ne profana messis nulla disciplinae ante maturitatem succisa falce decumberet et putaretur licere quod indices non uetabant. unde ex aperto constat, nulla uos extra praestantiam piissimi regis, quam frustra desideratis noxae copulari, exemplorum auctoritate fulciri. superest, ut et ipsum doceam in his excessibus, quod bono uniuersitatis contigit, non teneri, quia directum non occasionem litis nec fomentum iurgii, sed causam uoluit esse concordiae, praeuidens scilicet, quod nisi simplicem iussionum suarum tutela uallaret, cito in escam discidii toxica uestra subriperent. scriptum est enim: uir simplex credit omni uerbo. idcirco mandati limitem fixit, quem nulla liceret transgressione uiolari. praefatum ad beati Petri basilicam, mox Romam perductus fuisset, mandauit occurrere, faciens de sacerdotis uoto regis imperium. quis enim non putaret pontificem sponte pariturum in ea parte, quam licere sibi princeps non credidit, etiam si uetaret? ibique papam ab eo salutatum suo ore iussit adfari, ut traderet coepiscopo mancipia nullis subdenda tormentis, seruanda profecto ad disceptationem synodalis examinis. o castitatem praecepti, quae dum facem praesentibus praefert temporibus, in umbram cogit antiqua, quae rapit lumen ueteribus inauspicato

14 Prou. 14, 15

1 uos *R* uepraebus *B*[1]*V*[1] 4 ut *scripsi*, et *libri* licere tunc *B*, liceret hunc *ALPRTVb* uiciis *TV* 5 maturitatem ante *T* 6 non licere *m* 7 uetebant *R* nonnulla *L* praestantium *R* 8 desideriis *R* 11 fomitem *m* 13 iusionum *A* ualliaret *B* 14 suriperent *A*, subreperent *P* 17 mox ut *c*; *cf. Wiener Studien II p. 247* 18 occurre *L*[1] imperiam *B*[1] 21 suo *om.* *Rm* 22 seruando *A* 24 facem *B s. l.*, facē (¯ *in ras.*) *T*, faciem *Rm*, fatiem *A* praefert (ae *corr.*) *B*, prefret *A*, praeferret *Rm*, prefert (fert *in ras. corr.*) *T* 25 antiqua *AB*, antiquam *LPRTVbm* inauspicatam *T*

splendore nouitatis! quis hoc lingua diues cuiquam merito pauperi uel opinionis fabricator adiunxit? quis taliter commenticiis laudibus locupletauit fama dominum actuum suorum ueritate mendicum? non derogo uobis de scriptoribus, quorum beneficio contigit ornata ad nos maiorum gesta perduci: sed dei beneficia non tacebo, quia princeps noster rebus superat decora sermonum. obnoxiam linguis gloriam non requirit: ad laudem suam incuriam credit esse quod iungitur. respicite quasi libra qua dispensatione uenerabilis causarum trutinator inspexerit, ut cum petitioni uestrae effectus artifex praestaretur, in omnibus tamen iura ecclesiastica custodiret. quae ad hanc aestimationem quamuis acutiora ceteris corda sufficiunt? uno tempore, una scriptione, sine aequitatis detrimento desideria uestra supplentur, et eadem carta ad ministerium religionis et uestrum destinatur ad gaudium. boni enim principis praeuidit inquisitio, seruilem adsertionem innocenti examine non probandam. in electione enim uenerandorum iudicum ipse accusantes extra ordinem reppulit, ipse ad spem retulit accusatum.

Videamus tamen, ista si facta sunt, si dei inimici etiam terreni domini non fuistis, dum Christum et regem parili temeritate despicitis et unus uobis ad utramque contumeliam ductus est criminum. destinatus antistes ab ipso conplendae

1 quis—adiunxit *om. Sirm.* diuis *B* quiquā *R* 2 pauper *Rm* adiunxi *R* commendatitiis *Am*, commendatas *R* 4 mendico *R* de scriptoribus] discriptoribus *LV*, discribtoribus *B* 5 gesta (s *ex* t? *corr.*) *T* 6 superat *B s. l.* 7 decorė *B* sermonem *V*[1] non—dispensatione *exh. B*, *om. ALPRTVbm et Sirm.* requiret *B* 8 iu(n)gitur *B* 9 (hd̃) uenerabilis *V*, hd̃ uenerabilis *T*, munerabilis *ARm* 10 inspexit *P et Sirm.* cōpetitioni *T* 11 eclesiastica *B* ad *L s. l.* 12 adaestimationem *R* accusatiora *B* sufficiant *B* 15 destinator *BV*[1] *et fort. T* praeuidit principis *R* alias prouidit uel peruidit *adn. Schottus in mg.* 16 inquisitoo *L*[1] 17 probandum *T* 18 accusantis *T* repulit *T* 22 dispicitis *B* utranque *T* 23 ē *T in ras.* antistis *B* complendat *R*

iussionis confinio oris uestri spiris abripitur et ad incentiuam confusionis aptatur, qui paci militaturus aduenerat. inuisis beati apostoli liminibus ad usum furoris uestri iam nescius sui aduocatur, et illud quod ex omnibus orbis cardinibus deuotos adtrahit positum in uicinitate transitur ecclesiarum fundamentum: adiri non permittitur structura mediocris. tunc spem bonorum fructuum perdidit a radice separatus. dicatis forsitan, apostoli genio decerpi, si putatur caeli ciuis terrarum locis includi. tamen quamuis benedictio poscentibus ubique praestetur et exigat praesentiam martyris fides et deuotio supplicantis, negari non potest, diligentiae natali solo plus tribui et maiorem affectum loca impetrare, de quibus ad superna transitur. quam fidem allegationi curationum multitudo iam praestitit, et utimur post obsidionem diabolicam testibus iam sanatis. haec licet per redemptorem nostrum in toto orbe celebrentur, est tamen non modica monumenti illius per frequentiam conparata nobilitas, quia per eum qui hominem mutauit in angelum inlustrari potuit natura telluris. hanc uisitatori uestro inuidistis gratiam, aestimantes quia errorum uestrorum sectator esse desisteret, si reuerendae passionis penetralia contigisset. ecce non habetis in regia auctoritate subsidium: ecce post caelestem commotionem iuste uos et principalis, quam sperni fecistis, censura percellit.

Videamus si superest aliqua de regulari propositione defensio. "uisitatores" inquiunt "et aliis episcopis ipse dedit, et iustum est, ut facti sui lege teneatur". non uos in hoc titulo

1 uestris piris *LV*¹, uestri spiritus *m* intentiuam (c *suprascr.*) *R*, incentiuum *c* 2 abtatur *ABLV* 3 luminibus *L* 5 adtrahet *B* eclesiarum *B* 6 adiri *scripsi*, adire *libri* funda non *T* fructuram *R*, staturam *m* indiocris *R*, martyrii *uel simile latet* 7 fructum *R* a radice (a rad *in ras.*) *T* se*patus (se *ex* si *corr.*) *T* 9 ubi[que] *B* 11 negari *m*, negare *ABLPRTVb* solo] uolo *A* 12 tribuisti *L*¹ loca] lucit *R* 13 alligationi *A* 14 utitur *Rm* post *om.* *R* 16 munumenti *L*¹ frequentia *R* 17 comparato *A* 20 nostrorum *T* sectatores se *LV*¹ desisterent *T* 22 commotationem *B*¹ 24 super[est] *B*

falsitatis incesso, diu mendaciis adhaerentia uerba non arguo: dico tamen, latorem iuris definitionis suae, nisi uelit, terminis non includi, et nisi princeps fastidii summa moderetur, frustra ad illud quod dederit ius uocatur. lex probitatis et mentis est, quae hominem uiuentem sine lege castigat: proprie moribus inpendit qui necessitati non debet disciplinam. aliorum forte hominum causas deus uoluerit per homines terminare: sedis istius praesulem suo sine quaestione reseruauit arbitrio. uoluit beati Petri apostoli successores caelo tantum debere innocentiam et subtilissimi discussoris indagini inuiolatam exhibere conscientiam. nolite aestimare eas animas de inquisitoribus non habere formidinem, quas deus prae ceteris suo reseruauit examini. non habet apud illum reus de allegationis nitore subsidium, quando ipso factorum utitur teste quo iudice. dicas forsitan: omnium animarum talis erit in illa disceptatione condicio. replicabo uni dictum: tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo ecclesiam meam, et quaecumque solueris super terram, erunt soluta et in caelo, et rursus sanctorum uoce pontificum dignitatem sedis eius factam toto orbe uenerabilem, dum illi quicquid fidelium est ubique submittitur, dum totius corporis caput esse designatur, de qua mihi uidetur dictum per prophetam: si haec humiliatur, ad cuius fugietis auxilium, et ubi relinquetis gloriam uestram?

Quid si inmunda mihi labia habenti et nullis succensi car-

16 Matth. 16, 18 et 19 22 Es. 10, 3

1 mendatiis *AR* adherentia *B* 3 fastigii *PRbm* 4 ad illud quod *T in ras.* quod dederit ius] de clericis quod deterius *Rm*, quod dederitius quod deterius *A* 5 propriae *BV* 6 qui] quia *Rm* 8 sedis (is *in ras. corr.*) *T*, sed sedis *bc*, sed *R* istius praesulum *T in ras.* praesulem *Pb*, praesulis *cm* 10 subtilissimam *Rm* 13 alligationis *A* 14 quod *L* 15 erat *Tm* disceptione *A* 16 et s. h. p. e. e. meam (*sic*) *T* 18 sol. s. t. e. s. et i. ce. *T* 20 quidquid *B* 21 sūmittitur *AR* capud *B* 22 profetam *BV* 23 fugetis *L* relinquites *B*[1] 25 nulli *R* succesi *B*, succensa *m* carbonibus *Rm*

bonis, ut Eseiae concessum est, undis abluta ipsum ad possessionis suae tuenda priuilegia Petrum apostolum liceret euocare et quod agit precibus humana uoce loqueretur? quem si audiretis, haec diceret: "fili hominum, usquequo graues corde? ut quid diligitis uanitatem et quaeritis mendacium? scitote quoniam mirificauit dominus sanctum suum. quid stabilita Christi manibus cupitis fundamenta subruere? quid canum possessionis genium illius, qui per culpas iuuenescit, ariete pulsatis, et diuulsione ecclesiastici gregis nouis me et post carnem passionibus subiugatis? inauditum sacrilegii genus est, quod mentitae religionis honore coloratis: dehonestat uenerandi reuerentiam nominis qui adiutorem se in his, quae in deum iactat conmissa, pollicetur. contumeliae genus est, quasi in solacio adesse sublimi, iuxta apostolum: tu quis es, qui iudices alienum seruum? quid auribus inperitis inluditis et grauiorem uindictae speciem facitis esse quam culpae? si odium debetis excessibus, uos mundate. cur liberius condemnatis scelera quam uitatis? sui inpugnator est qui fornicationis officiis urguet adulteria et per animarum stupra carnis accusat. scriptum nempe retinetis: maledicti omnes qui fornicantur abs te. foeda ergo a nitore domini sui obligatione dissoluitur qui statutis caelestibus minus mera fide dependit officia. possessionis nostrae

1 cf. Es. 6, 7 4 Ps. 4, 3 15 Rom. 14, 4 21 Ps. 72, 27

1 eseiae *B*, eseiae *V*, isaie *T*, isaiae *ALRT* undi *B*, ut dis *R*, ut his *m* ablutis *m* 2 tenda *B* 3 et *om. ARm* ait *ARm* praecibus *B* 4 hoc *Sirm.* filii *ALT* grauis *BR* 5 ut q. d. ua. et q. m. scitote q. m. d. s. suum *T* 6 mendatium *B* 7 qui *L* stabilitate *R* 8 subuertere *b* quid — *l. 12* coloratis *om. m* 9 iuueniscit *BLV* et] ut *B* diuisione *Sirm.* eclesiastici *B*, ecclesiastice *T* 10 nouissimę *A* 12 reuerentiam (ti *corr.*) *T* 13 pollicetur *L* 14 solatio *ALRV* 15 quis es] es qui *A* iudicis *BV*[1] 18 condempnatis *AR* uitatis *b*, uitetis *ABLPRTVm* 19 urguit *B*, urget *T* 20 stubra (b *ex* p *corr.*) *B*, stupra stupra *fort.* 21 fornicatur *B* faeda *R*, feda *BLPTV* 22 oblegatione *BLTV* 23 fidei *Rm* possessiones *V*[1] urae *ARm*

uobis, ut uideo, claritas mouit inuidiam, quam simulata in malis possessoris indignatione transfertis, dum desudatis inpendiis. arcem, qua fuistis conspicui, crebris labefactatam ictibus, nisi obsisterem, proposuistis subruere et caelo stabilitam machinam, quanta sit, ostendere per ruinam. nolite praestolari de clade uestra uictoriam: nolite triumphum superando perdere meis laboribus meo sudore quaesitum. quicquid ad tropaeum ducit, obtinui: quicquid uos inlustres faceret, in sede congessi. uobis tribuit claritatem fax ista quam uiperino liquore putatis extingui. in perniciem propriam accenditur qui sic saeuit in gratiae suae germina, ut plantas abscidat: liberior iusto iracundia plus quam alios lacessit auctorem".

"Symmachi quos uocatis excessus, si sunt, illa qua et uos expectatione sustineo: nefas est peccantem patientiam iudicis non amare. quid nisi ultionem flagitat, qui dum reus et ipse sit, uindictae in altero moras accusat? haec illis a me uox debetur studiis, quia deum dixisse teneo, pronum esse hominem in malitia et omnem carnem amicam esse peccatis. nolo occasione personae innumeris datura dignitatem fiat in abiectione possessio, ne, dum homo incessitur, lex diuina frangatur. mihi credite, si sunt ista quae dicitis, respicio, quia et in illis, de quibus nihil tale dicebatur, quid fuisset inspexi. errat qui falli deo proximum credit: m i h i u i n d i c t a m , e g o r e-

18 cf. Gen. 6, 5. 8, 21 24 Rom. 12, 19. Hebr. 10, 30

2 mali *Am et Sirm.* transfertur *T* 4 i*ctibus (e *eras.*) *B* obruere *Bb* 6 praestulari *B* triumphum (*alt.* um *partim in ras.*) *B* 7 quidquid *bis B* 8 tropheum *ABLPRTV*, triumphum *m* dicit obtinuit *A* 9 cong*essi *LT*, congessit *A* pax *R* 10 adcenditur *B* 11 in *ABRm*, ut *LPTVb* ut *ARm*, aut *BLPTVb* 12 iracumdia *A* lascessit *A* actorem *T*, aucrem *B* 14 simmachi *T*, simachi *A* uocatis (is *in ras.*) *T* excessos *B* qua *om. AR* 15 pacientiam *RV* 16 reus *ex* retis *V m. 1* 17 mores *R* 19 peccatis (ccatis *in ras. corr.*) *T* 21 necdum *B* incessetur *B* 23 de *om. ALRTV* nil *ARm* qui *A* inpexi *L* 24 fallit *R* et ego *Pb*

tribuam, dicit dominus. uos potius olim fili, de quibus spiritalis uentrem partus onerabat, ad abiuratam redite concordiam: pio uos sinu, sicut habuit hactenus, ecclesia mater accipiat. numquam est sera correctio: scit diu expectare inmodico labore quaesitos: nescit pro uilibus despicere magno pretio conparatos. multis gradibus recursus est ad salutem: praeter desperantem nullus excluditur: fructus ueniae proximus est coronae. nolite Symmachum papam pressuris uestris iuuare: si reus est, mihi credite, cum cessauerit humanae inpugnationis ministerium, diuinum mox succedit arbitrium. nonne in splendidissimi cognitoris lance praedicto aut poena debetur aut praemium? syllogismos a me sermonum et schemata non quaeratis. antiquo adhuc utor reti post hominem et inrisam a sapientibus saeculi cumbulam non reliqui. illa me per mundi freta sustentat: ditat probatum in captione hominum rete, quod cernitis".

"Redite ergo, quia fuga uos nec dum essetis agrestes eripuit: currite ad ouile, ne luporum uos exponatis insidiis, ne per moram amittatis gratiam sponte uenientum, quia contemptam inuitationem gehenna subsequitur. ego si quid dulcedinis ut pater debui, si quid districtionis ut adtributus a deo magister inpleui, prouidete ne diutius qualemcumque crucis meae angulum rara Leuitarum corona circumdet, ne dolenda etiam extraneis in longum solitudo dominetur, ne labor uteri mei sterilitatis uice hostilem peperisset

1 filii *ALRTV* 2 adiuratam *Rm*, adiurata *A* 3 eclesia *B* 4 sera] secura *R* currectio *A* scit *ex* sicut? *corr.* *L* 5 quęsitis *L*, quesitis *T* dispicere *AB* 6 praetio *B*, precio *LTV* conparatus *V*[1], conparatis *L* 7 disperantem *B* 8 est *T s. l. m. 2* simmachum *AT* praessuris *BV* 10 succendit *L*[1], succedet *m* splendissimi *LV* 12 sillogismos *AT*, syllogis••mos *L* scemata *BT* 13 utor rete *BV*[1], ut horret *A*, horret *Rm*; sermone *add.* *T exp. corr.* post hominem *inclusit Schottus, om. c* in rixam *T* 14 cymbulam *m*, cymbam *coni. Schottus* 15 captionem *ARm* 16 cernites *B* 19 uenientium *Tm* 21 dulcidinis *B* 22 magister a deo *T* 23 angelum *ARm* leuuitarum *B* 24 dolenta (d *s. l.*) *V* 25 sterelitatis *B* pareat *b*

familiam et numerosa proles per sinistros actus infecunditatem parientis ostendat. pauca sunt quae adserui, sed quanta ex his pendeant aestimate. uenite, fili, audite me: timorem domini docui uos. Romam respicite, quam ab idolorum seruitute sine auri, sine argenti pretio liberam sanguinis Christi fecit effusio, cui etiam meam seruuli sui mortem iussit inpendi, quae per multa tempora famosis cultum delubris exhibuit, quae diu uenerata est in imaginibus daemonum quem laborante censu indiderat manus magistra terrorem, quae suspexit potestatem numinum emptam pretio metallorum, cui sublimiores deos peperit exercitatior manus artificis et diuinitatem quam homo per fabricam contulit apud homines dei habuit forma maiorem. ecce iam Christo propitio ad nouas fornaces simulacra redierunt: ecce iam de obsoleta superstitione usus uester accipit quod laetetur, dum de ueteri tonante noua merito uascula praeparantur. quid hanc adnitimini interrumpere quietem? quid ludere uanis intentionibus felicitatem? excusationem non habet furor iste, si creditis: non interest quibus itineribus ad mundi principem currat qui a sancta unitate desciscit: pingues hostias litat diabolo qui contristat ecclesiam. uanas ergo repudiate tendiculas: simplicem habet defensionem pacis affectus: nimis armatus est qui illa quae aduersarius concordiae ministrat tela contemnit: sufficit contra omnia iacula iurgiorum fidei nuda oppositio. quid Eulali et

3 Ps. 33, 12

1 familia* (m *eras.*) *T* numerosa* (m *eras.*) *L* prolis *B* sinistro *R* actos *B*, factus *R* infoecunditatem *R*, infunditatem *L* 2 parentis *ALRTV* 3 peudant *AR* filii *ALRV* me t. d. d. u. *T* 4 docebo *A* 5 precio *ALTV* liberam *B s. l.*, liberati *A* 8 imagnibus *L*[1] quem] quae in *Rm* 9 indierat *AR* errorum *Pb* 10 emtam *B*, epmtam *Rm* 11 sublimioris *B* 13 propicio *LV* 14 superfactione *A* 15 urt *A*, ur/// *L* accipiat *B*, accepit *m* de *om. L* 16 praeparantur] ppa *A* adnitemini *B* 17 ledere *B* 18 credis *L* 19 currat] tendat *m* a* *T* 20 disciscit *BLPV*, dicescit *T*, discordat *Am*, descordat *R* diabulo *B* 21 repudi*ate (t *eras.*) *L* 23 contempnit *ABLRV* 24 eulalii *ARTV*, eu*lalii (l *eras.*) *L*

Bonifaci tempora, dum malorum solacium quaeritis, reuocatis in medium? quid incrementis excessuum praesentatis uetusta contagia et per iniquam uoluntatem senectuti in operiendis delictis facitis nil licere? alia tunc fuit causa discordiae, et nisi narrando cogerer sustinere transacta, ostenderem uobis nullum euenire solacium de conparatione factorum, quia illos, quos ad pontificale fastigium intentioni obsequens feruor euexerat, utrosque repperi, hunc elegi, quia de illis teste exitu nemo mihi placuit: de istis contra regulas nitentem profugum feci, prouectum legitime mundo impugnante seruaui. scitis ista nec noua sunt, quia, dum ille truditur, iste firmatur, uester mihi militauit adsensus".

"Deinde cur in perniciem uestram laeditis sacerdotale concilium? cur laceratis sententiam, in qua inspirante Christo oracula superna patuerunt et inter deum atque homines interpres extitit lingua pontificum? quid generalis ecclesiae dolorem facitis quamuis in principali tamen in una conmissum? illa enim caeli curia uariarum dotibus aucta curulium et multo redemptoris nostri auro ostroque decorata nihil in illa decisione auctore se protulit, sed per humanae linguae ministerium diuino militauit imperio. intellexit non esse suum quicquid inpulsa constituit: nihil habet in illa sententia, nisi unde de sola deuotione gratuletur: peregrinum stilus sensit eloquium, inde sumens solam gloriam, quod infusa sibi et seruauit et coluit. quid his de exemplis euange-

1 bonifati *B*, bonifatii *ALRV*, bonefacii *T* solatium *ABLRTV*, solatia *m* reuocantes *B* 4 nil] nulli *R* 5 errando congerer *A* 6 solatium *ALRT* cōparatione (cō *ex* con, pa *ex* pu *corr.*) *L* 7 fastidium L^1TV^1 intentione AV^1 8 repuli *T* de] ex *Rm* 9 regulam *A* 10 legitimae BV^1 scites B^1 11 nouas *A* 13 pernitiem *AR* leditis *B* 14 lacerates B^1 15 potuerunt *A* 16 interpraes *B* quid] qui de *R* 17 in *ante* una *om.* *Schottus* 18 curia] concilium episcoporum *A* *s. l.* *add.* curalium *Rm*, curalium^{senatorum} *A* 19 auro^{purpura} hostroque *A* 20 decisione *scripsi*, dicisione *B*, discissione *LPTVb*, discessione *ARm* 22 quidquid *B* 23 de sola] solata *Rm*, sola (de *inclusit*) *Schottus* 25 *prius* et *om.* *P et Sirm.* de *B* *s. l.*

licis praeparastis calumniam? sicut de uobis scriptum est: errauerunt in ebrietate, nescierunt uidentem, ignorauerunt iudicium. nam dum profanis memoratos uerbis caeditis, et inscitiam proditis et liuorem. isti ergo resurrectionem corporis quam praedicant non credentes haereticis se miscuere contagiis? isti quod abiurant linguis corde sectantur? ergo quia dixerunt, eum timendum esse, qui potest corpus occidere et animam mittere in gehennam, ideo a fide aliena texuerunt? ecce profundam inperitiam! en beatum Lucam, cuius potestis adsertione conuinci, qui clamat: timete eum, qui postquam occiderit corpus, habet potestatem animam mittere in gehennam. quid hic locus erroris, ubi congruentia pari ductu exempli et historiae uerba concurrunt nec diuersum est ab intellectu catholico et lectionibus quod profertur? numquam bene nodus in scirpo quaeritur: non inuoluunt nebulae praedicantes lucis auctorem. resurrectionem ergo carnis non credunt, quia posse corpus confitentur occidi, quia peccatricem animam gehenna mancipari? densis cor uestrum uepribus suffocatur et interna uitia aliis certat adscribere. Iohannis etiam apostoli iactatis scripta uiolari, quia ex uerbis eius dictum est: si dicamus quod

2 Es. 28, 7 7 cf. Math. 10, 28 10 Luc. 12, 5
21 I Ioh. 1, 8

1 praepastis (ar *s. l.*) *V* calumnia *R* 2 ebrietatem *B* 3 dum *om. Rm.* 4 cedetis *B*, ceditis *LTVm*, creditis *Ac* inscitiam (insci *in ras. corr.*) *T*, insci**ntia (en *eras.*) *L*, insaniam *R* prodites et liborem *B* 5 praedicaui *R* hereticis *ABLRTV* 6 se *om. m* quod] quidquod *A*, quicquid *Rm* ⁚ adiurant *A* corpus *om. Rm* a *B s. l.* 9 texuerunt] resurrexerunt *A* en] haec *R* 10 lucā (ā ex ū *corr.*) *L*, lucan *V* timere *R* 11 potestatis *A* 12 quid (a *s. l.*) *B*, quis *ALRTVb* 13 exempli] euangelii *fort.* 15 quod *om. R* scirpo (iunco *s. l. m. 2*) *A* 16 inuolount (u *s. l.*) nebule *B*, inuoluit nebula *ALRTVbm* praedicantes *B*, praedicate *LTV*, praedicatae *ARbm* auctorem *B*, auctores *ALRTVbm* 17 qui *B* posset *A* 18 gehennam *AR*, gehennae *Pb* ancipari (m *s. l.*) *V* 20 ihō *A* iactates *B*[1] *V*[1] 21 eius *om. R* quod] quia *ARm*

peccatum non habemus, mendaces sumus, et ueritas in nobis non est. de codicum diuersitate nil conqueror. ideo ergo corrupta sunt apostoli monita, quia non iunxerunt: nos ipsos decipimus, et quia iunxerunt: mendaces sumus, non solum diuinae, sed etiam humanae rationis ignari? qui ueritatem non habet, mendax recte censetur, nec alia re nisi falsitate plenus est qui integritate uacuus innotescit. sed haec in uobis non curanda sunt linguae oratione sed gemituum, nec magis sunt uobis exhibenda uerba quam lacrimae, quia liquido nocens est qui insontibus aut meritum culpabilis aut nomen opponit".

"Reliqua obiectionum uestrarum capita non reuoluam: praestat silentio damnanda sepeliri. nobilitatem dat facinoribus qui uentilationem ipsorum multiplici ad aures posteras relatione transmittit. beati Pauli est sequenda sententia, qui monet per discipulum cunctos et clamat: inanes quaestiones euita. multa enim sunt in propositionibus uestris, quae ita faeculentis ulnis peccandi amor amplectitur, ut fiant indigna memoratu: plura leuitas dehonestat, dum subductis euiscerantur uerba uestra ponderibus et de religionis causis elocutio uentosa conponitur, auris congruam sortita grauitatem, quae in palearum abundantia nihil est horreis inlatura de tritico, dum infecundam frugibus culmorum par-

16 II Tim. 2, 23

1 mendaces sumus] nos ipsos seducimus *ARm* 2 codicum] qua dicti *Rm* nihil *ARm* conquaeror *B*, queror *ALRTV* 3 sunt] est *A* 4 nos ipsos decipimus] nos ipsos seducimus *A*, mendaces sumus *m* non iunxerunt *ARm* mendaces sumus] nos ipsos decipimus *m* sumus sunt *fort.* 6 mendax] timendus *Rm* 8 gemitum (w) *B* 9 quam] que *R* 10 qui aliquando *L* aut— apponit *T in ras.* culpabiles *R* 11 opponet *B* 12 reliq. *R* 13 dampnanda *R* sepelire *B*, sepiliri *T* 15 religione (at) *B* 17 sunt enim *T* 18 feculentis *BLRT*, faculentis *A* 19 plara *B*[1] 20 nostra *T* religiosis *L*[1]*T* 21 conponetur *B* congruem *A*, congruenter *Rm* 22 habundantia *RT* horrehis *ex* horrebis *R* 23 infoecundam *Rm* parturet *B*

turit ubertatem et spem de herbae luxuria mentitur agricolis. de quibus nihil lucri uentilabra reperiunt, ⟨ea sunt⟩ igni debita incendioque peritura: de his scriptum est: d o r m i e r u n t u i r i s o m n i u m s u u m, e t n i h i l i n u e n e r u n t. nihil est, carissimi, pace dulcius, si tamen saporem eius non plenum amaritudine pectus excludat. breuiorem quidem admonitionem debueram, quam prolixam non parua uestri consideratio et diu in uobis iurgiis exercitata frons protulit. usus est multa peccantium stricta adlocutione non corrigi, et effusionem plurimi quam in delictis habuerunt, in monitoris sermonibus hanc requirunt. me satis est et diligentiae uestrae et iussis caelestibus obsecutum. in his, quae secutura sunt, locum sermonibus non relinquam, quia haec refero, mundi caput Romam per uestras intentiones esse prostratam et nutricem pontificii cathedram quasi ultimum uidere sedile despectam".

Cuius uocem beatus Paulus excepit et illa qua semper usus est eloquii intonuit libertate, apostolorum principem lenitatis incessens, quod fluxis et profligatis mentibus parentis adhuc seruaret affectum nec in profundum ductis ulceribus ferro medicante succurreret, rescindenda docens laminis secreta morborum et manifestae desperationi salutiferum esse uulnus adhibendum, ne, dum manus medici per impietatem a sectione carnis corruptae suspenditur, de abstinentia teli inuitetur exitium, quia, dum parcit aegris dextera, curandos interficit,

3 Ps. 75, 6

1 luxuriam *AR* agriculis *B* 2 uentelabra *B*[1] repperiunt *BLRV* ea sunt *addidi, om. libri* 3 uiri *om. Rm* 4 somnum *ARTb* kmi *T* 6 ammonitionem *RT* 8 diu in] diuini *Rm* excitata *ARm* 9 peccantum *T* 10 delicitis *A* 12 secuta *Rm* 13 romam caput *T* capud *B* 14 pontificem *T*, pontificis *Rm*, pontificiis *A* 15 dispectam *B* 16 excoepit *R* qua* *B* 17 ē* *T* 18 incessitis *Rm* proligatis *B* 19 nec] ne *Rm* 20 rescendenda *B* lamminis *BLTV* morborum et manifeste *T in ras.* 21 manifeste *BRTm* disperationi *B*, desperationis *T* 22 **pietatem (im *eras. m. 2?*) *V*, pietatem *Sirm.*, nimiam pietatem *fort.* affectione *A* 23 inuidetur *L* 24 aeg*ris (e *eras.*) *L* dexterā *R* interfecit *B*

nec grandis est differentia, utrum letum inferas an admittas. mortem languentibus qui cum possit non excludit inflixit. his ergo aduersus eos oris ianuam patefecit alloquiis:

"Omnis qui iudicas, in quo alium iudicas, te ipsum condemnas: eadem enim agis qui iudicas. scimus autem quia iudicium dei est secundum ueritatem in eos, qui talia agunt, et iterum: beatus qui non iudicat, in quo probat se ipsum. quae malum ratio est, ut praedicet non furandum qui furatur et prodigam uerecundiae frontem nube uestiat inpugnationis alienae? nemo recte monitoris personam suscipit, nisi qui actibus suis errata condemnat et amorem innocentiae conuersatione demonstrat. nam adiacet etiam publicanis amica moribus uitia damnare sermone et sceleratioribus linguae officiis punire quod diligunt, quasi non quoddam genus sit maiorum excessuum, dare rei affectum labiis, quam mente despicias, et ingenii uirus conloquii melle uestire. haec sic ago, quasi si uobis esset pudor pudicitia uenustas affectu⟨s aut cu⟩i liceret accusare doctorem et aduersus electum oris liuidi morsus aptare, cum ante futuri praescius per epistulam ad uos datam plena uoce monuissem: quis accusabit aduersus electos dei? deus qui iustificat: quis est qui condemnet? et iterum: o homo, qui iudicas eos qui talia agunt et facis illa, putas quoniam effugies iudicium dei? an diuitias boni-

4 Rom. 2, 1 7 Rom. 14, 22 21 Rom. 8, 33 22 Rom. 2, 3

1 lētum *LV*, loetum *R*, lotum *A* 3 adloquiis *A*, aliquis *Rm* 5 condempnas *R* qui *B*, quae *ALRTV* 6 autem *om. Rm* 7 eis *B* 8 malum ratio] ratio non *R* 9 prodigiam *A* 10 nubae *A* 11 rectę *B* 12 condempnat *AR* 13 publicanus *AR* dampnare *R* 14 sermone (ne *ex* nis? *corr.*) *L*, sermo *R* sceleratoribus *L* 15 quoddam *T in ras.* 16 dispicias *B* 17 si *om. Rm* 18 uenustus *R* affectus aut cui *scripsi*, affectui *ABLTV*, affectu *R* et *om. T* 19 aduersus *T in ras.* libidi *B* abtare *B* futura *Rm* 20 prescius *LTV* plenā *T* 21 accusauit *B* electus *L*[1] 22 condempnet *ALR*, condemnit *B*[1] 23 iudicasetis (eos *om.*) *A* et *om. B* putes *T*

tatis eius et patientiae et longanimitatis contemnis? accusatis malitiam repleti iniquitate fornicatione auaritia nequitia inuidia homicidiis condemnatione dolo malignitate, superbi elati inuentores malorum, parenti non oboedientes, insipientes incompositi sine adfectione sine misericordia. docetis fornicantibus neminem esse miscendum, adulteri Laurenti aut sequaces aut praeuii, per quos ille aut exseruit quae habebat toxica aut quae effundens monstrauit accepit. post illam inlecebrosae communionis maculam et pestem toto orbe exsecrabilem sacerdotes dei quasi obsoleta corporatos communione culpatis: reos putatis esse qui subiere consortium nullo teste conuicti, et sectamini hominem toto ecclesiasticae inscriptionis non dicam stilo sed ense perfossum. quod licet non licet et quod non licet licet. quemadmodum Iamnes et Mambres restiterunt ueritati, sic et uos mente reprobi, circa fidem proditores, proterui inflati, amantes uoluptatem magis quam deum, habentes speciem quidem pietatis, uirtutem autem ipsius abnegantes. o uim doloris interni! qui nequit expedire quod concepit, qui profundis ingestum uisceribus loquendi affectum, quem imperauit, inrumpit. nihil uobis ultra plus eloquar: quod de oratione remanet lamenta subplebunt".

Post haec si inter manus medicorum curatione aegrescitis

2 Rom. 1, 29 15 II Tim. 3, 8 et 4; cf. Gen. 7, 11

1 contempnis *ABLRV* 2 accusates *B* maliciam *LV* firnicatione] inmunditia *add. ARm* 3 condempnatione *AL*, contempnatione *R* 5 parentibus *Rbm* 6 imcompositos *R* 7 laurentii *ALRTV* 8 ***sequaces *T* exercuit *ARTm* 9 autq; *A*, atque *R*, aut *m* accipit *B*, quae accepit *m* 10 exsecrabilem *AB* 11 sacerdotis *R* obsoleta (eta *in ras.*) *T*, obsolita *ABLPRVb* corporatos *T in ras.*, conporatos *B*, comparatos *ALRVbm* 13 eclesiasticae inscribtionis *B* 14 ense* *B* 15 iamnis *B*[1]*LRTV* membris *B*, mambris *RTV*, manbris *A*, mābris *L* 17 proterbi *B*[1] 19 petatis *T* 20 nequid *B* 22 imperaui *AR*, imperat ui *m* ultra uobis *R* 24 aegrescites *B*, egrestitis *AR*

nec aliqua a coepto salutis consideratio uos reducit, saltem orbis parentem urbem uestram respicite: ipsa uos post defensores suos apostolos maerens adgreditur, ipsa conpellat et, si quid est pietatis in reliquum, orditur impetratura sermonem: "Me, quam dei summi templa repudiatis fanorum cultibus et nouae lucis nitore gaudentem fecerunt, ecce conspicuam, quam post sacella sordentia et multo pecudum tabo polluta ab hostiarum cruore dominici et apostolici sanguinis effusio purgauit, quam reducta post longum sanitas febrium fecit delubra contemnere, quam a uictimis liberauit oblatio, quae pacem Christi per idolorum inimicitias adquisiui, cui non fuerunt pene numerosiora dona quam numina, quam religio sua reddebat uaria deuotione mendicam, quam egestas oppresserat frequentia a diis suis beneficia postulantem, quae Curios Torquatos Camillos, quos ecclesia non regenerauit, et reliquos misi plurimae prolis infecunda mater ad tartarum, dum exhaustis emarcui male feta uisceribus, quia Fabios seruata patria non redemit, Deciis multo sudore gloria parta nil praestitit. profligata est operum sine fide innocentia: criminosis iunctus est aequi obseruantissimus, quia Christum ignorauit, Scipio. per totam uellem stilum ducere, si orbatae pectus pateretur, infantiam. sed quisquis lamentationis transacta relegit, lacrimarum tempora uidetur optare. nemo creditur

1 a *om.* *ALRTV* saltim *B* 3 merens *ABLRTV* 4 quid est] quidem *A* 6 gaudentem *APb*, gaudente *BLRTVm* ecce *scripsi*, esse *libri* conspicuum V^1 7 quam postquam *R* 8 effusio P^2 *et Sirm.*, effusione $ABLP^1RTVbm$ 9 fecit *om.* *Rm* 10 contempnere *ABLRV* quem *L* 11 per] post *m* adquisiuit *R* 12 innumerosiora T^1 r. sua] religiosus *Sirm.* 13 oppraesserat *B* 14 dis *BLV* 15 curius *B*, curios familia *A* torquatus *B*, torquatus *A* camellos *B* 16 infoecunda *Rb* thartarum *B*, tartharum *A* 17 faeta *LRV* fabius *B* 18 decus *Lm* nihil *A* 19 profugata *ARm* criminosi *V* 20 iuct*us (*alt.* u *ex* a *corr.*) *B* 21 uellim *B* si] non *ARm* 22 pectus] sustinere *add.* *ARm* trans acta *B* 23 ne*legit (g *eras.*) *L* obtare *A*

odisse quorum relatione non laeditur: qui siccam faciem de filiorum funeribus referens seruat certo teste crudelitatis arguitur. illa posteritas plus maeroris adtulit perdita, quam iucunditatis adquisita. relegamus tamen quibus mutata sint ista successibus. ecce iam in illo sacrario libertatis nihil seruile de idolorum cultibus inuenitur: ecce honorum corona, orbis genius, flos Romanus, quae diu uenerata est, plena sanctitate calcat altaria: ecce iam curia mea ad caelum uocatur laudatur accipitur, nec possum dicere, perdidisse me sobolem post gratiam baptismi quam uel repentina mors abstulit. multos trabearum uel curulium possessores supremus regnator siue dispendio cultus aut dignitatis amplectitur. pene iam terreni munificentia triumphi diuinum mercatur affectum, et hoc ad Christi gratiam proficit, quod mundo studetis esse uenerabiles. mentior, nisi egena agmina consulatus uestri in subsidio miseriarum praestolantur aduentum. etenim purpura uestra, qua anni uocabulum nobilitatis, subripientem miseris uestimentorum largitate pellit algorem. prope iam iterum necessitatibus ferunt auxilium decora fastorum, et ueteri infidelitate deposita in tali praeparatione census dispendia efficiuntur lucra animarum. ecce nunc ad gestatoriam sellam apostolicae confessionis uda mittunt limina candidatos, et uberibus gaudio exactore fletibus conlata dei beneficio dona geminantur".

1 odisse *BV*¹, non odisse *ALRTV nisi quod in V* n̄ *postea in mg. add. m. 1* leditur *BL* 2 arguetur *B* 3 meroris *ABL*² *RTV*, memoris *L*¹ taquam *L*¹ 4 iocunditatis *ART*, ioconditatis *L*¹ 5 istas *B* seruire *AR* 7 geniis *R* 9 perdedisse *B* 10 subolem *A* quem *A* uel] et *BLm* 11 supraemus *B* 12 s̄n *T in ras.* cultiq; *A* dignitates *B*¹ 14 profecit *B* mundis *A* 15 mentito *A* aegena *B* consulatur *R*, consolatur *A* 16 prestolatur *T* 17 qua* *T*, quo *ARm* nobilitatis (is *in ras.*) *B* subrepentem *exspectes* miseriis *L*¹ 18 algorum *V*¹ 19 fuerunt *ARm* 22 uda*mittunt *T*, ut amittunt *B*, uel amittunt *Am*, uel ā̄mittunt *R* 23 exactore* (m ? *eras.*) *B* collata *R in ras.* dī *T in ras.*

"Quis tempore, quo pretiosis siccamus ubera partubus, quo prolem nostram aeterna genetrix rursus paritura nunc suscipit, cuius post primam natiuitatem grandaeuis fetibus aluus impletur, quae mihi prolem regenerando dulcem facit esse quam peperi, quae ad se uenientes senium facit exuere et ad uitae principia redire confractos, quis hanc felicitatem, rogo, interpellatione commutat? quis per discordiam uiperina mente consitam aurei mihi saeculi iubet perire beneficia? quis in renouatione mea occasum clandestinus inspirat et per blandae frontis speciem inimicitiis uires adquirit? generosam in tali negotio prosapiem non agnosco. si qui sunt tamen summorum, quos uilibus tempestatis huius procella sociauit, aliis auctoribus facinorum participatione maculantur. splendor sanguinis, etsi communionem criminum incurrit, nescit tamen ducem se praebere peccantibus. habeat forsitan reatum de neglecta cautione, non habet dignum supplicium de scelerum principatu. sub quadam uerecundia iungitur delinquentibus qui ad adulta iurgia conuocatur: non meretur desperationem perditi, in quo facilis tantum credulitas inprobatur. uos potius uideo, triuiorum germina, uos agnosco, in quibus naturae uilitas conuenientes sibi mores peperit, quos degenerasse claritas fuerat, qui per mentitae titulum religionis gaudetis inpunitate uitiorum, quorum labia numquam aut honorum sapor tetigit aut quietis, qui fas omne origini parendo uiolatis, quos de latebris et specubus productos praesens causa monstrauit. quis ante

1 praeciosis *BLTV* siccamus *om. Rm* partibus *BT*, partibus *Rm* 2 genitrix *ATV* 3 grandeuis *ABLRTV* fletibus *Lm* alius *R* imple*tur (a? *eras.*) *B* 5 uenientes facit *T* uita *A* 6 interpellationem *AR* 7 committat *Am* 8 consitam *scripsi,* conpositam *libri* 9 clandistinus *B*, clamdestinus *RT*, clandestinum *A* per b.] pro bandae *R* 10 frondis *V* adquiret *B* 12 actoribus *T*, auribus *B* 14 communem *R* 15 habeat *B*, habet *ALRTVb* forsitan* *T* 16 subplicium *A* 18 disperationem *B* 19 crudelitas *Tm et Sirm.* tribiorum *B* 20 edilitas *A* 23 bonorum *b* 24 omnem *AR* 25 specibus *B* productus *B* causam *BV*[1]

concinnationem mali huius, qui essetis, agnouit? diu fouistis secreta, quibus uos nox generationis abdiderat. redite potius ad amicam caecitatem: nobis serenam et diurnam lucem relinquite: concordiam ecclesiae aut absentia aut correctione praestate. si tamen uultis uos numerari inter splendidas prosapies, actuum emendatione cognoscam".

3 diuinam *Pb* 4 eclesiae *B* aut a.] ut absentia *R* correctionem *A* 5 prare *T* uultis (ul *in ras.*) *V* 6 actum *Rm*, act.ū *L* cognoscam] finit *add.* *B*

III.

VITA BEATISSIMI VIRI EPIPHANI EPISCOPI TICINENSIS ECCLESIAE.

Quamuis me urgueat suscipiendi operis anceps necessitas et e regione inpositus sit nec meo labore uacuus nec maledicorum disceptatione tractatus, in quo gemina cautio dictionis hinc ubertatem expectet ingenii, inde etiam lingua diuitibus narrandi frenos inponat, cum, ipsas eminentissimas ut putantur in saeculo uana inflatione personas si quis uentoso nimium studuerit eleuare praeconio aut intra gestorum terminum inopia eloquii continere, utrumque apud eas iudicetur ingratum. in laudibus enim ipsis ⟨ut⟩ turpe est illa cudere, quae nec ille, de quo narrantur, agnoscat, sic iniuriosum et dolore dignum putatur, illud praeterire silentio, quod relatio uera possit adtollere. etenim res bene gestae ueterum nostrorum pro referentis apud nos accipiunt facultate uirtutem. nam uere aut perit notitiae aut adtenuatum transit ad posteros quod ad explicandum pauper uerborum uena susceperit, et illa haud iusto liberior laudatio tantum decerpit gloriae, quantum falsitatis adiecerit. fit uero plerumque, ut fide carens cumulus minuat probe facta multorum et sit uana narratio quae crescit ex

Incipit uita beatissimi (beati *T*) uiri epifani (epiphanii *T*) episcopi ticinensis (ticiniensis *B*) ecclesiae (ecclesiae *om. T*) *BLTV* 4 urgeat *LTV* 5 inpotus (sl. ei) *V* 7 exspectet *TV* 12 ut *addidi, om. libri* 14 ūa (a *in ras.*) *T* 15 ueterum — nos *T in ras.* (re) ferentis *B* 16 uerae *Sirm.* 17 peret *B* 18 susciperet *B* haut *T, om. Boll.* 19 liberalior *b* 21 narra·tio (n *eras.*) *L*

mendaciis: intempestiua et mendica nimium, quae non pertransit ad terminum. quocirca uitam beatissimi Epiphani Ticinensis antistitis narraturus, inuoco sanctum spiritum testem actuum eius et comitem, ut ipsius auxilio gloriam conscientiae serenissimae, quam eidem concessit, tradam chartis uicturis in saeculo, ut exemplum praebitura uirtutum numquam fama moriatur. in quo tamen opere si me angustia non artauerit eloquentiae sub certa lege currentis, ut saltem cruda per ordinem digeram facta meritorum, nihil tamen de laboribus eius tam mediocre uel humile inueniam, ut necessariis illud bullis, ut plerique solent, uiuidi sermonis amplificem. testes etiam calentium citabo negotiorum et tropaea illius adhuc fumantia et exornata de manubiis diabolicae nuditatis ostendam. nemo enim sub oculis praesentia pene et nimium nota commemorat, nisi qui de ueritate confidit, ut, quos forsitan ficta dicturus uelut inpudentiae meae conscius euitarem, eorum auribus relegam illa quae cognouit aspectus.

Igitur praefatus uir insignis Epiphanius oriundo Ticinensis oppidi indigena fuit, patre Mauro generatus et matre Focaria editus, quae sancti etiam Myrocletis confessoris et episcopi tangebat prosapiem, hominibus ex liquido ingenuitatis fonte uenientibus. sed quid illorum retexam sanguinis praerogatiuam, quorum familiae et nobilitatis caput est filius? qui sub decessore suo uiro integerrimo Crispino pontifice caelestis militiae tirocinium orditus, annorum ferme octo lectoris ecclesiastici

1 intempestate tua *L* medica *L* 2 epifani *BLPV*, epiphanii *T* 3 antistis *LV*, antistes *B* spiritum sanctum *Pb* 5 uicturus *V*[1] 6 seculo *B* prebitura *B* 7 oriatur *V* artaberit *B*, coartauerit *Sirm.* 8 saltim *B* 11 etiam] etenim *b* 12 trophea *BPTV*, trophea (s *eras.*) *L* 14 penae *B* 15 confidet *B* forsitant *T* 16 uelud *B* conscios *fort.* 18 praelatur *T*[1] epifanius *BLTV fere constanter* 19 opidi *T* indigena (in *postea add. m. 1*) *V* 20 myrocletis *B*, mirocletis *LTV* 21 tangebant *L* 22 prorogatiuam *L* 23 capud est *B*, ē capud est *T* 24 cripino *L* 25 tyrocinium *BLTV* orditus *B*, sortitus *LTVb* aeclesiastici *B*

suscipit officium signo ante caelitus demonstrato. nam dum esset in crepundiis lactantis infantiae, fulsisse eius cunabula superno lumine uidere conplurimi, ut futuram mentis claritatem lustrans eum et praecedens fulgor ostenderet secuturumque splendorem in moribus iam tunc typica luce signaret. notarum in scribendo conpendia et figuras uarias uerborum multitudinem conprehendentes breui adsecutus, in exceptorum numero dedicatus enituit coepitque iam talis excipere, qualis possit sine bonorum oblocutione dictare. igitur processu temporis et laboris ad sextum decimum aetatis annum diuino fauore perductus, cana consilia in annis puerilibus meditabatur. uernabat in illo prae ceteris mater bonorum operum uerecundia. ita famulabatur antistiti libens, ut si quid operis gereretur ab altero, grauiter ferret subreptum sibi fuisse seruitium. accipiebat senes grauiter, iuuenes comiter et coercebat iam tunc facinorosos audacter: erat primis subiectus, prioribus sancta iniungentibus obsecundans, aequalibus blandus atque officiosus, sequentibus mera caritate communis: nulli se praeferens, cum religioso cursu per caelestem tramitem omnibus anteiret: laudationis amore uacuus, cum cotidie in eo laudanda adulescerent: cumque res gloria dignas per horarum momenta consummaret, perire fructum gloriae opinabatur atque mercedem, si praetulissent homines quod soli deo exhibebat abscondite. in summa, apostolici memor oraculi, adsentationes respuens in semetipso teste conscientia pro boni operis recognitione plaudebat.

1 suscepit *LPb* demonstratos L^1V^1 2 crepudiis *B* lactantes L^1, lactentis *Sirm.* cunabulam T^1 3 cumplurimi *LT* furã *L* 4 fugor (o *ex* u *corr.*) *L* 7 conp̃henden*tis (r *eras.*) *L* ex*ceptorum (c *eras.*) *L* 10 et decimum *Sirm.* 11 pueribus *TV*, puerilibus (ueri *in ras.*) *L* 13 antistitis *T* 14 fuis *L* 15 sene *B* comites T^1, communiter *Pb* cohercebat *BLV*, coherebat *T* 16 aucdacter *B* 17 obsecundas *L* 18 atque *V s. l.* offitiosus *V* mira *B* 20 cottidie *B* 21 adoliscerent *B* gloriae *LTV* 22 consumaret *BT* 23 exibebat *B* 24 abscondere T^1 summam *B* apostoloci B^1

Illud uero libandum esse non abnuo, quod formositas in illo lucis corporeae index animae fuit et tantum contra studium illius formae decus enituit, ut nec forti uiro posset obpugnante subuerti. ridebant genae, etiam cum animus maestitudine torpuisset: nitida simul labia commendabant dupliciter mella sermonum, nec non quocumque uertisset oculos, serenitatem mentis nuntiabat aspectus: frons cereae pulcritudinis et candoris illius, quae solis passa radios colorem traxit ab aethere: nares in tanto naturaliter splendore formatae, ut illas nequiret imaginibus corpora repraesentans pictor aemulari: manus teretes, prolixi digiti, de quibus aliquid et alienigena gauderet accipere: staturae proceritas decens, quae eminentiam secuturae dignitatis praefiguraret in membris nec tamen modum ornatissimae prolixitatis excederet.

Sed ne quis forsitan malitiosus interpres intempestiue positum iactet, in uiro tantarum uirtutum de lepore carnis factam esse mentionem, cum in illa ueteri mandatorum caelestium radice sit insitum, sacerdotum corpora sagaci debere insinuatione lustrari, ne quid debile uel deforme, ne quid plus minusue esse contingat neue inolitam maculis cutem superficies foeda dedecoret, ne fractura manus aut fractura pedis aut gibbus indignum altaribus reddat antistitem, et clamet doctor gentium et electionis uas, hominem mundum ad eiusmodi debere officium peruenire, quod non solum de animae, sed etiam de corporis creditur nitore dixisse. potissimum qui defor-

21 cf. Leuit. 18, 21 sq. 23 cf. Rom. 14, 2

1 liberandum T^1 abuno L^1 formisitas B^1 2 indix *B* 3 forte *B* possit *libri, em. Sirm.* 4 mestitudine *BT*, mes(u)tudine *L* 5 turpuisset *B* comendabant *T* duplici.ter *B* 6 oculus L^1 7 pulchritudinis *LV* 8 sola T^1 9 in tanto *in mg. add. V m. 1* 10 corpora repraesentante *coni. Schottus in notis* pector L^1 11 digitis *T* aliena T^1 12 dicens *BL* 13 modum *ex* morum dum *T corr.* 15 intempestiuę *B* 17 illo *B* 20 superfices (i) *L* 21 ne] nec B^1T 22 antestitem *B* 25 creditur (u *ex* e? *corr.*) *L* potissimum *B*, *om. LTV*

mem ac debilem a libaminibus suis mandat arceri, inuenitur eos, qui multipliciter grati sunt, libenter admittere, praesertim in quo lucem membrorum animae fulgor exuperat nec naturaliter illud terrenum decus aliquibus artificiis adiuuatur.

Praestrictis ergo his quae oportuit non omitti, ut cui innotesceret opere uir inmensus praesentaretur et uultu, transeam ad illa, quae de cultoribus dei nostri non mediocriter laudanda fronte narrantur. erat in eodem sermo ad doctrinam congruus, fabricatus ad blanditias, ad intercessiones iam tunc artifex, ad corripiendos singulos auctoritate plenus, ad exhortandos quosque necessario lepore dulcissimus: uox sonora, suco uirilis elegantiae condita, nec tamen agrestis ac rustica nec infracta gradatimque a mascula soliditate deposita. illum quicumque uidit, cum necdum dignitatum aliquod limen intrasset, omnia eum transisse credidit quae sequebantur insignia.

Talis iam ad octauum decimum aetatis suae peruenit annum. in quo in secundo a leuitis numero dedicatus, senum coetibus puer adiunctus est. stupuere conplurimi, sed externi, qui mores illius cum aetatis inmaturitate iungebant: seram credebant dignitatem hanc redditam esse qui nouerant. at ille uenerabilis Crispinus episcopus, fauoris nescius, pertinaci tenens districtione censuram et quem numquam nisi bona conscientia duxit ad gratiam, sic eum mulcebat sensibus, ut morderet obtutu, et sub specie frontis rigidae clandestinum circa discipulum nutriebat affectum. pascebatur alumni sui optabili conuersatione pater et in omnibus eius actibus oculos amoenabat. in quo tamen ille subdiaconii ordine nihil amplius quam

2 admittere libenter *b* 3 exuperat *V*, exsuperat *L* 6 transeamus *T* 7 nostri non *BT²b*, ñ. non *L*, non non *T¹V*, non *P et Sirm.* modiocriter *L* 9 fabricatas *B* 10 exortandos *libri* 12 succo *T* eligantiae *BLV* 15 creditque (itque *in ras. corr.*) *T* 17 decimum octauum *Sirm.* 18 in (*ante* secundo) *om. Sirm.* cetibus *T* 19 puer *B*, per *LPTV*, *om. b* stupuerunt *b* cōplurimi (ō *ex* ū *corr.*) *T*, plurimi *P et Sirm.* 26 sui *om. T* 27 in *om. Sirm.* amenabat *PT* 28 subdiaconii *B*, subdiaconi *LTV*, subdiaconum *b*

biennio commoratus, meritorum suorum saltibus euectus exiluit, nec se diu intra angustias modici honoris anima est diues passa refrenari. festinabat ad leuiticam dignitatem conscientia, quam numquam uota praesumpserant: exigebat conuersatio quod desideria penitus ignorabant.

Circa metas tamen praefati honoris et terminum unum eius opusculum summotenus libet adtingere. Summias uocitatur ager, qui in eo loci situs est, in quo terrenum marginem gulosus Padani gurgitis morsus adrodit et flexuose serpens fluuius largitur in conpendio alterius quod furatur ab altero simulque fit lucrum finitimi aliena calamitas. de huius praedii finibus antiqua cum clericis Burco quidam lite certabat: ad quod iurgium dirimendum senile nimis et praeter quam conici possit annosum adhuc puer iste dirigitur. electus est enim, qui et fortiter inlatas intentiones exciperet et maturitate consilii inferendas temperaret. adtulit tamen quod solet omnium criminum mater intentio. nam processu sermonis et scandali ipse Burco, qui malitiae suae sordido lenocinaretur adsensu, summum facinus sine aliquo timore commisit: nam sanctum uirum ita fuste percussit, ut sanguis protinus ebulliret. at ille paratissimus iram repressit nec uindictae spe prouocatus efferbuit, turbatumque potius et adtonitum percussorem blandissimo delinibat affatu. ilico miseram se clamans et orbatam filio ob atrocitatem facti Capraria Burconis mater occurrit. crederes eam circa funus pignoris sui illa qua fugatur omne consilium in carorum mortibus lamentatione iactari. lambebat uestigia sanctissimi iuuenis heiulans mater et 'parce' clamabat illi,

1 commemoratus *L* 2 diuis *B* 4 praesumserant *V* exigebant *B* 5 quod d. penitus *T in ras.* paenitus *BLV* 6 unum *ex* uñ *T corr.* 7 summ(i)as *BT* uocetatur *B* 8 loco *B*¹ 9 adrodet *B* flexuosae *B* 11 fit fit *V* 12 ad] at *B* 13 senih(le)ileminis *B* 15 inlatas] illas *Sirm.* exceperet *B* 20 at] ad *B* 21 pacatissimus *Boll.* repraessit *B* 23 delinebat *B*, deliniebat *Boll.* illico *L* ob] a*b (o? *eras.*) *L* 24 attrocitatem *T* fa(e)sti *B* crederis *B* 26 lan(b)debat *B*

quem numquam ad indignationem uis ulla conpulerat. at ille supplicantem prohibebat, ne sibi inuidiam rogando concitaret, ne se non merentem delati honoris sarcinis inpediret. turbata est repente ciuitas, omnium Christianorum in furorem uersae mentes. Burco ad exitium poscebatur et in tanta hominum multitudine nemo placidus, nisi qui iniuriam fuerat passus, inuentus est. flebat egregius pontifex de infirmitatibus suis et molestiis gaudente discipulo. nam ita satisfaciebat pro eo, qui putabatur inimicus, singulis, ut nec gloriam parcendo iactanter quaereret nec uindicando mandata caelestia praeteriret.

Breui post ad diaconii euectus infulas, uicesimum annum aetatis ascendit, facie necdum bene barbata. turbabatur suscepti honoris tirocinio homo, qui iam ducem poterat implere Christianum: singulorum pro pudore declinabat aspectus quem uniuersa ciuitas quasi salutis signum aliquod adtendebat. interea supra dictus antistes omnem ecclesiasticae conuersationis substantiam et diuitias pauperum suorum in eius potestate committit, uolens ante episcopatum cognoscere qualem futuris temporibus praepararet episcopum. et cum uix sit, ut ab eorum personis, de quibus successionis seritur quantulacumque suspicio, inuidia temperetur, in istius gratia sibi credebat perire sanctus pater quicquid minus fuisset exhibitum: quaedam in illo sua, quaedam uolebat esse maiora. at iste cottidianis profectibus etiam cupidissimi in oratione genitoris uota transcenderat. erat enim genitor, cuius eum per euangelium conceptum uerbi caelestis semine feta aluus effuderat. nam de

1 ad *om.* B illa T at] ad B 2 si^{ui} L comitaret B[1] 5 exetium B[1], exicitium T 8 discipula B satissufficiebat T[1] 10 querẹret L iudicando T preterire T[1] 12 uicensimum B, uigesimum L[2]V[2] 13 barbata bene B[1] *et* Boll. 14 tyrocinio BV 17 antestis B eclesiasticae B 19 committit PTb, committitur BLV 20 praeparet Boll. 21 suscessionis V, successionis L 22 suspicio *ex* susexpio V *m. 2*, suscipio B 23 pater] papa P[2]b quidquid B exibitum B 24 cottidianis B 26 transcederat B 27 effunderat T[a]

pudicitia iuuenis mei quid loquar? in quo domum sibi statuerat castitas et continentia radices fixerat in profundum? uirum se esse nisi per patientiam laboris ignorabat: carnem habere, nisi cum moriturum se esse meminerat, nesciebat. quotiens tamen illum corporeus adpetitus, sicut ab ipso didici, ludebat imaginibus somniorum, ilico ad uigilias sanctas, continuata ieiunia, standi diutissime necessitatem plena auiditate currebat, talemque bellatrix dextera animae suis certaminibus reddebat carnem, ut illi opus esset postea pro necessitate succurri. nec tamen refecto corpusculo indulgebat otio: utebatur lectione pro requie, librorum uenerabilium pro blandimentis instrumenta suscipiens. memoriter semel transcursa reddebat et ne crederetur scripturarum diuinarum tramitem uerborum tantummodo celeritate transuolasse, pingebat actibus suis paginam quam legisset. si propheta fuisset in manibus, prophetantem uideres codice amisso lectorem: si testamenti ueteris recensuisset uolumina, Moysi dignus aemulator incedebat, taliter ac si illum Israhelitica per desertum agmina sequerentur: si apostolicum lac uerborum et mel dominicae passionis seueritatem legis condiens scriptura index reuelasset, continuo ex ore ipsius dulciora fauis uerba fluxerunt. postremo quid libri docuissent, uita signabatur.

Domum taliter regebat ecclesiae, ut nec profusione immoderata commissam penum exhauriret nec odia sordenti parcitate contraheret. intercessionum etiam tunc certamina proludebat. nam ubicumque pro remediis miserorum episcopi mittebatur imperio, tanta exigebat beneficium arte supplicandi, ut sentirent sibi in causis profuisse conplurimi, ipsum per se episcopum non uenisse. augebatur circa eum per dies singulos

1 donum *T* 3 laboris patientiam *Pb* 4 quoties *TV* 6 ilico (l *in ras.*) *B*, illico *Pb* 15 profeta *LV* profetantem *LV* 16 uideris *B* 20 legi *T* indix *B* 21 fluxuerunt *L* 22 signabatur *T*, signabat *Boll.* 23 eclesiae *B* 24 comissam *T* exauriret *B* 26 miserorum (mis *ex* mei? *corr.*) *L* 27 arce *T* 28 cōplurimi—uenisse *T in ras. corr.* per se] pesse (es *in* is *corr.*) *B* 29 non *om.* *B* sigulos *B*

popularis affectus et magnis successibus cumulabatur amor, qui ex iudicio descendebat. desiderabatur in illo sacerdotium, cum nemo nutritoris eius optaret interitum. ipsum tamen ne odor quidem huius opinionis afflauerat: arbitrabatur ad profectum suum sufficere, si cum bona semper aestimatione seruiret. postquam tamen inualida senectus et semper de infirmitatibus querula uenerabilem uirum Crispinum pontificem occupauit, istius sustentabatur manibus, in huius nitens erigebatur amplexus, pes illius erat oculus dextera: cuius ministerio quicquid optasset fieri ante iussionem suam uidebat impletum. praesentiunt enim bonae mentes eorum desideria, quibus cum integritate famulantur. talis in diaconatu a uicesimo incipiens octo annos inpleuit. et quidem tunc status ecclesiae Ticinensis bona clericorum fruge pollebat. erant caelestes uiri, quos iste a perfectione incipiens anteibat: fuit Siluester archidiaconus ea tempestate, homo in uetusta disciplinarum instructione probatissimus: fuit uir insignissimus Bonosus presbyter, tam nobilis sanctitate quam sanguine, Gallus quidem prosapia, sed caelestis indigena: fuere alii et numero plures et uirtute praestantes, quorum idcirco facio mentionem, quia parua laude dignus est qui tantum miseris antefertur.

Circa finem tamen uitae, quem spiritu praeuidebat sanctus antistes, Mediolanum uicinam expetiit ciuitatem, ubi nobilium germina messe quadam mundae ingenuitatis excreuerant. quos uisitationis gratia requisitos talibus uir dei sermonibus appellauit: "ecce, fili, iam me aetas conpellit ad transitum: iam

1 am·or *B* 2 illo] eo *Pb* 3 eius] sui *Pb* nec *T* 5 proficere *T* 7 quaerula *B* 9 eregebatur *B* oculos *L*' 10 quidquid *B* 11 presentiunt *LTV* 12 cum *om.* *V*', *add. m. 2* 13 uicensimo *B*, uigesimo *L*'*PV*'*b* expleuit *Sirm.* 14 eclesiae *B* 15 an̄ibat *P*, amabat *b* 16 homo *om.* *T* 18 presbiter *BLTV* 19 et alii *T* 23 preuidebat *LTV* 24 antestis *B* 25 germana *B*'*LV*', germanam *L* ese *ex* ee *corr.* *L* 27 fili *B*, filii *LTV* mea etas *BLT*, mea aetas *V* conpellet *B*

originariam ad ius suum reuocat terra particulam. commendo ciuitatem, commendo ecclesiam, commendo hunc, cuius labori et gratiae debeo quod usque ad hoc tempus uixi et grandaeuus et debilis, cuius corporea soliditas et uirtus animae inbecillitatem meam portauit sine fastidio, cuius ambulaui pedibus, tenui aliquid manibus, uidi oculis, ordinaui sermone. duo uidebamur intuentibus, cum unus per concordiam fieret ex duobus". haec Rusticio inlustri uiro dicta penitus insederunt, qui in omni dicendi genere exercitatissimus tali est orsus eloquio: "scimus, sancte pater, scimus et profunda consideratione perspeximus, iuuenem istum non oportere pro aetatis inmaturitate censeri nec debere grauis consilii hominibus teneros pro quadam obice annos adferri: uir namque cana morum integritate probabilis geminata laude dignus est, si illi ad uenerabile mentis imperium puerile corpus obtemperet. uiue tu tamen, uiue exemplum et forma bonorum operum, et uberiores in eo, si adhuc possunt crescere, lucidae conuersationis fructus adiunge". his dictis conticuit. at ille piissimus pontifex beniuolentiae eius inpendens gratias, quod secum pari de discipulo aestimatione sentiret, dicto uale discessit atque Ticinum quasi ad sepulcrum festinans regressus est: qui aliquantis diebus emensis morbo regio perfusus, lucem saeculi nostri superna habitatione commutauit.

Ex tempore in istum bonorum omnium consensus adducitur: magnus ilico in tota urbe concursus: rapitur a lamentatione funebri in gaudium populi consecrandus antistes. flebat iste

2 eclesiam *B* 3 grandeuus *BLPV*, grandeus *T* 4 cuius *B*, *om. LPTVb* conporea *L*[1] inbecillitatem (ci *ex* 1?) *B* 8 rustico *Pb* rustico *L* dicto *T*[1] paenitus *B* 9 dicenti *L*[1] tali *B*, talis *LPTVb* 10 alloquio *T* 11 istum iuuenem *T* 14 propabilis *B*[1] 15 optemperet *BL* 16 for--ma (bo *eras.*) *L* 18 his (s *corr.*) *L*, hic *T* dictis (d *ex* l *corr.*) *L* 19 patri *L* 20 extimatione *P*, existimatione *b* ualle *T*, ualde *L* dicto] dato *B recte fort.* dicessit *T* 21 sepulchrum *BLV* 24 ex tempore *B*, ex templo *L*, exemplo (t *add. m. 2*) *V*, extimplo *T* isto *B* hominū *L*[1] 25 magnos *B* 26 antistis *B*

intemperanter dolore mortis paternae, cui reddi debitas lacrimas promiscuae multitudinis laetitia non sinebat. resistebat in quantum poterat et indignum se iam apostolica imitatione clamitabat: sed tantum magis surgebat in eo dilectio cunctorum, quantum in multitudine magna solus erat qui se uocitaret indignum. nunc quid pluribus utar, qui omnia explicare non ualeo? finitimarum ciuitatum iunguntur studia et adtrahitur tanta collectio, ac si initiandus esset totius orbis episcopus. ducitur Mediolanum adhuc reluctans et magna si dimitteretur munera promittens, qui ut fieret, noluit spondere uel minima. consecratur cum omni celebritate cunctorum. exultabat mundus de tam sanctae ordinationis insignibus. extranearum habitatores urbium tanto se tripudio iactabant, quasi ipsis proprie profuturus infulas sacerdotales exceperit. aliquos tamen magnarum urbium incolas edax consumebat inuidia, quod tantum oppidi Ticinensis angustia habere meruisset antistitem, cum apud ipsos sola pontifices metropolitanae iactantiae uocabula tuerentur.

Exacto ergo dedicationis suae die Ticinum rediit conuocatisque uniuersis presbyteris ac ministris talibus eos instruxit et confortauit adloquiis: "quamuis me, fratres carissimi, inter primordia inmatura titubantem iudicii uestri et susceptae dignitatis pondus oppresserit, memini tamen quod magna gratiae uestrae debeam, cui maxima contulistis. et licet parendi

1 debitis *B*, debitas aliquas *P*¹*b* 3 initiatione *fort.* 6 uocitaret *ex* concitaret *L* nūquid *T* 7 finitarum *L*¹, fortunarum *T* 8 attraitur *T* si iniciandus esset *in ras. corr. T* 9 in mediolanum *LPT*¹*V* si *L s. l.* 10 dimitterentur *T* numera *L* 11 celeritate *BT* 12 exsultabat *LTV* 13 urbum *L* tripudo *L*, trepudio (o *ex* am *corr.*) *B* 14 propriae *B* profuturas *Schottus* infolas *B* exceperit *Bb*, exciperet *LPTV*, exceperint *Schottus* 16 opidi *T* 17 antestitem *B* sala *B* pontificis *coni. Schottus* 18 iactanciae *B* 20 prespiteris *B*, presbiteris *L* 21 carissimi—titubantem *om. B*¹ *add. corr. in mg. inf.* kmi *BPT*, *om. b* 22 inmaturae *B*, immature *Boll.* uri (r *ex* i *corr.*) *L* 23 quid *Sirm.* magna *om. b et Sirm.*

uobis magis quam iubendi habuerim uoluntatem, mutaui tamen per officium personam, seruiendi animum non omisi. estote pacifici, estote unianimes, onus meum mecum diuidite: fit enim ad portandum facilis sarcina, quam multorum colla sustentant. meam uobis communionem seruandam cum omni humilitate polliceor, neque futurum esse quemquam, qui me, nisi cum deo nostro, possit offendere. auctorem bonorum operum seruate pudicitiam et ne iniuriosum putetis quod grandaeuos et presbyteros de continentia et integritate seruanda puer appellat. conuersatio, non anni, aut adulescentiam aperit aut senectam. speculamini meae conuersationis interna et si indignum aliquid agnoscitis, coercete. nemo ut ecclesiae principem admonere timeat, si probat errantem". his ita dictis conticuit. surrexerunt omnes et consona quasi ex pristina meditatione sub momentanea tamen uoce dixerunt: "haue, pater probatissime, haue pontifex singularis: bonum te quidem uniuersorum sensit electio, sed optimum etiam tua testantur alloquia. crescis sanctis meritis apud conscientiam nostram et aperiris luce operum supra quam porrigebatur opinio". quibus breuiter perstrictis suscepto omnes munere discesserunt.

Mox sibi beatus antistes proprio ore leges, quibus se posset tenere, dictauit. primum statuit non lauandum, ne nitorem animae et interioris hominis fortitudinem balnea magis sordibus amica confringerent. deinde decreuerat numquam esse prandendum: sed ne propositi sententiam superuenientum uis

1 haberim (u s. l.) *B* 2 seruiendi, animum *interpungit Sirm.* amisi *Sirm.* 3 unanimes *Tb* honus *B* 5 sustentat *B* 6 quenquam *B* 7 actorem *T* 8 operum] omnium *Sirm.* potetis *B*[1] 9 grandeuos *BP*, grandeuus *LTV* 10 adoliscentiam *B*, adolescentiam (u s. l.) *V* 11 spaeculamini *B* 12 si *L s. l.* agnoscite *B*, cognoscitis *T* cohercite *T*, coercitae *B*, coercite *LV* 13 si] nisi *coni. Schottus* errantē|tē *T* 15 habe *B*, aue *T* 16 aue *T* quidem te *T* 17 uniuersorum (or *in ras.*) *V* 18 crescens *B* 19 aperires *B*, reperiris *Boll.* 20 dicesserunt *T*[1] 21 antestis *B* 22 labandum *B* 24 n̄ esse *T* 25 sentiam (ten s. l.) *B* superuenientium *b*

ulla temeraret et aut iactantiae nebulis aut auaritiae fama laederetur, definiuit numquam sibi cenandum, ut commutatio horarum ac per hoc semel in die reficiendi tempus adferret. cibos iussit sibi placere uiliores, nihilque in apparatione ferculorum nares saporemque suum posset offendere, nisi quod aromatibus condiretur. holerum et leguminis pascebatur epulis, sed neutrum horum usque ad satietatem capiens: uini quiddam parum, quam tamen exiguitatem apostolicae admonitionis memor sumebat ob stomachi cauendam debilitatem. procedendum censuit omnibus in quolibet aeris terrore maturius, ita ut uigiliarum formam lectoribus antecedens ad ecclesiam praeberet episcopus. postquam uero ad altaris confinia peruenisset, nullam deliberauit futuram esse necessitatem, qua inde nisi inpletis sollemnibus posset abduci. iunctis pedibus usque ad consummationem mystici operis stare se debere constituit, ita ut umore uestigiorum locum suum depingeret et longe aspicientibus indicaret. intercessionum tantam sibi proposuit curam, ut ipsum se miseris inferre crederet molestiam, quam per neglegentiam a quibuscumque permisisset inferri. ad patientiam laboris tempore otii, necessitati ut sufficeret, corpus aptauit. hoc sibi uiuendi pragmaticum uel disciplinae dogma proposuit adgressus est seruauit inpleuit.

Mox uero per uniuersum mundum sanctam illius conuersationem illa, quae licet in gloriosis actibus tardior esse solet, fama non tacuit, sed ad aures Ricemeris, qui tunc secundis

1 nebules *V*[1] 2 lederetur ***BLTV*** difiniuit ***BLV***, diffiniuit ***PTb*** cummutatio ***L***[1]***T***[1] 3 ac] hac ***B*** diem ***B*** adferretur *fort.* 4 placire ***B*** ferculorum] ciborum ***Pb*** 5 saporemquae ***B*** posset *scripsi*, posse *libri* offerridere ***L***[1] 6 aepulis ***B*** 7 sacietatem ***LTV*** quidem ***T*** 9 precedendum ***T***[1] 10 in omnibus *Boll.* tenore *coni. Schottus* 14 possit ***B*** 15 consummatione ***V***, consumatione ***B*** 16 umorem ***B***, •umore ***L***, humore ***TV*** pingeret (de *s. l. m. 2*) ***V***, depingent ***T*** 17 intercessionẽ ***V***[1] 19 negligentiam ***B***, neggligentiam ***T*** 20 pacientiam ***LTV*** ut necessitati ut ***Bb***; otii et necessitatis ut *uel* otiiue necessitati ut *proposuit Schottus* 21 optauit ***T*** 24 in *om.* ***T*** traditor *Boll.* 25 ricimeri *in ras.* ***T*** seeundus ***L***[1]

ab Anthemio principe habenis rempublicam gubernabat, detulit. nam imperatore Romae posito seminarium inter eos iecit scandali illa quae dominantes sequestrat inuidia et par dignitas causa discordiae. surrexerat enim tanta rabies atque dissensio, ut mutuo bella praepararent, et praeterquam origo irarum proprios suggerebat stimulos, lis ipsa circumstantium consilio nutribatur. nutabat status periclitantis Italiae et adfligebatur ipsis discriminibus grauius, dum expectabat futura discrimina. interea apud Ricemerem patricium Mediolani ea tempestate residentem fit collectio Ligurum nobilitatis, qui flexis genibus soloque prostrati pacem orabant principum et ut ab scandalo utraeque partes desinerent, occasiones gratiae ab una precabantur offerri. quid plura contexam? mulcetur Ricemer et uelle se reparare concordiam permotus multorum fletibus pollicetur. "sed qui" ait "potissimum huius legationis pondus excipiet? quem tantae molis cura maneat? quis est qui Galatam concitatum reuocare possit et principem? nam semper, cum rogatur, exuperat qui iram naturali moderatione non terminat". tunc uno omnes ore responderunt: "uester tantummodo ad pacem declinetur adsensus. est nobis persona nuper ad sacerdotium Ticinensis urbis adscita, cui et beluae rabidae colla submittunt, cui ante preces offeratur beneficium, quod a quolibet petiturus aduenerit, cui est uultus uitae similis, quem uenerari possit quicumque, si est catholicus et Romanus, amare certe, si uidere mereatur, et Graeculus. iam si ad sermonem illius ueniamus, numquam sic diras aspides uerborum digitis

1 gubernaret *T* 3 sequaestrat *B* 6 proprio *LPT*[1]*V* ista *b* 7 nutriebatur *LTV* adfligibatur *BLV*[1] 8 distriminibus *T* exspectabat *TV* 9 rimerem (ci superscr.; ci *m. 2*) *T* 10 risidentem *L*[1] *post* nobilitatis *ras. 8–9 litt. L* gentubus *L*[1] 11 scandolo *TV*[1] 12 utieq; *B* desiderent *L*[1]*T*[1] praecabantur *BV* 13 recimer *BV* 14 repararet *B*[1] 15 quis *T et Sirm.* 16 tante *B* 17 galatham *LTV* 18 exuperat *B*, exuberat *LTV*; *cf. p. 351, 14* 19 omnes *om. B* ore ore (dotted) *B* 20 ad pacem *V in ras.* declinetur (decli *in ras.*) *V* 21 sacerdotum *L*[1]*T* adiscita *B* 23 petituros *L*[1] cultus *Baronius* 25 greculus *LTV*, greculis (u superscr.) *B* 26 aspedes *B*[1]

incantator Thessalus uiolentis poterit euocare carminibus, quomodo ille effectum petitionis suae etiam a negaturis extorquet. pendet in arbitrio eius, cum loqui coeperit, sententia audientis. perdet ius suum qui excusare disposuit, si illi allegandi copia concedatur". tunc patricius Ricemer ita respondit: "detulit ad me hunc hominem, quem exponitis, fama gloriosum: et in hoc magis admirationi mihi est, quod cum omnes habeat laudatores, nullos eius quibus per inuidiam abundare solet nouitas prodit inimicos. ite ergo et rogate hominem dei, ut ambulet: iungite etiam meas preces". egressi de concilio statim Ticinum petunt, causam narrant. fusis, ut istum laborem susciperet, beatus Epiphanius rogatur lacrimis, qui ne extenuaret beneficium, si filios diutina supplicatione torqueret, antecessit desideria postulantum. quos tamen taliter adlocutus est: "quamuis tantae rei necessitas probatissimae personae pondus inquirat et titubet sub graui fasce portitor inmaturus, affectum tamen quem debeo patriae non negabo". quibus breuiter narratis, quoniam erat loquendi parcus, ad Ricemerem patricium perrexit, a quo simul uisus et electus est.

Mandato ergo sibi legationis ordine Romam petiit. in quo itinere quid molestiarum sustinuerit quidue uirtutum gesserit, festinans ad maiora praetereo. mox tamen ut supra dictae urbis portas ingressus est, fama quae absentem illum notum fecerat, digito coepit ostendere. conuersi ilico omnium oculi, stupuere mentes adtonitae, quod tantam sibi exhiberi reuerentiam imago eius index sanctitatis exquireret. inexpiabilis

1 incantatur *B*[1] tessalus *B*[1]*PTV* 2 illae *B* etiam a *om. b*; etiam *om. Sirm.* negaturas *b* 3 in *om. T* 4 disposuerit *T* 5 cupia *B* 6 exponetis *B* 7 cum *B*, *om. LTV* 8 nullus *L* 9 prodet *B* 10 etiam *V s. l.* consilio *Sirm.* 12 epifanius *BLTV* n* *V* 16 ĩmaturas *T*[1] 18 qm̃ *B*, quõ *LPV*, qm *T*, quo *b*, quomodo *Sirm.* 19 dilectus *coni. Schottus* 22 ut *fort. includendum* 23 orbis *B*[1] 24 caepit *BLV* i.lico *L*, ilico *B* 25 stupuerunt *Sirm.* tantum *B* exiberi *B* 26 indix *B* exquireret *b et Boll.*, exquaeret *B*, requireret *Sirm.*, extiterit *LPTV* inexpiabiles *B*, inexplicabilis *Sirm.*

se culpae reum fatebatur quilibet potentum, si tantum genua eius amplexus est: tollebatur clamor in caelum: nemo illum in mortalium numero conputabat, cui omnia caelestis gratiae uidebant bona constare. perfertur ad principem Anthemium, studio legationis episcopum uenisse Liguriae, hominem quem nullus possit etiam diues eloquio sufficienter exponere. at ille: "callida mecum Ricemer et in legationibus suis arte decertat: tales dirigit, qui supplicatione expugnent quos ille lacessit iniuriis. perducite tamen ad me hominem dei, qui si possibilia precatur, admittam, si difficilia, supplicabo ne excusationem meam grauetur accipere. dubito tamen an Ricemer apud me quod poscit optineat, cuius scio uotorum intemperantem esse personam et in condicionibus proponendis rationis terminum non tenere. sed ueniat directus antistes et laudatam iam pridem praesentet effigiem". egrediuntur officia palatina tota urbe: "iube, rogaris" audiebat episcopus.

At uenerabilis et saeculis omnibus probatus pontifex posteaquam introgressus est et proferendi sermonis donatus licentia, quamuis fugitiuae potestatis insignia ostrum gemmasque rutilantes reuerendae imaginis fulgore conpresserit (etenim quasi absente imperatore ita in se oculos traxerat singulorum), tali tamen narratione incipiens ianuam oris reserauit: "summa caelestis domini, uenerande princeps, est ordinatione dispositum, ut cui tantae reipublicae cura mandabatur per catholicae fidei dogma deum et auctorem et amatorem pietatis agnosceret, per quem bellorum furorem pacis arma confringunt et calcans colla superbiae concordia superat quod fortitudo non praeualet.

1 potentium *T* 4 bona *om.* *TV* 5 uenissae *B* ligerie *L*[1] 6 diuis *B* ad illae *B* 7 callidã *L* ligationibus *B* 8 diriget *B*, diligit *T*[1] illae *B* 11 accepere *B* 12 poscet *B* socio *V*[1] 13 conditionibus *BLTV* 14 antistis *B* laudatum *B* 15 tota urbe palatina *sic transponi indicat* *V*[2], urbe tota palatina *Sirm.* urbae *B* 16 rogares *B* iube r. audiebat] ubi rogatus adueniebat *Boll.*, *sed cf. indicem s. u.* iubere 17 ad *BL* 18 profererendi *B* 20 cõpressit *T* 21 absentem *B*[1] 22 tamen *om.* *Sirm.* 23 uenerandae *LV* 25 actorem *T*

sic namque Dauid praedicabilem parcendi magis inimico animus reddidit quam intentio uindicandi: sic perfecti saeculorum reges et domini supplicantibus indulgere caelesti arte didicerunt. supernae namque dominationis instar possidet qui imperium suum pietate sublimat. hoc ergo Italia uestra freta iudicio uel Ricemer patricius paruitatem meam oratum direxit, indubitanter coniciens, quod pacem Romanus deo munus tribuat, quam precatur et barbarus. erit enim triumphus uestris proprie profuturus annalibus, si sine sanguine uiceritis. simul nescio quae species fortior possit esse bellorum quam dimicare contra iracundiam et ferocissimi Getae pudorem onerare beneficiis. grauius enim percellitur, si postulata inpetret quem puduit hactenus supplicare. tractandus deinde anceps bellandi euentus: in quo tamen si ita praeualuerint peccata certamine, uestro regno defrudabitur quod partes utraeque perdiderint. nam quaecumque apud Ricemerem, si amicus est, salua sunt, cum ipso a uobis patricio possidentur. cogitate pariter, quia bene causae suae ordinem dirigit qui pacem primus obtulerit".

Hactenus admirandus pontifex prosecutus loquendi finem fecit. tunc princeps erigens oculos desertum se omnium uidit aspectibus atque in eum inuitatos uultus esse cunctorum, quem admirari nec ipse desinebat. tunc alto trahens uerba suspirio ita orsus est: "quamuis inexplicabilis mihi, sancte antistes, aduersus Ricemerem causa doloris sit et nihil profuerit maximis eum a nobis donatum fuisse beneficiis, quem etiam (quod non sine pudore et regni et sanguinis nostri dicendum est) in familiae stemma copulauimus, dum indulsimus amori reipublicae quod uideretur ad nostrorum odium pertinere: quis hoc namque

3 dedicerunt *B* 6 patricium *B* prauitatem *L* oratum *Schottus et Boll.*, oratu *libri* 7 deo minus *B*, dominus *Boll.* 8 propriȩ *L* 9 an∗nalibus *L* si *om.* *B* sanguines *B*[1] 10 posset *B* demicare *B* 11 getae] gente *T* honerare *T* 13 actenus *B* 15 utraque *L* perdederint *B*[1] 16 amica *T*[1] 20 faecit *V* 21 atque i. e. inuitatos *T in ras. corr.* 22 superio *L* 23 ita orsus est *exp.* *T m. 2* sanctae antistis *B* 25 beneficiis fuisse *T* 28 nororum (ro *ex* co *corr.*) *L* pertineret *BLV*[1] ecquis *fort.*

ueterum retro principum fecit umquam, ut inter munera, quae pellito Getae dari necesse erat, pro quiete communi filia poneretur? nesciuimus parcere sanguini nostro, dum seruamus alienum. nemo tamen hoc credat propriae causa factum esse formidinis: nam in tanta circumspectione salutis omnium solum pro nobis timere non nouimus. bene enim apud nos conpertum est, perire imperatori laudem suae uirtutis, qui pro aliorum cautela non metuit. sed ut tuae uenerationi ad liquidum conatus illius aperiamus: quotiens a nobis maioribus donis cumulatus est Ricemer, totiens grauior inimicus apparuit. quanta contra rempublicam bella praeparauit? quantas externarum gentium per illum uires furor accepit? postremo etiam, ubi nocere non potuit, nocendi tamen fomenta suggessit. huic nos pacem dabimus? hunc intestinum sub indumento amicitiarum inimicum sustinebimus, quem ad foedus concordiae nec adfinitatis uincula tenuerunt? grandis cautio est aduersarii animum cognouisse: etenim hostem protinus sensisse superasse est. perdunt semper deprehensa odia stimulos, quos occultata conceperant. sed si in his omnibus reuerentia tua et uadis et mediator accedit, qui potest spiritali indagine consilia nefanda inuenire et inuenta corrigere, pacem, quam et tu poscis, negare non audeo. postremo si solitae calliditatis astutia etiam te fefellerit, certamen iam uulneratus adsumat. me tamen statumque reipublicae tuis committo et commendo manibus et gratiam, quam supplicanti et profuso per se Ricemeri negare disposueram, per te

2 gete *LPT* dare *b* 3 nescimus (ui *superscr.*) *L* 5 nam *ex* nun *L m. 2* 8 cautilla *B* conatos *B* 9 comulatus *BLV* 10 quantus *B* 12 per *ex* pel *B* foror *B*[1] 13 susgessit *B*, suggesset *L*[1] damus *B* 14 hoc *B* amiciciarum *B* inimicum *om. T* 15 ad f.] nec foedus *Baronius* adfinitis *B*, adfinitas *L* 16 aduersarium *B* tengnouisse *T* 18 occulta (ta *superscr.*) *L* conciperant *B*, ceperant (e *superscr.*) *V* 19 omnibus his *T* 20 potest *Bb*, potes *LTV* consilia] *reliqua huius opusculi desunt in Pb* (*uerba* exuberare dignationem *quae secuntur sunt Epist. III 18 p. 85, 19*), *adiecerunt primi Schottus et Sirm.* inuenie (r *superscr.*) *B*

primus exhibeo. profunda enim deliberatione conpendiis nostris in hac parte consulimus, si in incertis procellarum erroribus nauem ex boni gubernatoris ordinatione flectamus. quis enim tibi excusare praesumat beneficium postulanti, cui oportuerat ante preces offerri?" haec imperator. at uenerabilis sacerdos "gratias" inquit "omnipotenti domino, qui pacem suam principis menti inseruit, quem ad instar superni dominatus uicarium potestatis suae uoluit esse mortalibus".

Quibus breuiter narratis accepto etiam pro concordiae firmitate ab Athemio sacramento discessit, festinans ad Liguriam reuerti, quoniam resurrectionis dominicae tempus instabat, per quod maceratis ieiuniorum cruce corporibus carne frigida spiritus hilaris recalescit et, dum a redemptore nostro moriendo mors uincitur, fidelis spei cibis anima saginatur. uicesimo a se, cum Romam egressus est, futurum Pascha dies promittebat: tanta tamen iter celeritate confecit, ut quarto decimo die inprouisus et famam praeueniens Ticinum ingrederetur, comitibus sane plurimis in uia derelictis, quia nec abstinentiam eius sustinere poterant nec laborem. ecce concursus praestolantium tanti antistitis aduentum domi positum uidere, quem nondum Romam egressum fuisse cognouerant. laetae urbis tripudia adtonito Ricemeri indicantur: pacem factam consono omnes ore clamitabant. exultatio infinita prouinciarum et, sicut hominum mos est gratius habere quod redditur, quam si omnino non pereat, dulcior erat concordia quae post litem reuocabatur et pax quae iam paene desperata contigerat. euoca-

3 boni] ueri *Sirm.* 5 ad *BL* 6 inquid *B* deo *LT* 8 suae potestatis *Sirm.* 10 dicessit *T* 11 quoniam *B*, quomodo *L*, quando *TV* 12 crucae *B* 13 ilaris *B* recalescit et *scripsi*, recalesceret *BLTV* 14 ^{et}fidelis (et *s. l. m. 2*) *V*, et fidelis *LT* anima *om. L* a *inclusit Schottus* 15 see *B* pasca *B* die *coni. Schottus* 18 ui*a *L* 19 potuerant *ex* poterunt *T corr.* prestolantium *B* 20 antestitis *B* uide *T*¹ 21 romāṇ *B* lete *T* 22 trepudia *B* indicant *T*, indicarunt *Schottus* factum *V*¹ cumsono *T*¹ 24 grauius *T*¹ si** (n? *eras.*) *L* 26 paenae *B* et uocabatur *T et Sirm.*

batur reuerendus pontifex, ut diu expectatum Mediolanensibus praesentaret aspectum. at ille, ne uelut debitas gratiarum actiones praesens uideretur exigere, uisitationes eorum sub colorata specie declinabat. igitur processu temporis et laboris cotidianis successibus uitae in eum meritum geminabatur. erat illi germana natu minor, religione non inpar, Honorata nomine, cuius uitam per singula uirtutum genera longum est eloqui. sufficit tamen ad laudum eius cumulum dignam tanti uiri sororem dixisse. hanc in ipso quo de legatione rediit consecrauit anno, quam tamen inbuendam disciplinis caelestibus, quasi sancta illi natura non sufficeret, Luminosae cuidam feminae stupendae sanctitatis et singularis exempli commisit, cuius oporteret fortassis natalium culmina relegi, nisi insignior fuisset uita quam sanguine. haec enim fuit talis, de qua se crederet habere et ipse quod disceret qui erudiendam consortem uteri committebat. nam breui apud hanc depositum antistitis pignus effloruit et ad maturitatem bonae frugis plantaria onusta perduxit. interea per propositum sibi callem uitae cursu praepeti sacerdos uenerabilis incedebat, eleemosynis sine retractatione operam dans, quod munus accipientibus uultu et animo blandissimo commendabat, ita ut cuicumque sermonis solius gratiam praestitisset, nequaquam se indonatum putaret abscedere: erat enim summum praemium, talem saltem uidisse pontificem. crescebat in dies singulos fama gloriosis successibus et totum paene mundum illius praedicatione conplebat.

Defuncto tunc Ricemere uel Anthemio successit Olybrius, qui in ipsis exordiis diem clausit extremum. post hunc Gly-

1 exspectatum *TV* 2 ad *B* ne *T s. l. m. 2* 3 uisitationis *B* 6 germana* *V* 7 eloqui* (i *eras.*) *L* 9 qđ elegatione *LV*¹, quo e legatione *Schottus* 11 sancta (t *ex* c) *L* 13 culmina culmina *B* relegit *T* 14 uitam *B* 16 antist**is (it *eras.*) *L*, antistis *BV* 17 honusta *BLTV* 18 ppeti *T* 19 sacerdus *B* elimosinis *B*, aelymosinis *LV*, elemosinis *T* retractione *T* 21 sulius *B* 23 saltim *B* uidisset *L* 24 t. paenae *B*, pene totum *T* 25 compleat *L*¹ 26 tunc *om. T* olimbrius *T* 27 glicerius *BLTV*

cerius ad regnum accitus est, apud quem quanta pro salute multorum gesserit, studio breuitatis incido. nam supplicante sancto uiro inlatam matri a dicionis suae hominibus concessit iniuriam, cum apud illum reuerentia praefati sacerdotis esset etiam decessore sublimior. post quem ad regnum Nepos accessit. tunc inter eum et Tolosae alumnos Getas, quos ferrea Euricus rex dominatione gubernabat, orta dissensio est, dum illi Italici fines imperii, quos trans Gallicanas Alpes porrexerat, nouitatem spernentes non desinerent incessere, e diuerso Nepos, ne in usum praesumptio malesuada duceretur, districtius cuperet commissum sibi a deo regnandi terminum uindicare. hinc utrimque litium coeperunt fomenta consurgere, et dum neutrae partes conceptum tumorem uincendi studio deponunt, sic exuperabat causa discordiae.

Adtigerat iam beatissimus uir octauum in sacerdotio annum, cum repente Nepotis animum submouendae dissensionis amor infudit, ut repulso simultatis ueneno seruaret inter reges caritas quod tueri arma uix poterant. euocantur ad consilium Liguriae lumina, uiri maturitatis, quorum possit deliberatione labans reipublicae status reuiuiscere et in antiquum columen soliditas desperata restitui, tantique ad tractatum coiere ex iussu principis, quanti poterant esse rectores. seritur de ordinanda legatione sermo: in beatissimum uirum Epiphanium mentes omnium et oculi diriguntur: fiunt cunctorum sententiae, quasi unius et ore proferrentur et pectore. quid pluribus? cum laetitia Christi miles occasionem laboris amplectitur et spe effectum praecipit: de negotii aestimatione confidens agendi speciem melioraturus inquirit: actionem paene conclamatam

1 regimen *Sirm.* actitus T^1 quantẹ̇ *V* 3 ditionis *TV* 4 reuerentiam *B* 5 postquam *T* nepus *B ut l. 10* qui suos — porrexerant *fort.* 10 malasuada (e *s. l. m. 2*) *V* 14 exsuperabat T^1V, exuberabat T^2 18 et uocantur *TV* concilium *Boll.* 21 solidatas T^1 disperata *B* coiere *Schottus et Sirm.*, coire *BLTV* 22 iussu *T*, iusso *BLV* 23 epifanium *BLTV* 24 oīum oculi *T* 25 et] al. ex *adn. Schottus* plura *Sirm.* 26 occansionem *B* 27 spe *ex* ipse *corr. L* praecepit *BLTV, em. Sirm.* 28 inquiret *B* paenae conclamatum *B*

et ualde difficilem caelestis potentiae praesidio percontatus est suscepit inpleuit. cuius itineris molestias necessitatesque non ualeam per ordinem digerere, nec si mihi centum linguarum fluminibus per meatus inriguos uerba fundantur. nam egressus de Ticinensi oppido, donec ad destinata loca pertingeret, tali uiae suae fatigationem arte geminauit: ut si temperius iumentorum defectum considerantes in futurae mansionis diuersoria successerunt, praeter psalmorum continuationem, praeter lectionis perseuerantiam, quorum nihil nisi stando faciebat, eligebat secessum nemorea fronde conclusum, ubi conexis arborum brachiis nox domestica texeretur, quod solum refugus per umbracula opaca sol nesciret, et torum uiridanti cespite gratia naturalis sterneret. ibi profusus in oratione continuis fletibus exortem pluuiarum terram oculorum imbribus inrigabat. reddebantur arua illa fecunda orationum copia, quae frugum esse non poterant.

Tali exercitio se macerans Tolosanam, in qua Euricus tunc rex degebat, urbem ingressus est, quem iam praeuia opinio Gallorum auribus, qualis esset, intimauerat, sacerdotibus praecipue eiusdem regionis, quos adtonitos de aduenientibus inquisitio profunda sollicitat. erat praeterea ea tempestate consiliorum principis et moderator et arbiter Leo nomine, quem per eloquentiae meritum non una iam declamationum palma susceperat, qui cum summo gaudio aduentum pontificis indicauit notitiae publicae. euocatur ex tempore regi praesentandus antistes, ad quem ilico ut ingressus, uidit salutauit adgressus

1 ualide *T* percũ|tatus *T* 2 neccessitates quae *B* 4 meatum inriguus *B* 5 de *om. Sirm.* ticinensis *V*[1] opido *T* 6 gemauit *T*[1] ut] *cf. Wiener Studien II p. 249* 8 successerant *Schottus*, accederent *Baronius* 10 nemorosa *Sirm.* 12 thorum *T* uiridante *B* 14 flexibus *B* exsortem *LT*[1] 16 cupia *B*[1] 17 Euaricus *Schottus* 20 praecipuae *B* 21 inquisito *L* profana *fort.* eadem *Boll.* 22 et *ante* moderator *om. B* 23 meritum (itum *in ras.*) *V* palma iam declamationum *T* 24 susciperat *B* 25 p̃sentadus *L* 26 antistis *B* illico *L*

est: "quamuis te, stupende terrarum princeps, multorum auribus reddat uirtutis fama terribilem et gladii, quibus finitimos continua uastitate premis, segetem quandam inimici germinis metant, nullam tibi tamen superni gratiam numinis dira bellandi praestat ambitio nec ferrum fines tuetur imperii, si caelestis dominus offendatur. regem te habere memento cui oportet considerare quid placeat, qui cum susceptum hominem portaret ad caelum, pro inmensae hereditatis munere pacem discipulis iterata saepius admonitione commendat. cuius nos praecepti necesse est esse custodes, praecipue cum nouerimus uirum fortem dici non posse quem uicerit indignatio. deinde perpendere nos conuenit, quod nemo diligentius propria tuetur quam qui aliena non adpetit. quocirca Nepos, cui regimen Italiae ordinatio diuina commisit, ad haec nos impetranda destinauit, ut reductis ad fidem mentibus terrae sibi conuenae dilectionis iure socientur. qui licet certamina non formidet, concordiam primus exoptat. nostis in communi, quo sit dominiorum antiqui⟨tus uicini⟩tas limitata confinio, qua sustinuerint partes istae illarum rectores famulandi patientia. sufficiat, quod elegit aut certe patitur amicus dici qui meruit dominus appellari". haec uir insignissimus Epiphanius.

At Euricus, gentile nescio quod murmur infringens, mollitum se adhortationibus eius uultus sui serenitate significat. Leo uero nominatus superius tanto adlocutionis ipsius tenebatur miraculo, ut crederet uerbis huiuscemodi expugnari posse mentes, si fas est dici, etiam si contra iustitiam postularet.

3 continuo *L* praemis B^1LV 4 numinis *Schottus*, nominis *libri* 5 fines *T in ras. corr.* 6 regem te *ex* regente *T corr.* 8 *syllabae* ret ad caelum pro *T in ras. corr.* 9 commendabat *fort.* 13 adpetet (i *superscr.*) *B* nepus *B* italie *B* 17 prius *Sirm.* 18 dominiorum BT^2, dominorum LT^1V antiquitus *scripsi*, antiquitas *libri* uicinitas *addidi*, *om. libri* liminata L^1 19 pacientia *LV* 20 eligit *B* patiatur *Schottus* 21 epifanius *libri* 22 mumur BV^1 infringes (n *superscr.*) *B* 23 sed adortationibus *B* 25 mirabatur (culo *superscr.*) *T* 26 etiamsi (si *postea add.*) *B*

taliter tamen fertur ad interpretem rex locutus: "licet pectus meum lorica uix deserat et adsidue manum orbis aeratus includat necnon et latus muniat ferri praesidium, inueni tamen hominem, qui me armatum possit expugnare sermonibus. fallunt qui dicunt Romanos in linguis scutum uel spicula non habere. norunt enim et illa quae nos miserimus uerba repellere et quae a se diriguntur ad cordis penetralia destinare. facio ergo, uenerande papa, quae poscis, quia grandior est apud me legati persona quam potentia destinantis. accipe nunc fidem et pro Nepote pollicere, quod seruet intemeratam concordiam, quoniam te promisisse iurasse est". his dictis inito etiam pactionis uinculo uerendus pontifex uale dicto discessit. ad quem statim precatorum turba dirigitur, ut secuturo die regis epulis interesset, quem ille iam conpererat iugiter per sacerdotes suos polluta habere conuiuia: cui excusauit dixitque sibi non esse in more positum alienis aliquando prandiis uesci, perendie se magis uelle proficisci. quod constitutum maturauit implere et Tolosam tantis comitantibus egressus est, ut paene deserta urbs discedente nostro pontifice cerneretur. tantos enim in breui deuinxerat sibi caritate sincera, ut captiuitatem flerent quos apud patriam remanere necessitas constringebat. inde tamen regrediens singula sanctarum habitationum loca uisitauit: Medianas insulas, Stoechadas, Lerum ipsamque nutricem summorum montium planam Lerinum adiit,

1 tamen (liter) tñ *T* interp*retem *L* 2 lurica *B*[1] uix *ex* rex *T* adsiduae *B* includat aeratus *T et Schottus* 7 cordis] caedis *Sirm.* penitralia *B* 8 uenerandae *B*, ueneranda *LV* 11 quo͂ *LV*, q͂n *T*, quando *Sirm.* promisse *B* hic *B* 12 ualedicta *B*, ualedicto dicto *T* dicessit *T* 13 at *L*[1] praecatorum *B* secutoro *B* 14 aepulis *B* 15 pulluta *B* conuiua *B*, conuia (ui) *V* excussauit *B* 16 *ee͂ *L* 17 uesci p.] ues perendie *B*, uespere *Schottus* 18 comitatibus *T* 20 deuincxerat *BLV* 22 scanctarum *B* 23 Stoechadas *coni. Sirm.*, cycladas *BLV*, cicladas *T* 24 montium *i. e. episcoporum; cf. Caesarii Arel. Homil. 25:* beate et felix insula Lerinensis, quae cum parua et plana esse uideatur, innumerabiles tamen montes ad caelum misisse cognoscitur

unde singulos uitae flosculos decerpsit ex omnibus, quos in se boni germinis fomes insereret et ad maturitatis tempus grauida pomis caelestibus arbor adduceret. interea expectatum Italis lumen redditur et reuertente singulari sacerdote per sudum rutilans iubar aperitur. Ticinum diu desideratus ingreditur, Nepoti effectum peractae legationis insinuat, et crescente laudum cumulo humilitas in eo pariter sentiebat augmentum.

Igitur dum talibus se disciplinis et laboribus Christi [et] dei nostri operarius exerceret, ecce ille quietis nescius et scelerum patrator inimicus magna dolorum incrementa conglutinat et inquirit quibus uirum integerrimum passionibus lacesseret. exercitum aduersus Orestem patricium erigit et discordiae crimina clandestinus supplantator interserit: spe nouarum rerum perditorum animos inquietat. Odouacrem ad regnandi ambitum extollit et, ut haec pernicies in Ticinensi ciuitate contingeret, Orestem ad eam fiducia munitionis inuitat. episcopus cum omnibus ad se pertinentibus praesens inuenitur: fit maximus in urbe concursus, praedandi rabies inardescit: ubique luctus, pauor ubique et mortis imago plurima. discurrebat ille sollicitus: poscebatur ad poenam cuius substantiam notiorem fecerat amicitiarum fides antiquior. alii flammas ruituris aedibus subponebant: alii ad exitium poscebant dominum, pro cuius conuenerat salute pugnari. currunt ad ecclesiae domum, totis direptionis incendiis aestuantes,

20 Vergil. Aen. II 369.

1 uitae *V s. l. m. 2*, unę *L*¹ 2 fomis *B* 3 exspectatum *TV* 4 reuerente *L* 7 in eo humilitas *T* sentiuat *B*, sentiuit *Boll.*, *an* sentibat? 9 sedum *T* et *inclusi; cf. Wiener Studien II p. 249* 12 inquiret *B* intergerrimum *B* 13 lacessiret *B*, lacessiret *LTV* eriget *B* 15 perditorem *B* odouarem *T*¹ 16 per∗nies (r *ex* n? *corr.*) *L* 19 urbę *BL* praedamdi *B*¹, praedumdi *V* inardescet *B* 20 luctus ubique pauor et plurima mortis imago *Schottus* 21 solcitus *L* 22 notio∗rem *L* amiciarum *B*, amiticiarum *L*¹ 23 exicium *B* 25 ec|ecclesiae *B* dereptionis *L*¹

dum quem uidebant erogare plurima perinmensa suspicabantur abscondere. pro nefas! thesauros cruda barbaries quaerebat in terra, quos ille ad caelestia secreta transmiserat. diripitur etiam sancta eius germana et seorsum ab eo captiuitatis sorte deducitur: omnes nobilium a suis familiae sequestrantur: Luminosa gloriosissima femina parili necessitatis condicione constringitur. o dolor! utraeque ecclesiae flammis hostilibus concremantur: tota ciuitas quasi rogus effulgurat. cunctorum uoces sacerdotem requirentium audiuntur: nemo periculi sui meminerat, dum maior ab illis salutis portio diuideretur. cui, quamuis confusa in singulorum exitium turba fremeret, honor tamen et inter gladios inpendebatur. nam ilico non fuerunt quos potuit uidere captiuos: uenerabilem germanam suam, priusquam in uesperam diei illius lux funesta laberetur, eripuit: plurimos etiam ciuium absoluit precatu suo, antequam durissimae condicionis uincla sentirent, matres familias praecipue, quas inmanior in hac necessitate poterat manere commoratio. postremo status ciuitatis, quem multitudo barbarica succidebat, unius fortissimae columnae sustentatus resurgebat auxilio, nec tantum ad delendum sufficiebat exercitus, quantum ad reparandum unius persona pontificis. sublato tamen Oreste et propter Placentinam urbem extincto depraedationis impetus conquieuit.

Post quem adscitus in regnum Odouacris tanto cultu insignem uirum coepit honorare, ut omnium decessorum suorum circa eum officia praecederet. interea ne diu fauillis domicilia diuina premerentur, ante gloriosus antistes reaedificandi sum-

1 perinmensae *B* 2 nephas *T* thensauros *B* 4 sorte *T s. l. m. 2* 6 necessitatesis *B* 8 quamsi *T* effulgorat *B*[2]*LTV* 10 portio salutis *T* diuidatur *T*[1] 11 exitia *Boll.* 14 p'quam *T*[1] die *B* eripuet *B* 15 durissime *B* 16 conditionis *BLTV* uincula *LT* praecipuae *B* 17 cōmoratio *T* 18 ciuitastis *B*[1] succedebat *B* 20 proficiebat *fort.* 22 exstincto *TV* 24 odouac*ris (a *eras.*) *L* 25 honerare *L* suorum *om. Boll.* 26 nec *T* ne diu *om. L* 27 praemerentur *B* antistis *BV*

psit animum quam expensas aut substantiam praeparandi. ingentis pretii fabricas sine nummorum adtollere condito non expauit, apostolicae admonitionis haud inscius, quod caelestia regna quaerentibus indeficiens iugiter census exuberet et de pleno semper inpertiat quem non opprimit in largiendi uoluntate paupertas. dicebat enim: "uix est, ut animum diuitem possibilitas deserat, et difficillimum, ut sequatur abundantia hominem mente mendicum". iam iamque tamen fastigia perfectionis maioris ecclesiae opus adtigerat aedificio et dedicationis insignibus adornato, extemplo alterius ecclesiae cum columnatus repente paries inpulsu callidi serpentis eiectus est. uoluit experiri, si multiplici eius possit uexatione subuerti. at ille uiolentior, ne malis eius cederet, adsurgebat et continuo sine alicuius passionis indicio ad reparationem ipsius plena se auiditate succinxit. nimio tamen uniuersitas tenebatur miraculo, quod ab ipso templi tholo artifices cum ingenti machina corruerunt, nullus tamen eorum aut crure debilis factus est aut aliqua membrorum parte truncatus. quod orationibus episcopi contigisse cunctorum sensibus patuit, ut molem propriam ruina sustineret et a casu suo lapides suspenderentur. stupendo tamen ordinationis eius cursu supra dicti operis perfectionem labor accepit. nam consummato maioris ecclesiae ⟨opere⟩ reparationem orditus, raptim ad fastigia priscae incolumitatis surrexisse conspexit domum dei qui necdum conpererat inchoatam. quibus tamen ab eo celeriter exactis mox se in illum diuinus fauor ostendit. nam in eiusdem anni curriculo summa daemonum turba de obsessis coeperunt cla-

2 praecii *B*, praetii *V* nummorum ui attollere continuo *coni. Schottus* 3 haut *T* 5 inperciat *B* opprimet *B* 9 ^{ma}ioris (o *ex* u *corr.*) *V* aedificatio *L* 10 exemplo *L*[1] tum *Sirm.* 11 deiectus *fort.* 13 ad *B* 14 passiones *B*[1] inditio *LTV* ipsius *om. T*, eius *Boll.* 15 succincxit *B* 16 quod dum *fort.* ip̄i *T* tolo *BLTV* 17 machena *B*[1] 18 trunccatus *L* 20 ruinam *B* 21 stupenda *V*[1] perfectionem operis *T* 22 consummā|de (˜ *et* de *add. corr.*) *T* 23 opere *addidi*, *om. libri* preparationem *LTV* 26 diuinis *T*[1] 27 demonum *B* coepit *T*, cepit *V*

mare corporibus, flagris se et cruciatibus nimiis, ut fugerent, sacerdote Epiphanio imperante conpelli. quos ille modica cum fletu oratione profusa ad extima terrarum confinia transmittebat ac diuersis uocibus heiulantes meritorum suorum urguebat imperio. sed cum talia per Christi gratiam iugiter faceret, nihil sibi de praesumptionum flatibus adsumebat. tollit enim illis boni meriti potentiam quibus supercilium fiducia benignitatis adtulerit.

Interea ne solis ciuitatem templorum aedibus uideretur ornasse, fessis eiusdem urbis habitatoribus remediorum utilitate prospexit. nam directa legatione ad Odouacrem quinquennii uacationem fiscalium tributorum impetrauit, ad quae beneficia per singulos dispertienda tanta se castitate continuit, ut nemo ex his minus acciperet quam is, quo fuerant inpetrante concessa. dum haec tamen gererentur, in perniciem Liguriae possessorum Pelagi, qui ea tempestate praetorio praefectus erat, repositus malitiae ardor efferbuit. nam coemptionum enormitate grauissima tributa duplicabat reddebatque onus geminum, quod simplex sustineri non poterat. unde mox ad sanctum uirum oppressorum turba confluxit, qui laetus succurrendi occasiones amplectitur et pro cunctorum necessitate alacer ambulauit poposcit obtinuit. sed quid frustra gestio singulorum species laborum eius uel formas eloqui, dum quod non explicat possibilitas praesumit adfectus datque terminum latiora opinantibus sermonis angustia? fuerunt tamen ista sacratissima uatis desideria, ut, cum innumerabilia faceret, optaret de laudibus suis aut nulla aut pauca perstringi. unde

1 flabris *B* 2 epifanio *BLTV* 3 et oratione *T* 4 eiulantes *T* suorū suorū *L*[1] urgebat *LTV*[2] 5 sed cum] secū *L* 6 praesumptione *V*[2] tollet *B* 7 supercilicium *LV* (ci *ex* p *corr. V m. 1*) 8 adtulerat *B* 11 quinquenii *V*[1] 12 adque *B* benificia *V* 14 his *T*, his *B* 15 pernitiem *B* 16 Pelagii *Schottus* quiae *B* 17 efferuit *B* 18 inormitate *B* 19 sustinere *LTV* 22 optinuit *LV* 23 eloqui• *L* 24 praesumet *B* 26 sacratissimi *LTV*

si quid minus lingua pauper aperui, audientum et legentum sensibus derelinquo.

Post multas tamen quas apud Odouacrem regem legationes uiolentia supplicationis exegit dispositione caelestis imperii ad Italiam Theodericus rex cum inmensa roboris sui multitudine commeauit, ad quem uir integerrimus, dum Mediolani iam positus esset, excurrit. quem cum ille regum praestantissimus cordis oculis inspexisset et solita iudicii sui sacerdotem nostrum libra pensaret, inuenit in eo pondus omnium constare uirtutum, cuius integritatem uelut fabrilibus lineis ad perpendiculum mentis emensus est, quique tali apud suos de illo sermone usus est: "ecce hominem, cui totus Oriens similem non habet, quem uidisse praemium est, cum quo habitare securitas. fortissimo muro Ticinensis ciuitas incolumi isto uallatur, quos inpugnantum nulla uis possit obruere, quos nequaquam Balearis fundae transcendat excursus. si qua necessitas inter undas certaminum adcesserit, tutum est apud istum matrem familiasque deponere et expeditum excursibus militare bellorum".

Interea perduelles animos dediticii exercitus mutationum incendit ambitio, quorum caput Tufa fuit, homo in perfugarum infamio notitia ueteri pollutus: qui concepit mente, ut se desperatis partibus cum ingenti multitudine redderet. quod cum Theodericus rex principali sollicitudine cognouisset, continuo omnem illam, quam totus Oriens uix sustinuit, contraxit

1 audientium et legentium *T et Sirm.* 5 theodoricus *T* multitudinem *B* 7 occurrit *Boll.* prestantissimus *B* 8 inspexitset *B* 9 libera *B*[1] eum *B* 10 uelud *L* lines *B* 11 quique] qui *Sirm.*, qui quoque *fort.* 13 uidisse̅t *L* premium *B* 14 ^ti^cinensis *B* incolomi isto *LV*, incolumita (isto) *B* 15 quos] q *in ras. T corr.* oppugnantum *Schottus* 16 transcendant *L et Sirm.* 18 familias *Sirm.*; matres familias *fort.* et *inclusit Schottus* 20 dedititii *T* 22 infamia *T*[2] *et Boll.* mente] ingenti *add. B* 23 se disperatis *B*, sedes per atis (i *corr.*) *V* partibus (par *corr.*) *V* ingenti *om. B* 24 dum *Sirm.* theodoricus *T* 25 illum *B* cumtraxit *T*[1]

manum atque ad Ticinensis ciuitatis se angustiam contulit. uideres urbem familiarum coetibus scatentem, domorum inmanium culmina in angustissimis resecata tuguriis: cerneres a fundamentis aedificia inmensa migrare nec ad recipiendam habitantium densitatem solum ipsum posse sufficere.

Inter haec ille in bonis uir exercitatissimus, in quo animorum amplitudo cunctis pandebat adcessum, opportunum sibi coniciens tempus offerri, quo benignitatis suae pleno austro uela laxaret et portum gloriae per uariarum notitiam gentium et actuum celebritatem secunda nauigatione pertingeret, primore in loco, quod nullae chartae ueterum, nulli librorum de quocumque locuntur annales, quod cum stupore relator adfirmet uel cum admiratione lector admittat, ut cum sagacissima gente habitans et quam nulla suspicionum aura praeteruolat, in rebus dubiis, quando metus periculi etiam mitia contra quoslibet corda sollicitat, sic illis fidelissimus extitit, ut inimicos eorum toto deuinctos teneret affectu et inter dissidentes principes solus esset qui pace frueretur amborum. adplicabat enim ad conpendium unius quicquid praestabatur ab altero: et reuerentia personae suae atque dulcedine sic largientis temperabat animum, ut nullatenus accenderetur, si aliquid a se beneficii per episcopum et inimicus acciperet. ille fuit, circa quem concordiam et pugnantes seruarent et cuius quietem bella non laederent. iam si ad illud ueniamus, quod cotidiana et ipsos pascebat humanitate raptores et illis intra ciuitatem sumptuum necessaria ministrabat, qui foris praedia illius continua uastitate deleuerant. nam tot milia hominum uno eodemque tempore, cum diuersa poscerent, reficiebat blanditiis, humiliabat adloquio, pascebat muneribus. si cuius liberi uxorque inimicis a qualibet parte fuissent intercipientibus occupati, ilico supplicationis illius pretio redde-

1 se *om. Sirm.* 2 scantentem *B* doorum *L* 3 reserata *Boll.* 7 adcessum (um *ex* us *corr.*) *V*, accessum *T* oportunum *BLTV* 9 austro uel axaret *L* 15 praeteruolae| *B* 17 existitit *TV* 18 desidentes *B* 19 amplicabat *L* 22 acceperet *B* 24 iam si] *cf. p. 361, 7* 25 quot *Baron.* 26 fortis *L*[1] 30 uxor quae *B*

bantur suis, quos auri redimere non potuisset effusio. regi aptissimus et prae sanctis omnibus uenerabilis existebat, ut quoscumque Romanorum bellandi licentia hominum eius fecisset esse captiuos, mox illi restitueret, quem sola intellegebat aliorum libertate ditari. deinde enumerare nequeam quanta ille subiugatorum agmina solo proprio reddidit, quanta ne uexarentur, imposuit. iam si illa retexam, quas inimicorum sustinuit insolentias, quibus laborauit inmissionibus, quali procellas pessimorum uirtute contempsit: ad haec enarranda lingua non sufficiet. iuuat enim certa quaeque decerpere, ubi sunt omnia admiranda quae referas. sub tali cruce triennium duxit, soli deo dolorum suorum secreta manifestans, a quo ministrari sibi clandestinum poscebat auxilium.

Post hinc digressis Gothis ciuitas Ticinensis Rugis est tradita, hominibus omni feritate inmanibus, quos atrox et acerba uis animorum ad cotidiana scelera sollicitabat: diem putabant perisse, qui illos sine facinore casu aliquo interueniente fugisset. quos tamen beatissimus antistes sermonum suorum melle delinibat, ut effera corda auctoritati se submitterent sacerdotis et amare discerent quorum pectora odiis semper fuisse dedicata cognouimus. mutata est per meritum illius peruersitas naturalis, dum inhonoris mentibus radix peregrinae apud illos affectionis inseritur. quis sine grandi stupore credat dilexisse et timuisse Rugos episcopum et catholicum et Romanum, qui parere regibus uix dignantur? cum quibus tamen integrum

2 acceptissimus *coni. Schottus* 5 numerare *B* 7 illam *V*[1], illas *T* 8 qualli *L*[1] *ut uidetur* 9 uirtutem *B* 10 sufficit *B*, sufficeret *T* iubat *B* 11 crucae *B* 12 decreta *T*[1] 14 gotis *BLTV* rogis *T*[1] 15 immanibus *B* acerlia *V*[1] 16 cotidianas *B* diem] que *add. T s. l. m. 2* 18 antistis *B* 19 delinebat *B*, deliniebat *Boll.* auctoritati se *T*[2], auctoritatis *B*, auctoritate *LT*[1]*V* 20 et] ut *Boll.* discerens *B* 21 dedita *coni. Schottus* 22 inonoris *T*, in horum *Baron.* 23 inferitur *T* qui *B* dixisse *T*[1] 24 rugos *B*, rogos *LTV* chatholicum *B* 25 parcere *Sirm.* dignabantur *Schottus in mg.*

paene biennium exegit taliter, ut ab eo flentes discederent, etiam ad parentes et familias regressuri.

Postquam uero perfuncta res est misero exitialique bello et uicit is, cuius post triumphum spoliatum uagina gladium nullus aspexit, qui praesumptionem exercitus sui cum proelio terminauit, ilico adgressus est uenerandus pontifex de urbis suae reparatione tractare, quam ut primum dignis conpleret habitatoribus, spiritalis prospexit deliberatione consilii. et licet eam precatu illius faciente nullus in uastitatem temporalis procellae turbo dispulerat, parum tamen credebat posse sufficere, si post ruinam omnium Liguriae ciuitatum Ticinus suis tantum contenta indigenis exultaret. coepit finitimarum urbium certos quosque de ciuibus flosculos legere atque ad suos hortos cultor diligens plantaria iam probata portare, de quibus frugi et idoneus aptissima caperet poma possessor.

Interea subita animum praestantissimi regis Theoderici deliberatio occupauit, ut illis tantum Romanae libertatis ius tribueret, quos partibus ipsius fides examinata iunxisset, illos uero, quos aliqua necessitas diuiserat, ab omni iussit et testandi et ordinationum suarum ac uoluntatum licentia submoueri. qua sententia promulgata et legibus circa plurimos tali lege calcatis uniuersa Italia lamentabili iustitio subiacebat. itur rursus ad illum, qui manu medica publicis consueuerat subuenire uulneribus, cuius fonte aerumnarum saepe fuerat ardor extinctus. qui dum se diceret solum ad tantam sarcinam sustinendam non posse sufficere, rogatur pariter uenerabilis

1 pene *V* exiget *B* discederent (*alt.* d *ex* n *corr.*) *L* 2 sed (et *superscr.*) *B* 5 nullas (u *superscr.*) *V* adspicit *Sirm.* praesumptionum *B* prelio *B* 6 pontifix *B* 10 procelle *B* partum *T* 12 contēpta *T* exsultaret *TV* finitimarum u. c.] uicinarum urbium finitimos *Sirm.* 13 ad *om.* *B*, in *Boll.* 14 diligenter *Sirm.* fruge et (e et *ex* ie? *corr.*) *B* fruges idoneas et *coni.* *Schottus* 15 pompa *LT*[1]*V* 16 tehoderici *L* 18 iuncxisset *B* 22 iusticio *BLTV* itur] igitur *B*, itur igitur *fort.* 23 publica (is *superscr.*) *V* 24 erumnarum *BLTV* saepae *B* 25 exstinctus *TV*

Laurentius Mediolanensis episcopus. qui profecti una Rauennam etiam pariter peruenerunt, suscepti reuerenter. postquam illis agendi aditus reclusus est, beatus Laurentius necessarium duxit illi potissimum perorandi copiam dari, cuius uestigia frequentium legationum laboriosus callis adtriuerat et per tramitem huiuscemodi itineris cursitantem non semel hispidum castrensis puluis effecerat. qui tali publicas petitiones est orditus eloquio. "quantus, inuictissime princeps, per innumerabiles successus felicitatem tuam fauor diuinus euexerit, si per ordinem relegam, agnoscis te uotorum parcum maiora semper a deo nostro beneficia accepisse quam optasse memineris. sufficit tamen horum unum narrare sed maximum, quod apud te principem ibi seruorum tuorum causas agimus, ubi solebat inimicus tuus huius solii possessione gaudere. habes plurimum Christo redemptori nostro quod debeas: pro quibus rogamus ipse largitus est. cauendum nobis est, ne offendatur auctor muneris, si quod praestitit non amemus. diu suspendo fiduciam meam: placet ire per singula, quae fando conperi quaeque perspexi accessisse tibi diuinitatis auxilio. scis quae te pollicebaris acturum, quando confertissimis inimicorum cuneis urguebaris et circa muros Ticinensis ciuitatulae hostilis litui clangor streperet, quando armis numero aduersarii praestantiores subsistere sola tecum dimicante caelitus inuisibili uirtute non poterant. audebat te adgredi qui exercitus

1 medolanensis *V* 3 laurentius] mediolanensis ep̃s *add. T* necessarium—laboriosus *T in ras.* 4 illi *post* potissimum *T s. l.* dare *T* 6 hispedum *B* 7 efficerat *BL* 8 eloquia *B* 9 euexerit] exuerit *B* (f. exhibuerit *s. l. m. rec.*), extulerit *Schottus* 10 relegam *ex* regalem *ut uidetur corr. L* agnosces *Boll.* 11 optase *T* 12 sufficet *B* horum] hoc *Sirm.* narrere *V*[1] 14 solu/// *potius quam* solii/// *B*, soli *coni. Schottus* 17 actor *T* prestitit *BLTV* 19 q̃cumq; *T* auxilia *Sirm.* 20 te *B s. l.* 21 urgebaris *TV* (*post corr.*) ciuitatulae ticinensis *LV* conuitatule *T*[1] 22 hostis *Sirm.* litui *B* tui *LTV*, tuis *Sirm.* 23 prestantiores *B* demicante *L* 24 audiebat *L*

tuos nuda aestimatione pensabat: solaciorum tuorum pondus omnis bellandi apparatus sustinere non ualuit. quotiens utilitatibus tuis aer ipse seruierit, si recenses, tibi caeli serena militarunt, tibi conuexa pluuias pro uoto fuderunt. quis resistere dexterae tuae ausus fuit et cum gratia superna pugnanti? quotiens inimici tui ceciderunt mucronibus sodalium suorum? quotiens tibi uicit qui pro hostium tuorum utilitate certabat? his ergo donis caelestibus uicissitudinem inpensa circa homines pietate restitue. mysticae oblationis holocausta sunt supplicantum lacrimas non sperni. illud certe perpende, qualibus in regno successeris: quos si, ut liquet, malitia expulit, casus illorum necesse est ut sequentes informet. ruina praecedentium posteros docet: cautio est semper in reliquum lapsus anterior. non sine exemplo militat qui respicit qua causa decessor eiectus est. his freta Liguria uestra nobiscum profusa supplicat, ut legum uestrarum beneficia sic tribuatis innocentibus, ut noxios absoluatis. exigua est apud deum nostrum misericordia, si illos tantum laesio non sequatur, qui reatu carent: culpas dimittere caeleste est, uindicare terrenum". post haec siluit.

At eminentissimus rex infit, quo loquente adtonita de uoluntate eius corda pauor artabat: "quamuis te, uenerabilis episcope, pro meritorum tuorum luce suspiciam et multa apud me confusionis tempore reposuisses beneficia, quibus frui te conuenit tranquillitate reuocata, regnandi tamen necessitas qua concludimur misericordiae quam suades non ubique pandit

1 tuus *L* exercitatione *T* solatiorum *libri* 2 quoties *TV et sic postea* utilitatebus V^1 4 militauerunt *L et Sirm.* con^u^exa *V*, al. contecta *adn. Schottus*, conuexa poli *fort.*; *sed cf. Claudiani Rapt. II 91, in Ruf. II 454* 5 dextrae *Sirm.* 6 pugna^u^ti *L* 8 uicessitudinem *B* 9 restituae *B*, restituere LT^1V^1 misticę *BL* 10 supplicantium *T* 11 quot *B* 13 praecedentum *Sirm.* 14 interior L^1 16 profusa *om. Boll.* 17 dominum *L* 21 ad *B* emenentissimus B^1 22 uenerabiles B^1 23 episcope (*alt.* e *in ras.*) *B* suscipiam V^1 24 reposuissis *B* 26 suadis *B*

accessum, et inter res duras nascentis imperii pietatis dulcedinem censurae pellit utilitas. exemplorum caelestium testimonio assertio mea nititur. offendisse legimus principem, qui caelitus destinatum neci inimicum subduxit exitio: poenam meruit lenitas, quam potuit intulisse districtio. ultionem suscipit qui detractat inferre: uim diuini iudicii aut adtenuat aut contemnit qui hosti suo, cum potitur, indulget. iustitia coercendi sunt quos constat gratiam non secutos. uitia transmittit ad posteros qui praesentibus culpis ignoscit. nam quod de redemptoris nostri patientia loqueris, illos uere amplectitur lac gratiae, quos austeritas legis informat. numquam a medico ad plenissimam curationem aeger adductus est, nisi ab illo, qui primum putria ferro membra desecuit et latentem penitus e sinu uiscerum produxit inluuiem. qui criminosos patitur inpune transire, ad crimina hortatur insontes. tamen quia precibus uestris, quibus superna assentiunt, obsistere terrena non possunt, omnibus generaliter errorem dimittemus. nullius caput noxa prosternet, quoniam potestis et apud deum nostrum agere, ut sceleratae mentes a propositi sui peruersitate discedant. paucos tamen, quos malorum incentores fuisse cognoui, locorum suorum tantummodo habitatione priuabo, ne forte exurgens necessitas uicinos inueniat nutritores et malorum adiuta successibus bella consurgant". his praecellentissimus rex dictis uirum inlustrissimum Vrbicum acciri iubet, qui

1 duras *B*, duas *LTV* 2 testimonia T^1 3 assertio *LTV*, affectio *Sirm.* 4 distinatum *B* neci *Boll.*, nec *libri* 5 laenitas *B* 6 suscipit *scripsi*, suscepit *libri* 7 hoste *B* indulgit *B* 8 cohercendi *T* secutus BL^1V^1 transmittet *B* 9 praesentes *B*, poscentibus *T* ignoscitur *B* 10 pacientia *LV* amplectur (ti *s. l.*) *L* 11 austeritas (*alt.* a *corr.*) *B* nunquam *B* a *om.* *B* 12 plinissimam B^1 13 putrida B^1 14 inluuem *T* 15 inpunire LV^1, impunite *Sirm.* quia *B s. l.* 16 sentiunt *B*, assentiuntur *Boll.* 17 dimittimus T^1 *et Boll.* 18 prosternit *B* non (nrm *s. l.*) *B* 19 propositi* sui* (ui *in ras.*) *B* pereuersitate *B* 21 tantummodo] tantum *Sirm.* pribabo *B* 22 exsurgens *LV* 23 precellentissimus *B* 24 arciri *T*

uniuersa palatii eius onera sustentans, Ciceronem eloquenti Catonem aequitate praecesserat, cui praecepit ut genera indulgentiae pragmaticum promulgaret: quod ille ad omne benignitatem paratissimus ilico tanta breuitate et luce co texuit, ut et illa culparum genera cognoscerentur abolita, qu putabantur fuisse reseruata.

Interea secretius rex praestantissimus sacerdotem uenerandu Epiphanium imperat euocari, quem tali conpellat affatu: "i dicii nostri ex ipsa sententia, gloriose antistes, pondus intelleg ut, cum tot in regni nostri circulo pontifices esse uideantu tu potissimum in tanta re quasi unicus eligaris: nec enerua per meritum tuum huiusmodi aestimatores inludit opini solus esse iuste crederis, cuius splendore tamquam glob lunaribus minorum siderum lumen obtunditur et modic lucis radii praefulgida conscientiae tuae luce fuscantur. qu quaerat noctis lampadam, ubi solis iubar effulgurat? qu candelae praesidium, ubi caminis indesinentibus fidei py succenditur? postremo talem a me oportet dirigi, quale suscipiens libenter auscultet. uides uniuersa Italiae loca or ginariis uiduata cultoribus. in tristitiam meam segetum fer spinas atque iniussa plantaria campus adportat, et illa mat humanae messis Liguria, cui numerosa agricolarum soleb constare progenies, orbata atque sterilis ieiunum cespite nostris monstrat obtutibus. interpellat me terra, quocumq respicio uberem uinetis faciem, cum aratris inpexa contrista o dolor! nullus umor illorum labris infunditur, quos a ui

2 precesserat *B* generaliter *Sirm.* 3 pracmaticum *B* 4 illico *L* 8 epifanium *BLTV* affatum *B* 9 glorios antistis *B* intellegi *B* 10 nostri T^2, ñ BT^1V, *om. L* 11 elegaris *B* 13 crederes *B* 15 concientiae suae *B* 16 effu gorat B^2LV, efulgorat *T* 17 candele *B* indesidentibus *L* 18 suscenditur *B* 19 orienariis *B* 20 tristiciam *B* 21 car pus—humanae *V in ras.* aportat T^1 ille *V* 22 mens luguria *L* agricularum *B* 23 sterelis *L* ieiunium *L* 24 nostri *V* 25 inspexa *T* 26 humor *LTV*

copia Oenotrios uocauit antiquitas. haec quamuis Burgundio inmitis exercuit, nos tamen, si non emendamus, admisimus. populatae patriae cessamus succurrere, et aurum apud nos habetur in conditis? quid interest, pecuniis an ferro aduersariorum animos inclinemus? obtulisse quod mentes capiat hosti uicisse est, occuluisse superari. suscipe ergo Christo adiuuante huius laboris sarcinam, ex qua communem habeamus in caelesti repromissione mercedem, quia nouus iste propriis insignibus titulus laudis adcrescit, per manus tuas de oppugnatoribus nostris sine sanguine triumphare. princeps eorum Gundobadus est, cui reuerentiam tui uetustas inseruit, quem uidendi te nimia cupido stimulat. mihi crede, pretium captiuitatis Italicae erit uester aspectus: redemptos putabo esse quos cupio, si ad terras illas talis redemptor accesserit. quam magno suffragio uincuntur oculi, quibus te offerimus! sed quid demoror manus arua poscentia? polliceor tibi rediuiuum statum Liguriae: polliceor soli laetitiam et post Transalpinam peregrinationem reducem fecunditatem: ex accidenti aurum tibi commodatur pro qua talis legatus acturus es".

Ad haec episcoporum lux Epiphanius respondit: "quanto, uenerabilis princeps, pectus meum tripudio repleueris, si sermone posset ambiri, pro diuitiis meritorum tuorum inmeditata et continua uerba profunderem. sed quam sermoni meo interceptus denegetur successus, monstrant lacrimae gaudiorum, quas dolorum alumnas nunc parturit exultatio. proinde in-

1 enoetrios *BV*, enotrios *T*, enoetri•os (t *eras.*) *L* an͡quitas *L* 2 inmitis] terminis *T* admisemus *B*[1] 3 postulatę *L*[1] *ut uidetur* 6 hostis *Boll.* oculuisse *T*[1] 9 oppugnationibus *Sirm.* 11 gondouadus *BV*, gundouadus *LT* uestustas *B*, uenustas *Boll.* 12 uendendi *L* praetium *V*, precium *BL* 14 esse putabo *Sirm.* 16 re•diuiuum *B*, rediuam *V* 17 laetitię *L*[1] 18 peregrenationem *B*[1] fecunditate *L* accedenti *B* 19 comodatur *T*[1] tantis *T* es *B*, est *LTV* 20 epifanius *BLTV* respondit *om. Sirm.* 21 tripudio• *T* repleberis *B* 22 possit *libri* diuiciis *B* inmedicata *L* 23 intercept' (cept' *in ras.*) *T*, intercoeptus *LV* 24 successus *T in ras.* 25 proinde *Boll.*, perinde *libri*

tellege, ad referendas optimo regi tam pro nobis quam pro se ipso gratias plus me sentire posse quam eloqui. iustitia prius an bellorum exercitatione an, quod his praestantius est, omnes retro imperatores te pietate superasse commemorem? habes unde gentis nostrae rectores accuses: tu redimis quos illi persaepe aut permiserunt fieri aut fecerunt ipsi captiuos. Dauid legimus pro singularis laudationis exemplo idcirco maxime caelorum proximitates indeptum, quod oblato manibus suis Sauli pepercit inimico et in testimonium concessae potestatis exuuiarum eius particulam rapuit, per quam et licentiam probaret et uotum. deus bone! in quanta remuneratione huius factum suscipis pro tot milium oppressorum libertate tractantis, qui illum pro unius seruati hominis sanguine sublimasti. perage ergo coepta festinus et felicitatis tuae oblationem laetus adporta meque, quamuis sim paratus, stimula, ne in offerendo tam odorato sacrificio tarditatis obice refreneris. Christi redemptoris nostri erit concedere, sicut ex operibus futurum conicimus, ut uere holocausta tua per meas manus possis offerre. precor tamen, ut indultu clementiae tuae Victor, Taurinatis urbis episcopus, comes mihi et particeps huius itineris adiungatur, in quo clarum est epitomam omnium uirtutum constare: quo socio adhibito de deo nostro securus spondeo, nullum effectum propriis petitionibus abnegandum".

2 cf. Verg. Aen. XI 126

1 optimo *om. Sirm.* 2 ipso* *T* 3 qđ (q *ex* o *corr.*) *L* prestantius *B* 5 habis *B*¹ *ut uidetur* gentes *B* redemes *B*, redimes *Boll.* 7 singlaris *T* 8 indêptum *T* 9 Sauli] tali *T* pepercerit *ex* pepercit *T corr.*, percipit *L* testimonium] testem *Sirm.* 11 quante *T*¹ 12 milium *scripsi*, milibus *libri* 13 unius *T in ras.* sanguinae *B* 14 ergo] igitur *Boll.* 15 stimulå *B*, stimulo *Boll.* 16 ådorato *B* refreneris *ex* refuneris *V corr.* 18 conicemus *B* manus meas *Schottus et Sirm.* 20 comis *B* 21 epithoma *BLTV*, epitoma *Sirm.*, *em. Schottus et Boll.* 22 constare *om. Sirm.* sotio adhibeto *B* ñ *BT*¹*V*, non· *L* 23 respondeo *LTV* ọbnegandum *B*

Quibus auditis rex eminentissimus adnuit. at tremendus pontifex dicto uale discessit. ex tempore portandae pro redemptione pecuniae destinantur, suscipiuntur: egreditur, Ticinum inpiger uenit. et quamuis adhuc hiemali torpore Martius mensis glaciales fluminibus frenos inponeret et cana niuibus iuga Alpium transituris minarentur exitium, sed mortiferum frigus et concretas algore glebas fidei ardor exuperat. numquam in gelu labitur cuius fundamentum petra solidauit. ordinato ergo itineris sui uiatico profectus est: diceres quod uniuersa inpelleret quae poterat retinere necessitas, nec cibi ipsius capiendi mora sustinebatur, et cum singulos cum ipso positos ille plenus discriminibus callis turbaret, solus inter pericula timere non nouerat quem spes uitae certa comitabatur. interea illa quae itineris eius fuit semper praeuia et in apparatu diligens praecessit fama et tanta Gallos insignium eius relatione conpleuit, ut quasi superni numinis aduentu aut praesentia turbarentur. concurrebat omnis aetas et sexus et quos a uicinitate uiae ipsius longa interualla seiunxerant ardor animi proximabat. quicquid habuit quisque pretiosum obtulit et, si non habuit, aliunde mercatus est: patria ubique, ubique opulenta diffusio. inemptis dapibus mensae cumulabantur peregrinorum et illis, quas nisi conparatas incolae habere non poterant, escis sine pretio utebantur externi. tunc quoscumque indigentum repperit, illis quae erant donata dispersit. domi forisque pascebat miseros, neque

1 audistis *L* ad *B* 2 pontifix *B* dicessit *T* ex *ex* et *T* 3 distenatur *B* 4 tempore *Schottus et Sirm.* 5 marcius *TV* 6 canani*|tibus *T* 8 exsuperat *LTV* 9 ergo] igitur *Boll.* 10 diceres (es *corr.*) *B* 11 nec cibi] ne tibi *B* sustenebatur *B* 14 spe' *L*, res *Schottus* comittabatur *B* 15 preuia *LTV* 17 aut *om.* *LTV* presentia *B* 19 seiuncxerant *BLV* proximabatur *B* 20 preciosum *B* 21 patri *B*, patriaque *T* ubique *om.* *LT et Sirm.* opulentia *L* inemtis *BV*[1] 22 cũolabantur *B* conparatus *LV*, compatus *T* 23 incolae *inclusit Schottus* poserant *L*[1] 24 indigentium *T et Sirm.* reperit *T*

fieri potuit, ut quod ad ipsum delatum est pauperum usibus subtraheretur.

Hoc ordine mira celeritate Lugdunum ingressus est, ubi Rusticius tunc episcopalem cathedram possidebat, homo qui et in saecularis tituli praefiguratione sacerdotem semper exhibuit et sub praetexta fori gubernatorem gessit ecclesiae: qui trans Rhodanum fluuium aduentui ipsius spiritalis laetitiae copia repletus occurrit, causam commeationis inquirit, quae essent astutiae regis edocuit. quem ne inopinantem obiectionum aut responsionis calliditas inueniret, intra penetrale pectoris certaminum se prolusione firmabat. quem postquam Gundobadus terrae illius dominus uenisse cognouit, "ite" inquit ad suos "et uidete hominem quem et meritis et uultu semper ego Laurenti martyris personae coniunxi: qui quando nos uidere uelit inquirite et cum iusserit inuitate". mox ad eum omnis Christianorum principis adsistentium turba confluxit, qui affatim admiratione capiebantur, quod illa tot linguarum fama tam minorem se in isto, quamuis esset ampla, monstraret, cui numquam sufficeret paupertate sermonum, quamuis ditior iusto esset in reliquis. constitutus ergo uidendi regem dies: ad quem cum ingressus est, salutauit, et sua utrique uisione laetati sunt. dedit summo uiro Victori licentiam, si iuberet ipse, principium legationis ordiri: qui ad illum omne pondus rettulit, ut fuit ad cunctam humilitatem paratissimus.

1 ipsum *T in ras.* 2 subtrahe(re)tur *L* 4 rusticus lugdunensis archi *T m. rec. in mg.* qui *V s. l.* 5 saeculam(ris) *B*, singularis *T* 6 gubernationem *T et Schottus* 7 rodanum *BLTV* 8 inquiret *B* 10 penitrale *B* 11 formabat *Sirm.* gundobadus *BT*, gondobabus *LV* 12 inquid *B* 14 laurentii *LTV* coniuncxi *B*, coniunxit *L* 15 uidere uellit *B*, uelit uidere *LTV* inquiritae *B* indicate *coni. Schottus* 16 omni* *V* principi *Boll.* 17 cui *L*[1] 18 tam] tamen *Baronius* 20 constituto(us) *B*, constitutis *T*[1], constitutos *uel* constitutus *L* uidendi *ex* gaudendi *T corr.* 21 at *L* 22 uterque *Sirm.* 23 iuueret *B* principium (iu *in ras.*) *V* 24 retulit *LTV*

E uestigio decus Italiae antistes noster talibus uerbis regem coepit adfari: "inexplicabilis mihi dudum, probatissime princeps, uestri amor inposuit per iter istud contra naturam et tempus bella suscipere et crustati montis pericula non timere, quibus dum in metallum aquas artauerit, coagulatum ex liquore minatur exitium. transcendi alienis mensibus ninguidos saltus, posui gressus quos in suis locis uis frigoris obligabat, postremo mortem non timui, ut tibi celer praemium aeternae lucis adferrem. inter duos optimos reges testimonium in caelestibus dicturus adhibeor, si quod ille misericorditer postulat tu clementer adcommodes. munus repromissionis dominicae aequa lance diuidite, et cum ambo amplius habueritis, damna nemo lugebit. certate, duces inuictissimi, et alterutrum uos exequendo praecepta mystica superate. in qua conflictatione sic brauium uictor accipiet, ut uictus praemium non amittat. sequimini consilium meum, et ambo superiores, ambo pares extabitis. redimere cupit ille captiuos: tu sine pretio redde genitalibus glebis. mihi credite, nemo uberius in hac causa, nemo maius accipiet quam qui nihil acceperit: defrudabitur praemium partis illius, atque ad tua conpendia lucrum transit alterius, si quos et uendere gloriosum est donare disponas. pro quantum dispendii de pollicitatione diuina offerenti aurum in hoc negotio, si remittatur, infligit! uel quantam pauperiem, si suscipiatur, adportat! diuites exercitus tuos faciet contempta pecunia, adquisita mendicos. audi Italorum supplicum uoces et de te praesumentium preces serenus admitte. audi Italiam numquam

1 antistis *B* 2 iam dudum *Sirm.* 3 istum T^1, illud L^1 4 montes V^1 5 coagolatum *B* 6 m̃|sibus (si *in ras. corr.*) *T* ninguido *LV* 10 si] sed *T* tu] ut *T* 11 accomodes *T* repromisionis *TV* 12 diuite (di *superscr.*) *B* com L^1 13 lugebat T^1 exsequenda *TV* 14 conflectatione (i *superscr.*) *B* si (c *superscr.*) *V* 16 patres *V* exstabitis *TV* 17 redemere *B* 19 acciperit *B* premium *B* 20 ad] at *B* transiet *coni. Schottus* 21 uindere *BLV* disponas donare *T* 23 infligit *scripsi*, infliget *libri* suspiciatur *L* 25 medicos (n *superscr.*) *V* italiorum *T* 26 praesumentum *Sirm.* praeces *B* adi (u *superscr.*) *L*

a te diuisam et multum de animi tui clementia confidentem, quae si una uoce uteretur, haec diceret: quotiens pro me, si reminisceris, ferratum pectus hostibus obtulisti? quotiens pugnasti consilio, ne bella subriperent, ne aliquis meorum duceretur in quacumque orbis parte captiuus? quos nunc detines, tu nutristi: dolose mihi uirtus tua beneficium praestitit, si quos ab extraneis tutatus est custos inuasit. quis catenarum nexibus inpeditus durae sorti non uberiores lacrimas exhiberet, cum se ad condicionem liberator inpelleret? quis se subduceret, cum armorum tuorum crepitus audiretur, in quo in necessitatibus tutissimum habuere perfugium? elisis collo manibus matrona sublimis, cum traheretur ad uincula, promisit sibi uindicem te futurum. uirgo ab stupratoris insidiis pudorem suum tibi credebat displicere posse si perderet. in summam, capti sunt quos nemo fugientes inuenit. agricolarum laboriosae stirpes et duris exercitatae ligonibus suboles, quos per terram suam pascit infabricata simplicitas, cum loris colla necterentur et palmas uinciret arta conexio, nihil pro defensione sua aliud clamitabant: scimus et euidenter agnoscimus, nonne uos estis Burgundiones nostri? uidete, ne ante pium regem quae facitis excusetis et illa urbanorum consuetudine crimina subprimatis. quotiens istae quas ligare praesumitis manus domino communi tributa soluerunt? nouimus quia ille fieri ista non iussit. hac auctoritate miseri pro solaciis utebantur. multos tamen integritatis tuae fiducia fecit interimi,

1 confitentem *B* 2 quoties — *l. 24* iussit *inclusit Schottus* 3 reminisceres *B* pectum *T*[1] 4 subriperent (sub *in ras.*) *B*, subreperent *Boll.* aliq[uis] *L* eorum *Sirm.* 5 parce *T* 6 nutristi] nosti *Schottus*, nr̃i *B* dolosae *B* p̃stati *T* 7 custus *B* 9 exhiberent *T*[1] inpleret *L* 11 perfugium] praesidium *Sirm.* 12 cum *ex* con *T corr.* 13 uindem *T* 16 s*tirpes (p *eras.*) *L* exercitate *V*, exercitare *T* soboles *LTV* 17 doloris *L* 18 uinciret *in ras. add. V m. 1* connexio *TV* 20 burgundionis *B* 21 facites excusetes *B*[1] orbanorum *B* 22 subpremates *B*[1], supprimates *V*[1] iste quos *T* legare *B* praesumites *B*[1]*V*[1] 23 illa *T*[1] 24 solatiis *BT*

dum capti superbius responderunt. redde ergo residuos patriae, redde origini, redde gloriae tuae. antiquus dominus prouinciam diligit, quam et modernus amplectitur. remitte quamuis ad alienam dicionem, qui se et ibi positi tuos esse cognoscant. parum enim gratiae inpendimus illius imperio, cuius misericordiae nil debemus. uacua sentibus illam quam bene nosti Liguriam et reple culturis. quantum muneribus tuis obnoxia sit intellegit, si faciem suam aliquando cognouerit. domesticum tibi semper est indulgere supplicibus, sicut superbos obprimere. sic in utroque fortissimos, ibi per gladium, hic per temperantiam triumphos adquires. nostris nostrorumque mouere fletibus. sic in successione regni istius legitimus tibi heres adcrescat, et per spem adultae progenies ad Burgundionum gubernacula reuiuiscas. et licet hoc deo tribuas, adice et illud, quod nec hominibus externis istud inpendis. iam tibi Italiae dominus etiam necessitudinis adfinitate coniungitur: sit filii tui sponsa Latia largitas, absolutio captiuorum: offerat pactae suae munus quod et Christus accipiat". haec cum dixisset, commonito sancto collega Victore surrexit, et usque ad pectus regium lacrimantes et cum omnibus propter adstantibus capita submiserunt.

Tunc rex probatissimus, ut erat fando locuples et ex eloquentiae diues opibus et facundus adsertor, uerbis taliter uerba reposuit: "belli iura pacis suasor ignoras et condiciones gladio decisas concordiae auctor euisceras: lex est certantium quem putas errorem: frenum nesciunt inimicitiae, quem tu,

1 cum *Boll.* 2 tuae *om.* *L* prouintiam *LTV* 3 diliget *BLTV*, *em.* *Sirm.* 4 ditionem *LTV* positos *Schottus* 6 sensibus *L* 7 obnoxia sit muneribus tuis *Sirm.* 10 sic] sicut *T* fortissimus *fort.* 11 nostrorum commouere *Sirm.* 13 progeniei *Boll.* 16 etiam] et *Sirm.*; necessitudine adfinitatis *fort.* adfinite *L* sit] sed *L*[1] 17 sponsa lacia *BLV*, sponsalitas *Boll.*, ul sponsalicia *T* *m. rec. in mg.* absolucio *V* pactae] patrie *T* 19 comnito *L*[1] collegia *T*[1] uictor *L* 20 propter *om.* *T* 22 et ex *om.* *T* 23 operibus *T*[1] 24 bella iuris *B* conditiones *LTV*, conditionis *B* 25 actor *T* certantum *T* 26 potas *B* inimititiae *BV*[1] tu *om.* *T*

Christianae lucis iubar, ostendis. proeliis temperantiam nullus adnectit, quae oris tui nitore, egregie moderator, adtollitur. statuta sunt dimicantium quicquid non licet tunc licere. ista sibi forte quies uindicet quae narrasti: hostem suum qui non laesit adiuuit. paulatim aduersarius a regni sui mole succiditur, cuius imperii radices uiribus amputantur. reposui regi partium illarum contumeliam, quam putas inlatam. ludificatus specie foederis nihil egi studiosius, nisi ut, quod est cautelae, apertos inimicos agnoscerem. concedat tamen diuinitatis adsensus, ut solidatum inter nos foedus longa aetate seruetur: inuenient partes illae constantem in amicitia quem senserunt perniciosum sibi fuisse dum litigat. uos tamen, sancti uiri, ad domos in quibus manetis sine tribulatione discedite, dum ego animae meae et regni utilitate discussa quae me conueniat praestare pronuntiem". his auditis pontifices abscesserunt.

At ille uocato Laconio, cui et rerum et uerborum fides ab illo semper tute mandata est, quem et praerogatiua natalium et auorum curules per magistrae probitatis insignia sublimarunt, cum quo confert quotiens et pia et religiosa meditatur, et sicut non est cum uitiis sociata nobilitas nec adstringitur ad inlecebras lux naturae, si quid ille benigne facere uoluerit, duplicari iste hortatur adhibitus. cui princeps "uade" inquit "Laconi, et tota uotorum tuorum uela suspende. et sacerdos a nobis et beatus Epiphanius libenter auditus est, cuius te precibus fuisse permotum, cum apud nos uerba faceret, ani-

1 cristiane *B*, christiane *LTV* preliis *B*, praelius *L* 2 adnectet *B* attollitor *T* 4 sibi *om. Sirm.* 5 adiuuit *coni. Schottus*, adiuuet *B*, adiuuat *LTV* succidetur *B*, succenditur *L* 6 uiribus *Schottus et Sirm.*, uicibus *LTV*, uicebus (i s. l., e del.) *B* 7 contumiliam *B* specię *L*, spe *T* 8 federis—nisi *T in ras. corr.* 11 amititia *B* 12 sibi perniciosum *Sirm.* litigatur *LTV* 15 ponti-ˢces *V* discesserunt *T* 16 ad *B* 17 tutae *B*, tu•(te) (e *eras.*) *L*, tuto *Boll.* perrogatiua *B*[1] 18 curules *Sirm.*, curulis *BLTV* magistri *T* sublimauerunt *L*, sublimauere *Sirm.* 20 adstringetur *B* 21 benignae *B* 22 adhibetus *B* inquid *B* uade inquit *V s. l. add.* 23 suspende uela *T* suspendae *B* sacerdus *B* 24 epifanius *BLTV*

morum indices lacrimae testabantur. uade et pleno pectore dicta sententias, per quas pactionis illius durissimae nexus inrumpas ilicet omnibus Italis: quoscumque Burgundionum nostrorum metus captiuitatis fecit esse captiuos, quos famis necessitas, quos periculorum timor aduexit, postremo quoscumque concessit aut addixit consensus principis sui, noster absoluat: at paucos quos quasi ardore proeliandi tunc ab aduersariorum suorum dominatíone rapuerunt, pro illis pretii quantulumcumque percipiant, ne detestabiles apud illos fiant certaminum casus, quorum cum discrimina sustinuerint, lucra non sentiant".

Post praeceptum uenerandi regis inpiger ille uerborum saltibus indulgentiae species aut formas exposuit et cartas ad insignem antistitem detulit: quas ille cum expectatissima deuotione suscepit et portitorem tanti doni ambienter amplexus est. qui postquam rumor innotuit, tanta istius iam liberae multitudinis frequentia subito adstitit, ut desolata crederes esse etiam incolis rura Gallorum: nam testis huius rei ego sum, per cuius manus pictacia ad clusuras iussio sacerdotis elicuit, quadringentos homines die una de sola Lugdunensi ciuitate redituros ad Italiam fuisse dimissos. identidem per singulas urbes Sapaudiae uel aliarum prouinciarum factum indubitanter agnouimus, ita ut istorum, quos solae preces beatissimi uiri liberarunt, plus quam sex milia animarum terris patriis redderentur. eorum uero, qui redempti auro sunt, numerum ad liquidum cognouisse non potui, quia inter eos etiam multos fuga eripuit. sic factum est, ut tunc ad liberationem omnium subiugatorum

1 lacrime testabantur *T in ras. corr.* et *om. Sirm.* 2 durissime *LT* nexos *B* 3 ilicet *scripsi,* liceat *libri* 4 quos f. necessitas *T in ras. corr.* 5 adnexit *T* quoscuque *L* 6 adduxit *B* 7 ad *B* quasi *inclusit Schottus* praeliandi *B* ab *om. T* 8 precii *LTV* 12 carthas *B* 13 antististitem *B* 14 portionem *L* 15 rumori notuit *B* libere *B,* liber° *T* 16 adstitet *B* 18 pictatia *T,* pittacia *L,* pectacia *B* ad clausuras *T,* occlusuras *coni. Schottus* quadrigentos *BTV*[1] 20 identitem *T* sapaudeę *L*[1] 21 prouintiarum *TV* 22 libera////runt *L* 23 patriis] propriis *Sirm.* 25 agnouisse *Sirm.* 26 tunc[ut] (ut *s. l. m. 2*) *T* deliberationem *Boll.*

transeundi occasio concessa sufficeret. postquam tamen pecuniarum ille cumulus effusus est, continuo ad expensas redemptionis suggessit necessaria illa, quae ibi est thesaurus ecclesiae, Syagria, cuius prolixam quaerit uita narrationem: sufficit tamen ut ex operibus agnoscatur quam uerba transcendunt. dedit etiam praestantissimus inter Gallos Auitus Viennensis episcopus, in quo se peritia uelut in diuorsorio lucidae domus inclusit. quid pluribus? auro illorum ex maxima parte actum est, ne Gallis diutius seruitum pubes Ligurum duceretur. nec in uno loco summus uir in illa se regione continuit, ne forsitan in longinquo degentes dominorum feritas inpediret. fuit Genauae, ubi Godigisclus germanus regis larem statuerat, qui formam fraternae deliberationis secutus bonis operibus eius se socium dedit. breui tamen tantae liberatorum phalanges remissae sunt, ut uideres longe lateque agminibus feruentia itinera cum laude dei nostri, tum etiam splendidissimi sacerdotis Epiphani, cuius ministerio atque labore erepti fuerant, redeuntium. et ne tanti lux nostra tropaeo muneris priuaretur atque ab oculis ipsius pulcherrimum spectaculum tolleretur, ipse cum his remeauit. uideres duci in triumphis caelestibus uulgus liberum et pro mactandorum sanguine terram madefieri lacrimis exultantum, cum Heliae currum istarum cohortium ductor scanderet et quadriiugum ad caelestia pro merito suo raperetur excursu. non sic Pellaeus princeps Alexander, quem pacatorem orbis uocauit

2 comulus *B* 3 thensaurus *B* 4 siagria *BT* quaeret *B* narratione *B* sufficet *B*¹ 5 uerbera *L* 6 *uienensis *B*, uie(n)nensis *L* 7 se *T s. l. m. 2* peritiam *B*¹, p(iti)una *T* diuersorio *L*, diusorio *T* 8 plurimus *L*¹ 9 seruitium *LV* 10 una *B* regione se *Sirm.* 11 genaue *BLTV*, genabae *Schottus* 12 godigisdus *T* formam] famam *Sirm.* 14 falanges *BLTV* emissae *Sirm.* 15 uideris *B* 16 nost̃ *T*, ñ *B* (*in ras.*) *LV*, *om. Sirm.* splendedissimi *B*¹ epifani *B*, epifanii *LTV* 17 fuerant cunei *T sed* cunei *in ras.* 18 tropheo *BLTV* ipsorum *Sirm.* 19 e|xpectaculum *B*¹ 20 uideris *B* et *om. Sirm.* 21 exultantium *L*¹ *et Sirm.* 22 helie *LT* 23 quadri**iugum (gu *fort. eras.*) *L* rapueretur *LV* 24 pelleus *BLTV* pacatorem *ex* p̃dictorum *T corr.* urbis *B*¹ uocauit] canit *Schottus et Boll.*

uana laudatio, captum gentium duxit examen, ut iste reuocauit. ecce tunc conperimus armatorum mentes sanctitate superatas et cessisse precibus electi principem, qui obuium semper lanceis pectus ingessit. quantum acutior fuit uerborum quam ferri lamina, hinc lector agnosce: expugnauit sermo cui se gladii subduxerunt. dum ergo tertio mense cum tali tropaeo Ticinum remearet antistes, ut Tarantasiam uenit (sic enim uocitatur oppidum Alpibus uicinum), ibi quaedam mulier graui inmundi spiritus uexatione laborabat, quae continuo percepta benedictione absoluta discessit. ipse tamen suis inopinatus nec suspicantium oculis adstitit. uisus est subito, de quo uix credebatur aliqui posse rumor audiri.

Mox tamen ut rediit, curis ex more animum fatigat, ne forte quibus absolutionem deus noster per illum dederat proprii census possessione turbarentur, praecipue ob nobilium considerationem personarum, quibus inmanior apud suos poterat constare calamitas, si uitam inopem reduces sustinerent et de peregrinationis incommodis sola misericordiae solacia perdidissent. ad regem inuictissimum Theodericum per se mox ire noluit, ne forte laboris sui uicissitudinem in relatione gratiarum aut in exhibitione munerum coram positus uideretur exigere: flagitat enim quasi debitam retributionem qui profligatis principum iussionibus ipse quid actum sit actor adnuntiat. hoc ergo ille totius acuminis uir prospiciens declinare gestiebat. scripsit tamen et quae gesta sint loqui commisit epistolis, ne aut tacendo contemptor aut occurrendo per adrogantiam pronuntiaretur intemperans. quantum tunc, admirande

2 tunc] hinc *Sirm.* sanctitati B^1 *ut uidetur* 4 fuit acutior *T et Sirm.* 5 lammina *BLV* gladiis T^1 6 subduxerant *Sirm.* tropheo *BLTV* 7 antistis *B* 8 opidum *T* al.pibus *B* 9 laborauat *B* 11 aliquis *T*, alicui *cod. Cheltenh.*
14 dei *L* -ñ· *BLV*, n̄ *T* (st' *s. l. m. 2*), *om. Sirm.* 15 praecipuae *B* 16 constarem *T* 18 soli *fort.* solatia *BT* perdedissent *B*, percepissent *coni. Schottus* 19 theodoricum *T* 22 retributionem] remunerationem *Schottus et Boll.* 23 auctor *Sirm.* adadnuntiat *B*, adnuntiet *Boll.* 25 sunt *Sirm.*

pontifex, tua plus egit absentia, quantum imperauit humilitas deprehensa, dicant illi, quos de exulibus ditissimos reddidisti. igitur omnia, quae a piissimo rege pro miseris per paginam petiit singularis antistes, incunctanter obtinuit. serenus praestitit copiam supplicanti, cui pro conpensatione laboris sui hoc credebatur posse sufficere, quicquid per illum beneficii redemptus et pauper acciperet.

Postquam tamen omnes qui reuocati fuerant indultu praeferendi principis iure suo donati sunt, perfunctam molestiarum suarum molem admirabilis censebat episcopus, cum necdum biennio exacto a deliberatae quietis gremio tamquam a portu cumba aliis inlata tempestate propellitur. nam infirmis Ligurum et labantibus humeris uix ferenda tributorum sarcina mandabatur. rursus ad te, adflictorum consolator, adcurritur. doceres frustra reddidisse patriae ciues, si illis in solo auito periclitantibus non adesses. et quia apud te numquam fatigatus est qui rogauit, suscepisti causas infelicium et te protinus ad recidiua onera praeparasti. Rauennam pro nobis regem rogaturus excurris, quam, ne te ibi quisquam post Gallicana insignia laudaret, effugeras. minas caeli procellarumque discrimina, adhuc quasi aeui integer aut ualentia corporis munitus, exuperas. numquam tibi ad officium animorum se membra quamuis inualida subduxerunt: frigus, pluuiae, Padus, ieiunia, nauigatio, periculum, tonitrua, sine tecto mansio in ripis fluminis, incerti paene sine terra portus, uirtuti tuae dulcia fuerunt et grata successui. contristatus est de praesentia tui

1 absentiam *B* impetrauit *Boll.* 2 reddedisti *B* 3 a] aa *B* misseris *B* 4 antistis *B* 5 cupiam *B*¹ 6 redempt'oris *T* 11 deliberante *T* a] o *B*, e *Boll* 12 cymba *LTV* aliis *inclusit Schottus*, altius *fort.* 13 umeris *B* 15 doceris *B*, dicereris *fort.* reddidissae *V*, ret|dedisse (red *supra*) *B* ciues—*l.* 19 excurris *T alia manus multoque pressius exarauit* 16 adessis *B* nunquam *B* 18 preparasti *B* 19 excurres *B* gallicanam *B* 20 lauderet *B* effugeres *V*¹ 21 integri *T* 22 exsuperas *LTV* menbra *B*¹ *ut uidetur* 24 pericula tonitruum *Schottus et Boll.* lecto *Sirm.* 25 partus *L* 26 non tristatus *coni. Schottus*, consolatus *cod. Vat. Baronii* presentia *B* tua *T*

et ille eminentissimus rex, qui te uidere ambienter optabat. exposuisti necessitates nostras aduentu tuo, antequam diceres, et quales tecum habitantium lacrimae te conpulerint, docuerunt superata discrimina.

Ast ubi ad principem tamen ingressus est, ita loqui coepit: "solita, rex uenerabilis, mentis tranquillitate famulorum preces intellege. et me ad postulanda necessaria et uos ad tribuenda usus informat. lex tua est, ductor inuicte, misereri iugiter: tu semper nutristi spem intercessionum in posterum, dum praesentibus non resistis: uiam supplicationi nostrae patefecit ad reliqua semper apud uos beneficii fides impetrati. Liguribus tuis largire quod proferas, tribue quod reponas: futurorum quaestus est temporalis indulgentia. boni principis mos est cum uirtutibus amare famam et regnum ita ordinare, tamquam ad stirpis suae posteros transiturum. nutantes domini haec tantum quae accipiunt diligunt, firmissimi illa potius quae dimittunt. sic terris semina parua committimus, ut multiplicata capiamus: fenus sine crimine fit triplicatum: boni imperatoris est possessoris opulentia. concede immunitatem anni praesentis Liguriae, qui eos ab externis, qui supplicant, reduxisti. quam uberem praesentem natiuitatem habuerimus, clementia uestra adstantes interroget. nemo illi mentitur, cui seruiunt qui conuincant". ad haec princeps: "licet nos inmanium expensarum pondus inlicitet et pro ipsorum quiete legatis indesinenter munera largiamur, tamen uis meritorum tuorum tractatibus nostris reuerenter interuenit. opus est fieri quicquid iniunxeris: iuuat omne quod praecipis. aestimamus enim conpendiis nostris adici illud, quod ipse decerpseris. nihil tu

1 ambicienter *L* 2 adaduentu *T* 3 tec*um (t *eras.*) *L* 6 rex *B s. l.* 9 intercessionis *Sirm.* 10 resistes *B*, resistit *T*¹ suplicationi *L* 13 questus *LV* 15 nutantis *B* 16 diligunt *T add. corr. in mg.* 17 committamus *T*¹ 18 bon' *B* 20 ab *om. Sirm.* suplicant *T* 24 inlecitet *B*, inplicitet *fort.* 26 irreuerenter *T* 27 iniuncxeris *BT* precepis *B*, precipis *LTV* 28 illud *om. Sirm.* ^{de}cerpseris *V*

quasi ex accidenti depreceris, qui habes a nobis plurima quae reposcas. duas tamen praesentis indictionis fiscalis calculi partes cedemus, tertiam tantummodo suscepturi, ne aut aerarii nostri angustia Romanis pariat maiora dispendia aut supplicatio tua expectata patriae gaudia non reportet". taliter praefato regi egit gratias summus antistes, a quo uale dicens abscessit. heu dolor atque gemitus! omnibus quasi supremi officii uel ultimae uisitationis studio inpiger occurrebat. et cum domus ipsius Christianae multitudinis turbas euomeret, ipse tamen omnium penetralia adibat. nullum humanae mentis crassitudine hebetatum tangebat tam funesta suspicio, quod instaret transitus eius, quem ille spiritus reuelatione cernebat. ninguido aere et quali solent homines ad tecta confugere Rauennam egressus est et per omnes Aemiliae ciuitates celer uenit, tamquam ad sepulcri receptaculum properans: omnibus sacerdotibus in itinere positis munificus communis adfabilis et quasi exagellam relingens se ipso praestantior. ut Parmam tamen eiusdem uiae ingressus est ciuitatem, continuo eum coagulatus in uitalibus umor infudit, quem catharrum medici uocant, qui se medullitus inserens in ruinam publicam saeuiebat. sed quid formidas, oratio? quid uelut ⟨nauta⟩ nauifragos scopulos perhorrescis? uelis nolis cuius uita etsi strictim dicta est, narrandus est obitus, quoniam nulla protensione libelli, nullis dilatationibus promulgatae laudis, transitus ipsius poterit occultari.

1 accedenti *B* depraeceris *B* q̃ *ex* quare *T m. 2* 2 presentis *LTV* 3 cedimus *Schottus et Boll.* aut** (em *eras.*) *L* errarii *BT*[1] 4 tua *om. T* 6 antistis *B* ab˚cessit *L* 7 suppraemi *B* offitii *V* 10 adhibat *L* crassitudinae *V*[1] hebitatum *B* 11 suspitio *LV* 12 preuelatione *V*[1] cernebat *T in ras. corr.* ininguido *V*[1] 14 emiliae *LT* 15 sepulchri *BLV* 16 muneficus *B* exagelliam *B*, exagellium *Boll.*, euangelia *Schottus* 18 autem (eum *supra*) *B* 19 humor *LTV* quod *T* catharum *B* 20 ruina *L* seuiebat *BT*, seruiebat *Sirm.* 21 uelud *B* nauta *addidi, om. libri* naue fragos *B*, nauis fragos *LV*, nauis fragosos *T* 22 etsi strictim cuius uita *LTV* 23 nullis] nullus *B*, nulli *V*[1] dilationibus *BLTV*, *em. Sirm.* 24 promulgate *B* istius *T*

et quamuis uelut Scyllaeos canes et patulas Charybdis fauces fragoso discrimina murmure minitantes uelificans carina diffugiat, obitus eius naufragium non omittit. quid fletus narrare metuo, quos continua semper necesse est ut monstret effusio? ergo dum se oppido Ticinensi nunc misero propinquauit, quasi alacer et sanus apparuit: quod licet cum omnium exultationibus ob reditum suum introisset, ilico gaudia uertit in lacrimas, aegrum se esse die ipsa significans, altera grauiorem. et cum grandior per dies singulos appareret infirmitas, adiuta est imperitia medicorum. stabant mussitantes et adtoniti populi, casum in uno homine totius prouinciae considerantes et funus mundi metuentes. septimo tamen die inopinatum scelus, ineffabilis calamitas, inexplicabilis luctus accessit. sed cum beatissimus cerneret pontifex sarcina carnis abiecta maturius se ad purum aetheris euolare fulgorem, cuius uox semper illa fuit mihi uiuere Christus est et mori lucrum, laeto animo ac uultu sereno illos uersiculos Dauiticos saepius repetebat: misericordias tuas, domine, in aeternum cantabo. in generatione et progenie adnuntiabo ueritatem tuam in ore meo, et illud: in manus tuas, domine, commendo spiritum meum. nec non adiciebat de perfectione securus: confirmatum est cor meum in domino, et exaltatum est cornu meum in deo salutari meo, ut hymnis et canticis et in morte resonans ad

16 Phil. 1, 21   18 Ps. 88, 2   20 Ps. 30, 6   22 I Reg. 2, 1

1 scylleos *V*, squilleos *B*   carybdis *BLV*, caribdis *T*   2 fragosa *Sirm.*   uellificans *T*   3 admittit *coni. Schottus*   4 ministret *Boll.*   5 opido *T*   6 omnibus *LV*, omnibus *T*   exultationis *TV*   7 introiuisset *L*[1]   i•lico (l *eras.*) *L*   8 ipsa die *Sirm.*   alteram *T*   9 imperita *L*[1]   10 musitantes *LTV*   11 prouintiae *BLV*   12 die• *B*   13 inesplicabilis *T*, inex•plicabilis *L*   fluctus *L*   beatissimus *T in ras. corr.*   14 sed *B*   15 ad *T s. l. m. 2*   etheris *B*   illa semper *Sirm.*   17 sepius *TV*   19 in—progenię adnuntiabo *om. B*[1] *add. corr. in mg.*   pronuntiabo *LTV*   20 tuas d. c. s. m. (*sic*) *T*   21 ádiciebat nón *T*   23 deo *T*   et—deo *om. T*   24 ymnis *LTV*, imnis *B*

sedem suam caelestis anima remearet, quae quinquagesimum octauum aetatis annum duxit ad tumulum, triginta in hac sacerdotali, qualem etsi excerptim lector adtendis scalptam, conuersatione exemit.

Illud namque silentio praeterire non debeo, quod eius sanctae reliquiae usque in diem tertium, quo cum summa ueneratione reconditae dinoscuntur, tanto lumine ac decore uestitae cunctorum uisae sunt oculis, ut splendorem uitae uultus signaret defuncti et depositam gloriam iam nunc percepisse gloriosum uas crederetur, in quo uere fuit thesaurus magni regis inclusus. quae ibi fuerunt flumina lacrimarum, quanti planctus, silebo, ne post annosa curricula nouellum dolorem scriptor incutiam. quaecumque ibi mater uenit, liberatum clamauit ab illo filium: quaecumque uxor, maritum: quaecumque soror, fratrem: qui caelebs, se ipsum. postremo in illa tanta hominum multitudine et conuentu, ut audenter dicam, totius orbis nemo fuit qui beneficiis illius aliquid non deberet.

Sed quaeso iam temperemus a luctibus: contractam tristitia resoluamus frontem. excelsa cum deo possidet ob cuius obitum maeremus in terris. sed quid faciam, quod remediatoris uestri singultus uerba dissiciunt, lacrimae ora perfundunt, mugitum resonat omne quod eloquor? et intellego quod numquam ad flentem flens bene ueniat consolator. haec sancto patri et doctori peritissimo idoneus affectu non scientia inpendi, ut aliquos de conuersatione illius flosculos relegerem, ut est longum iter agentibus in usu positum, qui non omnes obuios consalutant. tu mihi, anima apud redemptorem nostrum prae-

5 namquae *B* preterire *LTV* 6 usque *T s. l. m. 2* tertium *ex* mitium *T m. 2* 7 disnoscuntur *L* luminae *B* 8 uſse *T*, uite *L*[1] 10 thesauros *L*[1], thensaurus *B* 11 fuerunt ibi *T* 12 annosa *B*, annos ac *LTV*; annorum *fort.* 15 celeps *BLTV* multitudinem *B* 18 queso *B* contractum *LV* 20 meremus *BLTV* quod *T s. l. m. 2* 21 dissitiunt *BTV* pergoquod *B* (fundunt—et intelle *om. B*[1] *add. corr. in mg.*) 22 loquor *B* ad *T s. l. m. 2* 23 sancto' *V*, sanctos *L* 24 ut *T s. l. m. 2* 26 obuius *B* 27 consalutent *L et Sirm.* apud *T s. l. m. 2* ·ñ· *BLT nisi quod T m. 2* ñ *exp. et* nostrum *in mg. add.*

potens, tribue, ut cura uacuus et pectore liber munda tibi sicut debentur praeconia mundus exsoluam. de cetero habentem in te post deum fiduciam non relinquas et quem religionis titulis insignisti religiosorum in diuinam repromissionem redde participem.

IIII.

DE VITA BEATI ANTONI MONACHI.

PRAEFATIO.

Vt proeliantes adsurgunt bucinis, ut equorum celeritas ad potiorem cursum ferrata calce prouocatur, ita dum maiorum uirtus sollicitat, ingenia nouella confortat. qui cana exercitia et ueterum gesta relegit, ad disciplinarum frugem propositis laudum praemiis inardescit. imago praecedentis gloriae, ut ad posteros ueniat, linguarum catena retinetur: non licet per aetates perire, si quid lectio serenis actibus amica susceperit. itaque eloquentiae diuturnitas mortalis naturae sine congressionis periculo uincit angustiam, per quam optimorum conuersatio ipsis decidentibus nescit occasum. restituitur quidem corpus origini et destinatus a superis spiritus ad proprium recurrit auctorem: quorum tamen probitas libris mandata fuerit, eorum uitalis est obitus. dicat forsitan interpres austerior: abiurat praedicationis dulcedinem perfuncta mens saeculo et carnis uin-

1 tribune *V*[1] pectore] p̃ceptore *L* pectore liber et cura uacuus *T* 3 fidutiam *V* quem ñ *T* 4 tituli *B*, titulo *Boll.* repromisionem *V* 5 participem] finit *add.* *BLV*

IIII. Magni felicis ennodi (felicie ennodij *T*) de uita beati antonii incip̃ praefatio *LTV*, inc̃. praefatio *B* 9 pręliantes *B* buccinis *T*[2] aequorum *L* 10 potentiorem *T* ferata *B* 12 releget *B* 13 laude *T* inardescet *B* p̃cidentis *B* 15 aetatis *B*, atates *L* susciperet *B* 16 diuturnitatis *L*[1] congressiones *B* 18 descendentibus *T* restituitur *scripsi*, restituetur *BLTV* 19 origeni *B* recurret *BT*[1] 21 asterior *B* 22 predicationis dulcidinem *B*

culis absolutus non desiderat quae inter incerta mundi gessit agnosci, sed illos humanus carcer sine libertatis dispendio refudit opifici, dum inter polluta gradiens nitorem suum anima deo nostro intenta geminauit et per mandatorum caelestium lineas lenocinantem huius lucis non sensit errorem. nobis uero ista reuiuiscant, nobis profutura seruentur, quibus si ab studio deest sectari meliora, de illorum, qui facem conuersationis suae praeferunt, uenire debet exemplo. tu autem, uenerabilis abba Leonti, qui id mihi operis iniunxisti, adiuua oratione titubantem et siccitatem stili sanctarum precum imbre locupleta: facies enim, ut confido, meritis praecipuum quod adgredi me ipse iussisti. pronum est beatudini tuae ieiunam eloquentiam fecundis innocentiae ferculis ampliare: credite mihi, uos respiciet extortae aut culpa aut genius dictionis, cuius nisi substantiam religiosa auctoritate firmaueris, uidebitur iudicii tui clauda fides delegisse minus idoneum, cui uenerandi laboris prouinciam commisisti.

Igitur beati Antoni narraturus insignia primum sancti spiritus mihi maiestas inuocanda est, ut qui illum rebus diuitem fecit me in his explicandis per linguae frena moderetur et labiorum sordes prophetici carbonis diluere maturet incendio, ne conscientiae nebulis lucem conuersationis illius aut amplissimis pauperem faciam laudibus aut infantia arente deuenustem. benedicitur indiuisa trinitas deus noster, qui seruum suum Antonium tanta uirtutum dote sublimem circa Danubii fluminis ripas in ciuitate Valeria Secundino patre lucis huius ianuam

1 inter (in *suprascr.*) certa *L*, incerta (ter in *suprascr.*) *B* 2 agnoscis *B* liberatis (t *suprascr.*) *B* 3 opificis *B* 4 germinauit *T*, *idem coni. Schottus* 6 reuiuescant *B* ab] a *b* 9 quid (i *suprascr.*) *LT*, quid *B* 11 precipuum *B* 13 respicet *L*[1] 14 genius *in* genus *T corr.* 15 tui *om.* *T* 16 delegisse (1 *corr.*) *B* prouintiam *V* 18 Incipit discriptio uitae (uitae *om.* *B*) beatissimi antoni (antonij *T*, antoni* *L*) monachi *BLTV* antonii *LTV* narraturo (ro *in ras. corr.*) *T* spiritus sancti *Sirm.* 19 faecit *L* 21 prophetici] profici *B* 25 sublim̄ *T*

iussit intrare. qui quamuis de splendore natalium conscientiae iubar hauserit, tamen fulgorem stirpis praecipuae morum radiis obumbrauit, uincens decorem sanguinis ingenii claritate, dum coruscantem germinis sui lampadam actuum serenitate transcendit, et factus est uictor stemmatis sui, per quod uniuersos nascendo superauit. qui dum adhuc de matris penderet uberibus, quem praesciuit dei gratia non reliquit, nec passa est inopem fauoris existere dispensatio caelestis quem remunerandis plenum studiis adprobauit. qui ne sancti instituta propositi per parentum blandimenta frangeret, annorum ferme octo genitoris tutela nudatus est: mox tamen ad inlustrissimum uirum Seuerinum ignara fuci aetas euolauit, qui dum eum mulceret osculis, futura in puero bona quasi transacta relegebat. fuit enim, cuius meritis nihil esset absconditum. ille hunc sibi futurum participem pia ubique uoce praedicabat, credo, ut incipientis tirocinia spes adnuntiata solidaret.

Sed postquam beatus uir humanis rebus exemptus est, Constanti antistitis ea tempestate florentissimi iunctus obsequiis gloriosis operibus uitae rudimenta dedicauit: qui eum inter ecclesiasticos exceptores caelestem militiam iussit ordiri: erat enim uenerabilis sacerdos Antoni nostri patruus. sed numquam ille magisterii rigorem consanguinitatis lege molliuit nec fecit securum de necessitudine discipulum non timere, cui gratiam doctoris nisi censura non praestitit. tantus fuit circa sectatorem diligentiae modus, quantum iudicia contulerunt: meritum suum in facie monitoris agnouit. sed iam peccatorum consummatio Pannoniis minabatur excidium: iam

1 qui quamuis *ex* quidam uis *L corr.* 2 styrpis *B* 4 choruscantem *T* 5 stēmatis (ē *corr.*) *L*, stimmatis *B* 7 presciuit *B* reliquid *B* 9 instituto *V*[1] 12 ignata *T*[1] eum *om. T* 13 oculis *PT*[1]*b* futuro *V*[1] 14 nihil — ille hac (n *suprascr.*) *B in ras.* 15 predicabat *B* 16 tyrocinia *BLTV* adnunciata *B* 17 exemptus] ereptus *T* constantii *LTV* 18 antestitis *B* 19 operibus (p *corr.*) *B* 21 antonii *LTV* 22 magesterii *B* 25 modiis *L*[1] 27 minaba*tur (n *eras.*) *L* iam] nam *LTV*

succisa radice substantiae regionis illius status in pronum deflexerat. per incursus enim uariarum gentium cotidiana gladiorum seges messem nobilitatis absciderat et fecundas humani germinis terras ira populante desolabat. iam Franci, Heruli, Saxones, multiplices crudelitatum species beluarum more peragebant, quae nationum diuersitas superstitiosis mancipata culturis deos suos humana credebant caede mulceri nec umquam propitia se habere numina, nisi cum ea aequalium cruore placassent: cessare confidebant iram caelicolum innocentis effusione sanguinis, qui ut in gratiam redirent cum superis suis, propinquorum consueuerant mortes offerre. quoscumque tamen religiosi titulus declarabat officii, hos quasi sereniores hostias immolabant, aestimantes quod piorum iugulis diuinitatis cessaret indignatio et fieret materia gratiae locus offensae. inter quas temporum procellas Constantius pontifex, ne quid in mundo haberet subsidii, terra hospitibus deputata humana lege liberatus est.

Post cuius resolutionem Antonium nostrum famuli ad Italiae partes, quibus caelitus fuerat deputatus, Christo duce perducunt. principe loco Tellinae uallis, quae id sortita est uocabuli, limen ingreditur: quam montium ex utroque latere brachiis fabricata naturae ditat amoenitas et de uerticibus fecundis amnium plebe locupletat uber solum, quod auaris respondet iuxta desideria inmoderata cultoribus, non tamen ita aristis praegrauidum aut dotatum pascuis aut arbustis consitum aut fluminibus laetum, ut non ei plus superuenientis personae gratia praestaret quam ipsius originis uariata et distincta formositas. illic Mario presbytero, qui spiritibus inmundis dominabatur, adiunctus est, quia haec est rerum condicio, ut noui hominis mores diuulget inuenta sodalitas et

1 succisi L[1] *ut uidetur* 4 germinis] generis *b* 7 cede *BTV*, cedē *L* ulceri *L* 8 se] sed *B* equalium *B* 9 confidebunt *B* celicolum *B* 10 in *B s. l.* 16 hostibus *Bb*, hostilibus *Sirm.* depotata *B* 21 uteroque *B*, utraque *T*[1]*V* 23 annium *T*[1] so***lū *L* 24 respondit *B*, respondaet *L* 25 *aristis (t *eras.*) *L* 26 consitum *scripsi*, conpositum *libri; cf. p. 329, 8* ei *om. LTV* 28 distig|ta *L* 30 conditio *libri*

qui ignoratur per originem similium clarescat affectu: deprehenditur mens secreta per socios et cui non licet ad liquidum superuenientis aestimare conscientiam conceditur ut de suis deprehendat externos. nam cum eum beatus Marius illis oculis, quibus mentes uidentur, inspiceret et interioris decorem hominis absconditis percontaretur optutibus, uoluit eum clericorum sociare collegio et inter ecclesiasticos coetus praestantem meritis dedicare personam. sed fugit honorem uelut ueneni poculum qui semper potentiam credidit subiacere et seruire patienter praetulit regali dominatui.

Ne tamen diu humanae conuersationis mixtus inlecebris societatem contagionis hauriret, elegit secessum haud procul a beati martyris Fidelis sepulcro, ubi Larius Ionii marmoris minas deponit, quando, ne euagetur longius, obiectis ripis resistunt frena telluris. illic inserto nubibus uertice mons coruscat, qui sublimitate sua uincit aspectum. sed quam superbus est magnitudine, tam difficilis ascensu. nam nullis ante monachum nostrum patuit gressibus nec per praerupta saxorum humani generis admisit formidine repugnante uestigium. in praecisis cautibus tuta feris longum praebuit nullo exterrente cubilia, eo bestiis blandior, quo terribilius agricolarum minatur excursui. in hoc dei famulus sedem delegit, in quo sola fuit placendi causa, quia nequaquam lenocinabatur aspectibus. nihil secum amplius nisi parum leguminis et ligonem, quo terram sollicitaret, de mundi beneficiis adsumens, dedicauit callem subiecta asperitate nescitum. iuga illa indo-

25 cf. Tib. I 7, 30

1 clariscat *B* 3 constientiam *L* 6 percunctaretur *T* obtutibus *T* 7 prestantem *B* 11 conuersationes *B* 12 auriret *B*, hauriet *T*[1] haut *BT* 13 Fidelis] Felicis *Sirm.* sepulcro (h) *B*, sepulchro *LV* 14 duponit *L*[1] *ut uidetur* 16 sublimitatis *B* sua *om.* *B* 18 per *Bb*, *om.* *LPTV* prerupta *B* 19 admisit (sit *in ras.*) *L* formidine—cubilia *scripsit alia m. ant.* *L* repugnänae *B* 20 precisis *B* prebuit *B* 21 terribilius (us *in ras.*) *V* 22 famules *LV* delegit *Pb*, diligit *BLTV* 23 leocinabatur (n) *B*, lenocinebatur *L* 25 sollicitaret *B*, sollicitarat *V*[1] 26 obiecta *fort. an* sub ista?

mitam naturae legem Antonio congrediente perdiderunt: reserata itinera post ingressum eius patuere cupientibus. inuenit illic tamen duos senes, quos iam ita inter lustra beluarum habitatio longa miscuerat, ut nihil de illis mundo fama nuntiaret, quorum uitam sanctitatemque plene uideor elocutus, cum expetitam pro dei timore habitationem sine nube uulgaui. breui post horum unus adsumptus est et terreni carceris mole deposita aetheriam ualitudinem felix anima resumpsit: nam absolutionis eius tempore columna ignea beati Antoni oculis ingesta est ad caelum usque pertingens, credo, ut uenerabilis uiri fides et ardor ille uitiorum decoctor typico monstraretur incendio, tunc dum ibi dei cultor tota disciplinis caelestibus uirium suarum uela laxaret et per sinus animae corporisque extrudentia paleas flabra susciperet. cuius uigilias ieiunia lectionis adsiduitatem iure replicarem, nisi haberem digniora memoratu. numquam ille cibum sumpsit nisi fatiscente corpusculo, numquam nisi exemptis officii muniis sollicitudinem quiete laxauit. sed quid retexam quae perfectionis habuerit instrumenta perfectus aut per quos gradus ad celsa conscenderit quem liquido declaratum est optinere sublimia? sciuit ille sic per labores uarios disciplinarum liniamenta sectari, ut numquam adsumeret adrogantiam de labore, et cum omnia essent digna praeconiis quae gerebat, dispendium uirtutis credidit fuisse laudatum. sic totum de eius actibus opinionis luce radiabat, ut nihil praeberetur ostentui: praeminebat censura mentis in corpore et iracundiam, quam contra culpas anima eius susceperat, facies infucata pingebat. uideres aduersus flagitia mun-

3 iam iam *B* lustram *B*[1] 5 sanctitatemque *scripsi*, scientiamque *libri* 8 ethercam *PT* 9 tepr *LV* calumpna *T* antonii *libri* 10 est ingesta *b* pertigens *L* uenerabili *L* 12 tunc dum *BTb*, tunc[dum] *V*, tunc *L* dī* *T* 13 laxaret *ex* uelaret *T corr.* 14 falbra *B* lactionis *L* 15 ni *LPVb* 17 exem*ptis (p *eras.*) *L* 18 quid *ex* quod *L corr.* pereffectionis *T*[1] perfectūs *L* 21 laniamenta *V*[1] 22 om*a (s *eras.*) *L* 23 preconiis *V* que *B* crediderit *fort.* 24 ius *L* 26 susciperat *B* 27 uideres] ueteris *B* aduersis *L*

dana toruos oculos et indefessa contra saeculi blanditias Christi militem bella tractare. quando illa imago statum suum resoluit in risum et ab ordinis proprii rigore laetitiae debilitate confracta est?

Interea dum uelut obsignatum monachi in uniuersis inplet officium, uir quidam, quem sponsae suae amor in facinus impulerat et ad effusionem humani sanguinis affectu et indignatione prouocarat, dum conscientiam se credit fugere mutatione terrarum et in aliis prouinciae partibus innocentiam reperiri, quam furore duce perdiderat, uelatum simplicitate ad secreta heremi portauit homicidam, putans in dei obsequio constitutis de actibus suis praeter effigiem nil patere. artifici humilem simulauit optutu et per dolosi commenta consilii fabricata subiectione conpositus cautioribus scelerum sordes texit obstaculis. difficile est praeter deum deprehendere quicquid obsequendi argumentis inuoluitur: prouide flagitium celat abiectio: raro in lucem erumpunt crimina, quae auctor obtemperandi scierit fuco sepelire. protinus tamen adfuit ille index consuetus et latentis secreta conscientiae diuinae uocis claue reserauit, in his sermonibus adorsus Antonium, quando eum plus quam homo possit docuit agnouisse, illum denudans, qui crasso indumento latronem tegebat, "caue" inquiens "ne tanti criminis reum sancto uelis miscere collegio, ne lupum ouibus, agnis uiperam neglegens aestimator adiungas. iste animam dei manibus concessam per elisi fragmenta gutturis effugauit et interneciuo fratris furore constricti uitam e sedibus suis, dum infert faucibus uincla, dissoluit: hunc debitum sequitur exitium nec a iugo supplicii erit alienus qui humano sanguini

1 toruus *B* 2 militē (˜ *eras.*) *B* qu*ando (ō *eras.*) *L* 8 prouocaret *L*[1] credidit *P*[2]*Tb* 9 prouintiae *BV* 10 repperiri *BLV* 13 similauit *T* optuto *B*, opertum *P*[1]*b* dolosa *V*[1] 16 integumentis *fort.* proinde *Sirm.* 17 obtemperan*di (t *eras.*) *L* 18 tamen] tū *T* index (ex *corr.*) *B* 20 reserauit (uit *ex* ū *corr.*) *L* his] is *L* 21 cognouisse *Sirm.* 22 c*sso (ra *supra*) *T* 24 uipeream *L* negligens *BT* 25 guttoris *B*, guturis *T* 26 inter*niciuo *B*, internicio *LV*, internitio *PT* constrictus *fort.* 27 infrest *L* fautibus *L* uincula *PTb* 28 exitium sequitur *LTV*

non perpercit: misericordia est circa facinorosos seruata districtio. ergo sopori terminum ponens mandatorum caelestium hostem depelle, ne candida conuersatio tecum habitantium fusca superuenientis contagione uioletur". ilico diuinis obsecutus imperiis hominem uocat, mentientem conuincit, feriato ore male conscii omnia eius gesta persequitur. expauit deprehensus, cum flagitia sua recenseri uideret ab homine, quae sine humani generis teste commiserat: uiaticum poposcit, fugam tremens adparauit: continuo tamen pedisequa reum ultio conprehendit et expiatum scelus patratoris morte nuntiauit. ita sermo iusti uiribus carere non potuit.

Interea sanctus uir per regiones finitimas insidiatricis famae linguis innotuit, quae ne pareret de celebritate iactantiam, ante prouisa sunt remedia, quam morbus adolesceret. qui enim grandaeuus aut debilis duce diligentia non itineris illius transmeabat abrupta, cum dantibus ualitudinem desideriis etiam aegritudines corpora non tenerent? hac perterritus frequentia ad secretiora heremi beatus Antonius credidit euolandum, ne singulorum deuotio inamabilis adrogantiae mater existeret et de multiformi gratia rigidioris propositi ruina nasceretur. mox tamen secessus, quem pendula rupes commendabat, electus est, in quo annis plurimis solus et uere monachus uitam sine humani generis consorte transegit. dabat feras pro sodalibus montana solitudo: mugitus ursi aliarumque beluarum minax inmurmuratio pro blandae confabulationis communione ponebatur. denique ea tempestate ursus petulantior gloriae plus daturus caules ipsius puberibus foliis laetiores et quadam domino hilaritate gestientes inmani ingrediens contritione uastauit, ita ut nusquam de sim-

1 ciria *L*¹ 2 soporis *T* 3 habitantum *Sirm.*, hesitantium *T* 7 que *B* 8 teste humani generis *LTV* 9 adparauit] arripuit *Pb*, adproperauit *fort.* c̃tinuo (o *in ras. corr.*) *L* pedissequa *T* rerum *T* 12 religiones *T* 15 enĩ* *L* grandeuus *BLTV* 16 adrupta *L*, abruita *T* 18 herimi *B* 22 pluribus *Pb* solis *L*¹ 23 monacus *L*¹ consorta *L* 25 murmuratio *T* 27 peculantior *B* puperibus *L* 28 dn̄o *L s. l.*, de domino *fort.* ilaritate *L* 29 nuquam *L*

plici fruge spes residua linqueretur: quem ille baculo mulcatum districtius abire praecipiens testem uirtutis suae et nuntium passionis ad alias ire bestias mox coegit, ut impleretur domini fidelis pollicitatio, quae sectatoribus suis totius ueneni et omnium ferarum promisit obsequium. rursus tamen gradienti ei per destinatum callem rugiens se fera suggessit, quam ille sola iussione turbatam iter fecit aperire et occupata uiae claustra deserere.

Sed ecce iterum alis pernicibus per proditionis suae ordinem dei seruum in quo loci degeret fama uulgauit, aliud de ipso pro sententiarum uarietate diuersis opinantibus. tunc liquido patuit per occursus multiplices nihil obstare cupientibus planari ardua, solidari scissa, pendentia non timeri. sed potioribus insidiis, ne per adrogantiam hostis subriperet, fortiori consilio manus apposuit, ne iam grandaeuus perderet quod inter tirocinia uirtute seruasset: acrius enim circa robustos diaboli certamen est, et maioribus copiis illos adgreditur qui conflictus eius experti roboris sudore domuerunt. uniuersa tamen secum ipse pertractans, breui animum suum adlocutione firmauit: "quid agimus, mens adhuc mundani oneris fasce depressa, quam nondum ad auctorem suum corporeus carcer euomuit? non tibi certa est de perfectione fiducia, dum adhuc includeris fragilitate carnali: periculis plena sunt quae uidentur esse tutissima: lenocinia hostis tui intellegis, dum uniuersorum uoce laudaris. uide quantis labores insidiis: absconditum esse non licet quod adimus: latebram nostram persecutio manifestat hostilis. sanctorum petamus exercitum et illam Lirinensis insulae cohortem inriguo inquiramus ardore: quem solum hactenus pulsauit aduersarius, timebit inter ini-

2 abire** (re *eras.*) *B* p̃*cipiens *L* 7 turbatã* *T* 8 cau(l)stra *L* 9 ali*s *T*, aliis *b* 10 loco *Pb* 13 rescissa *T* 14 al. subreperet *Schottus in mg.* 15 grandeuus *BLTV* 16 tyrocinia *BLV* 18 confrictus *L* r(u)oboris *B*, ruboris *LPTVb* 21 depress*a (e *eras.*) *L* actorem *T* 23 includelis (lis *ex* ris *corr.*) *L* 24 le(n)ocinia *B* intelligis *BT* 26 licet ñ q(ad)đimus (đ *corr.*) *L* addimus *T* 27 expectamus *B* exeritũ *L* 28 insule *B* 29 actenus *B* pulsauit (t *ex* i ?) *L*

micam sibi multitudinem constitutum. instructa proeliis acies illa semper inuigilat et uariis perfossum ictibus abigit infestantem: quot bella illis diabolus intulit, numerant tot triumphos: non metuunt, quotiens adesse Satanan, ut dimicantes acuant, classico fuerit stridente nuntiatum: semper eruditos et fortes reddidit cotidiana decertatio, quomodo prolixior pax solutos".

His dictis dimissa fratribus cellula, quos ibidem praedicti amor congregauerat, apud Lirinum inprouisus apparuit. nuntiauit uirum insignium meritorum facies ieiunii pallore decorata. nam dum secreti nitorem hominis splendidissima macies indicaret, non defuit actuum eius praeco consuetus, inmaculatam conuersationis ipsius speciem sub uerborum abundantia et relationis ubertate describens. mixtus grandaeuis et praecipuis gestorum suorum lampadam non minori intellexit igne rutilare: metitus est fomitis sui lucem, dum uidit alieni. quasi ⟨si⟩ inter ornamenta caeli et sidera pleno fulgore micantia superuenientis astri claritudo societur, certant sine inuidia geminare radios et per augmenta luminis speciem superare nouitatis, alia prolixiori crine faciem suam stella commendat, alia puriore, unam ditat potior flamma, nobilitat alteram per spatia nocturna sincerior: sic Antonium nostrum per uniuersas locorum mutationes a Christo ueniens disciplina comitata est. prouidit tamen, ne cui in illa nutrice sanctorum insula, cum praestaret meritis, praeferri uideretur honoribus, sciens in humilitatis radice plantatum ad centenos fructus adsurgere. blandus iuuenibus, grauis maturis, doctus peritis,

2 abegit *B* 3 quod *B* baella (e *postea add.*) *L* numerantor (tot *om.*) *L* 4 adesse] festinant *add. L* sathanam *PT* 5 clasico *L*[1] 6 cotidiana—pax *scripsit T corr.* quomodo] quos *T* 8 dimissa—cellula *Sirm.*, dimissam—cellulam *LPTVb nisi quod syllaba* am *alio atramento exarata est in T*, dimisum—cellulam *B*, dimisit suam—cellulam *fort.* predicti *B* 9 Lirinum] limnū *L*[1] 13 conuersionis *T* 14 discribens *BLV* 15 grandeuis *BLTV* 16 igni *LTV* 17 quasi] quas *B* si *addidi, om. libri* et] ut *b* 19 agmenta *T* 20 facem *LTV* 21 puriorem *B*, purior ē *fort.* 23 motationes *B* 24 cōmitata *L* nec|ui *L* 25 insola *B* prestare *B* preferri *B* 26 humilitates *B*

submissus existendo simplicibus, totam illam dominici gregis legionem distinctam actu, uariatam gentibus, quasi unam animam in sua affectione collegit. ibi biennio se ipso potior mundi istius sarcinam deponens, uictor insidiarum, quas antiqui serpentis parat astutia, diem nostrum et lucem praesentis saeculi perpetui luminis adeptione commutauit. taceo qualiter uitam ipsius mortis claritudo signauerit, ne uniuersa digerens non tam ueritatem narrasse quam praedicti laudibus uidear inmoratus. ueluti si quis consitum lucum frondium densitate reppererit, ex quo coronam ferro stringente subripiens genium siluae, dum praesumit parua, non amouet: melioribus equidem de Antonii nostri factis, quae stilo non adtigi, narranda seruaui. uincar forte eloquentiae flumine, nemo me circa illum superabit affectu. habeat qui secutus fuerit de peritiae messe iactantiam, mihi gratiam beati hominis nemo praeripiet, qui ad explicanda eius bona primus accessi.

V.

[EVCHARISTICVM DE VITA SVA.]

IN NOMINE PATRIS ET FILII ET SPIRITVS SANCTI.

Oraculum est scientissimi doctoris gentium quod pariat infirmitas nostra potentiam et quod terrena in contritione anima conualescat, cum uirtus, quae de substantia carnis fluxerit,

20 II Cor. 12, 9

1 exhistendo *B* totum *B* dñi *T* 3 acfectione *L* colliget *B* 4 depones (n *superscr.*) *B* 5 adstutia *L*, astudia *B* 10 repererit *T* 11 siluae (ae *corr.*) *B* admouet *T* 15 p̄ripiat *L*[1] 16 explica (nda *superscr.*) *B* Explicit uita beati (beatissimi *T*) antoni (antonii *LTV*) feliciter *BLTV*

V. Eucharisticum de uita sua *ad Paulini Burdegalensis exemplum inscr. Sirm.*, *inscriptionem om. BLTV*, Idem ad eundem (*praecedit Epist. VIIII 14* Ennodius Hilpidiari *inscripta*) *b* 20 est *T s. l.* 21 in *om. Sirm.* 22 conualiscat *B* cum] cur *B*

currat ad spiritum et dum labefactatio nostra caelestem hominem et in diuina locandum arce conponit ad frugem spiritus. sic, quando sine cultura aut messe sunt corpora, dulce est, et cum adcesserit propter augmenta diminutio: ad diuitem dei gratiam peruenitur ieiuna et sterili paupertate membrorum. ergo tibi post deum debetur, inbecillitas nostra, quod de rerum sublimium affectione surreximus. uotiua febris meae necessitas et exustio amplectenda medullarum dederunt mihi et timere deum de abitione sospitatis et in ipso gaudere de reditu. laetatur nunc in auctore nostro mentis sanitas procurata languoribus. ubi est superbia diuturnae salutis quaesita ludibrio? ubi supercilium, per quod diuinum munus credebas esse rem propriam? repente deseruit te constantia roboris tui, et aegritudinis subiecta ponderibus elisa ceruice iacuisti: postquam fugit prosperitas tua, seram meditata paenitentiam, quod ualueras, dei nostri fuisse cognoscis. gratias tibi, caeli moderator et conditor, qui dispensatione subtili et occultis miserendi itineribus uias nostras et de adflictione conponis et ad uirtutem perfectam pia laceratione nos reparas. ad medicinam tuam uenire nisi suffragio uulneris non ualemus, cum duritiam cordis adsuescimus te percutiente mollire et suggestionem terrenae uilitatis nobili et dulcissima molestiarum nostrarum passione conprimere.

Ecce ego ille, qui in longum ducta mihi alacritate plaudebam, qua dum perpeti fruerer, quasi nulla intermissione solueretur, quaerebam qualiter peccati stipendium mors ueniret. nam eleuatus insanis successibus poetarum me

1 ad] sed *B* 2 conponat *B* sic *scripsi*, di^e *B*, si *LPTVb* 3 dulce ēet *V*, dulcē et (t *ex* c *corr.*) *L*, dulce esset *T*, dulcem esse *B*, dulcesset *P*, dulcessit *b* 5 pauperetate *B* 6 post deum debitur *B*, debetur post deum *LTV* 7 uotiba febrius *B* 8 anplectenda *B* 9 ambitione *Pb*, habitatione *B* suspitatis *B* laetatur] l^egi/////mur *B* 10 langoribus *T* 11 diuturna *b*, diuinae *Sirm.* 12 diuinum] omnium *Sirm.* 15 penitentiam *B LTV* uolueras *L*, praeualueras *Schottus in mg. et Sirm.* 16 cognoscens *B* 17 dispensatione (*pr.* i *in ras.*) *B* suptili *B* iteneribus *B* 19 nos *ex* ñ *corr.* *B* 20 ualimus *B* adsuiscimus cepere|cutiente *B* 21 uillitatis *B*

gregi ignarus uenerandae professionis indideram: delectabant carmina quadratis fabricata particulis et ordinata pedum uarietate solidata: angelorum choris me fluxum aut tenerum poema miscebat, et si euenisset, ut essem clarorum uersuum seruata lege formator, sub pedibus meis subiectum quicquid caeli tegitur axe cernebam. ineptum diu uolutauit uita mortalis et certa miseriarum caecitas de falsa dicendi felicitate perextulit. quotiens adclamantium flatibus propter religionem uertex nudatus intumuit et mendacibus labiorum lusus inlecebris credidit amorem sui habentium pectoribus imperari? tu autem, qui in caelis habitas, inridebas me: tu quem non deliniunt uerba sed puritas: tu apud quem saepe muti loquimur et clamantes tacemus. sic dum me concinnationis superfluae in rhetoricis et poeticis campis lepos agitaret, a uera sapientia mentitam secutus abscesseram, nihil aliud cupiens nisi auris uanae laudationis adsurgere. erat orandi fastidium, dum perorandi tenebar cupiditate, mercari. infelix ego homo! quis me repararet de corpore mortis huius? gratia dei, medicabilis morbi concessa ministerio. nam ecce repente ad sedem animae formidantis dolor ingressus et secreta cordis hostili pauit incendio: tunc quicquid homo est iugi consenescebat ardore et per aditus naturales coctio se interna reserabat. nam dum e latebris suis pelleretur adrogantia, quamuis adhuc aliqua de superstitioso, tamen iam de superstite nihil

11 cf. Ps. 2, 4 18 cf. Rom. 7, 24

1 uenerande *B* inaddideram (*alt.* i *corr.*) *B* 2 perticulis *V*[1] 3 soldata *B* 4 poaema *B* 6 mortales *B* 8 flagitibus *B*, plausibus *coni. Schottus* 9 uertix *B* mendatibus *B* inlusus *fort.* 10 credit *B* abentium *B* inperari *B* 12 deliniunt *P*, diliniunt *BLTV* tua *B* 14 retoricis *B* poaeticis *B*, poticis (e *s. l.*) *L* lepus *Bb* 16 uenae *Bb* laudationes *B* (e *corr. uidetur*) *b* adsurgere *B*, occupari *LPTVb*, aucupari *Sirm. idemque Schottus coni.* erat] et *B* porandi (an *in ras.*) *L* 17 cupiditate—*p. 396, 25* reducit *om. B fol. 192*r *uacuo relicto* mercari] inani *uel* saeculari *fort.*, *an* laudem mercari? 21 est *T s. l. m. 2* 22 naturalis *LPTV* reserebat *T*[1] 23 nam] non *L* et quamuis *T*

habebam. hoc solum remanserat de conscientia uiuentis, quod a te, deus meus, sanari me posse confidebam, quem ad commotionem errore produxeram. nec tamen uastatrix illa et magistra pestis latebat uiscerum inmissa conclauibus, nec contenta uelamine totum me luridi coloris nube uestierat, ut quicquid in ceteris passionibus medicorum quaeritur digitis hoc propositum pro correptione sui uulgus uideret. urebat amantes mei longa calamitas, urebat inimicos: alios desperatio obitus mei, alios angebat instantia: concors erat ciuitatis in studii diuisione sententia.

Interea me edax ignis interno uastabat officio et continuis curantium nutribatur studiis. nam quasi morbos aleret, ita quicquid contra ipsos prouidebatur accessit. tunc illa saecularis pompae philosophia Hippocratis et Galeni contrita subsidiis, ad adiutorium fidele se transtulit, aliquando sentiens mundi blandimenta uanescere et humanis hominem praesidiis non iuuari. iam duorum ferme mensium curriculis cladis huius me sibi pressura submiserat: iam remedii uice transitum praestolabar et nihil suaue de usura lucis istius recolens abrumpere moras etsi cum peccati iturus fasce cupiebam. expendite legentes quae hic flagella, quae tormenta me manserint, ut suppliciorum praesentium metu gehennae poenas expeterem et ut ad illa immortalis camini et dirum anhelantis piacula festinarem. sed non defuit mihi dominus, qui m o r t i f i c a t e t u i u i f i c a t, d e d u c i t a d i n f e r o s e t r e d u c i t, maiestate sua, ille cuius est promissio: a d h u c u e r b a i n o r e t u o, e t e c c e a d s u m, d i c i t d o m i n u s. nam cum unus se ex his, qui adsidebant mihi et per

25 1 Reg. 2, 6 27 Esai. 50, 6. 58, 9

1 habeam T^1 2 sanari (ari *corr.*) *L* commonitionem *T* 3 perduxeram *Pb*; errores perduxerant *coni. Schottus* 4 cumclauibus T^1 7 correctione *T* 8 amantis *libri*, *em. Sirm.* inimicus *libri*, *em. Sirm.* alius — aliud *libri*, *em. Sirm.* 12 nutriebatur *Pb* 14 yppocratis *LPTV* galieni *LPTV* nutrita *fort.* 17 mensum *LV*, mensuūm *fort.* 21 manserint *pro* manderint *dixisse uidetur*, *cf. Wiener Studien II p. 246* 22 maetu *V* 23 cārmini *T* 26 or *L* dicet *B* 27 ex *om. B* adsedebant *B*

singulos dies ditabant inaequalitatem meam dispendio facultatum, lassatum se fuisse testaretur nec aliquid remansisse quod fieret, ilico mihi spem uitae detulit desperatio curatoris. nam illic promptiora sunt caelestis bona iuuaminis, ubi se subtraxerint obsequia infausta languentibus. continuo me ad beati Victoris martyris praesidia saepe experta transuexi et opem fortissimi precatus deo per ipsum cum lacrimis alleganda commisi: satis esse ad promerendam clementiam eius, si semper ante oculos suos statuat, unde nos sumpserit, nec facile ad sublimitatem mandatorum illius cum uelocitate extremam migrare posse materiam. quamuis per secundam pii naturam baptismatis ablutum sit quicquid de limo parente sorduimus, tamen quia, dum inimicus salutis nostrae inclusum blandimentis fucat interitum, dulci uitia sapore condiuit et, dum pruritu aurium, dum gustandi oblectatione producimur, mors per fenestras ingreditur, quo fugiendum est ab ira ipsius, nisi ad misericordiam eius, qui reducem filium et concessae prodigum portionis, quem postquam cum porcis per obscenum siliquarum cibum addixit inmunda communio, ad stolam candidam, ad anulum pretiosum, ad diuitias illas paternae possessionis, quasi semper seruasset iussa, reuocauit? precatus sum per electum eius, ut debita mihi plura dimitteret, ut plus diligentiae absolutus exhiberem. et hoc cum promissionis suae chirographo et casta sponsione conueniens poposci, ut daret etiam per praecepta sua amabili deuotione me currere, quia, cum sit illius quod uocamur, illius quod uocati ad-

16 cf. Hier. 9, 21

3 fierit *B* illico *B* disperatio *B* 4 prumptiora *B*, pptiora *L* iubabinis *B* 5 infaucta *L*[1] langentibus *T* 6 martiris *B* 7 praecatus *B* aleganda *B*, adlleganda *T* 9 suos *B s. l.*, tuos *L*[1] 10 extrimam *B* 12 babtismatis *B*[1] 14 fugat *B*[1] 15 proritu *B*, puritu (*pr.* u *corr.*) *L* gustadi *B* oblectione *L* 16 fugendum *B* 19 siquoliquarū *L* cibus *B* communi° *B* 20 anullum praetiosum *B* diuitia *B* 21 seruasse *B* praecatus *B* 22 elictum *B* demitteret *B* 23 exhibere *B* 24 cyrographo *L* (p *ex* f *corr.*) *PTV*, chyrografo *B*

quiescimus, a nobis tamquam sint orta munerantur, et uelle recta et perficere ipse ⟨dum⟩ suggerit, tamen ceu pro nostra obnoxius deuotione dat praemium. promisi etiam, si clarioris studii me per gratiam suam donaret affectu, de manu linguae meae confessio ista procederet, de muneribus ipsius ingenioli mei eidem adipem litarem, ut numquam stili cura de saecularium rerum uentosa executione lassaretur, reliquas etiam quibus suggillabar foeditates abnuerem, si tamen ipse, quod loqui inspirauit, uelle me faciat. supplicaui ut adesset in me beneficiis suis nec auerteret se ab eo, quem genuini praesidii tutela destitutum fouisset misericorditer et illis, qui parentum laetabantur defensione, praetulisset: et ut haec tribuerentur non uicem innocentiae meae reddidit, sed quantum gratiae eius deberet felix et eruditus peccator, ostendit. nam si recti custodiam, pietatem secutus, non linqueret et nos terreret ut arbiter et non ut pater foueret, nusquam uia salutis, nusquam euadendi aditus pateret.

Deus meus, redemptio mea, quae mihi occurrunt de his quae fecisti mecum, quae de illis quae gessi aduersum me? quae si conferantur, nullum tempus aut ope tua aut delicto meo sit uacuum. libet ex innumeris in me conlationibus tuis unam libare et praetereundo populos largitionum tuarum singularem summotenus adtingere. tempore quo Italiam optatissimus Theoderici regis resuscitauit ingressus, cum omnia ab inimicis eius inexplicabili clade uastarentur et quod superesset gladiis fames necaret, cum excelsa montium ca-

1 tamquam *om.* *B* horta *B* 2 dum *addidi*, *om. libri* sugerit *B* 3 deuotionis *B* premium *V*, studium *Pb* 4 affectui *b*, affectum *LTV* de] quod (*uel* ut) de *fort.* mee *B* 5 procideret *B* 6 litterem *B* umquam *B* curam *B* secularium *B* 7 exsecutione *LV* suggellabar *B*, sugillabat *LTV* 8 fœditatis *B*, feditates *LTV* abnuerem *scripsi*, abnuere *libri* uellẽe (ẽe *corr.*) *L* 11 fuisset *B* 13 tantum *L*[1] graciae *B* felix] flexit *L* 15 linquiret *B* terriret *B* 17 additus *T* 19 que egessi *T*, quae fecisti *Pb* me] te *fort.* 20 si] sic *LV*[1] dilectio[mee] *B* 22 populus *B* 23 adtingerit *B* 24 theodorici *T* regis *om.* *T* resuscitauidn|gressus *B* 26 gladus *L*[1] famis necare *B* mentium *L*[1] castorumque arcis *B*

strorumque arces penuria perrumperet et in culminibus locatos armis saeuior egestas obsideret, ego annorum ferme sedecim amitae, quae me aluerat, ea tempestate solacio priuatus sum: remansi solus, inops re et consilio destitutus, cui sola remedium tribuere possit aduersitas. ne inter parentes, quod est captiuitatis sorte amarius, subsidia uiuendi liber poscerem et cognitus peregrinantium mala tolerarem, extemplo porrexisti consuetam dexteram, defensio mea, et domum censu et religione praediuitem, ut solacium meum non respueret, conpulisti. poposci in matrimonium cuiusdam nobilissimae et tibi bene conpertae paruulam filiolam, protinus, te ut anteueniret procurante, quasi hoc a me sperari debuisset, exceptus. contulit mihi placentium tibi consortium et ut alimentis affluerem et ad culturam tuam fugiens infidelitatis obscura commearem: pene ante agnitionem desolationis meae coeperunt mihi largienda suppetere. tunc primum ex mendico in regem mutatus, adflictorum orditus sum mala deridere et quasi debita mihi fuisset prosperitas, sic illorum neglegere auctorem. non tamen perduellis animus et durae ceruicis continuo a te tumor elisus est: produxisti ultionis tempora, ne forte conpungerer et hoc tantum, quis esset praestitor, sanatus sentirem. sed quia homo non corrigitur ex iniusto nec facile ad candidum post maculas redigitur, steti in sententia mea illa qua caderem, uici patientiam tuam continuatione peccati. et quia, cum sis clementissimus, non semper iustitiam seponis, nudatus praesidio tuo uocem illam, quae directa est ad aures primi

1 perrumperit *B* locatus *B* 2 aegestas *V* obsederet *B* sedecem *B* 3 solatio *LT* priuata *L* 4 distitutus *B* 5 posset adfinitas: sed *fort.* 6 orte *B* et—tolerarem *B*, *om.* *LPTVb* 7 exemplo *BL* 8 consuitam *B* religionem *L* 9 solatium *BLT* respuerit *B* 10 matrimonio *B* 11 paruolam *B*, paruulum *V*[1] anteueniret *scripsi*, ad te ueniret *LPTVb*, ad te uenire *B* 13 afluerem *B* 18 negligere *BT* 19 animus (im *corr.*) *L* 20 cōpugerer *L*[1] 21 esset *PTb*, isset *BLV*; qui fuisset *fort.* 22 corrigitur *T*, corrigit *LVb*, corriget *B* iniusta *B* ne *B* 23 redigitur *scripsi*, seditur *B*, sedetur *LTVb* sentia *B* cadirem *B* 25 reponis *LTVb*

parentis, accepi: Adam, ubi es? in confusione mea quantos amiserim clementiae tuae thesauros et qua nudatus sim dote numeraui: rerum a te conlatarum aestimatio tunc concessa est, cum mihi periret: redii ad me atque ad aerumnas meas et propter gaudia producta lacrimaui. statim alio quidem itinere non tamen inpare subuenisti. ordinasti, ut per officium leuitarum coactus sanarer et inpacti honoris sarcina quod premebat a me pondus amoueret. sed postquam uenerandae me pressura dignitatis absoluit, habui de titulo genium, non de actionis nitore conscientiam. o mens rigore inebriata uenefico nec exemplis instructa nec monitis! si desunt tibi uenerabilium magisteria librorum, ad profectum informare suppliciis et nisi te caeno perditionis inmergis, habere potes de poena doctrinam. sed haec faciat in nobis ille, qui praecipit, et ut pares eius existamus imperiis, ipse nobiscum quod iniungit operetur.

Haec et alia plura, sicut praefatus sum, per testem probatissimum beatum Victorem intimanda suggessi, nec requies nec mora procuranda lentauit: petitionem meam suscepit replicauit obtinuit. hoc amplius suffragator meus emeruit quam poposci, ut illa, quae mecum matrimonii habuit parilitate subiugari, religiosae mecum habitudinis decora partiretur et fieret praeclari dux femina tituli. sed utinam sexu fragilem in animi uirtute sequeremur et in actione nobili non

1 Genes. 3, 9

1 parentes accipi *B* quantus *B* 2 dementiae *T*[1] tensaurus *B* sum *libri*, *em. Sirm.* doce *B* 4 erunnas *B*, erumpnas *T* 5 quidem alio *LTV* 6 itere *B* 7 leuuitarum *B* inpati *L* 8 praemibat *B* amoberet *B* uenerande me praessura *B* 9 habuit et *B* 10 inebriatu *B* 11 uenifico *LPTV*, uenibico *B* instructa (u *corr.*) *B* 13 potest *B* 14 praecipet *B*, praecepit *b* 15 p̃ces *T* exhistamus *B*, existimentur *T*, existamoretur (mus—iniungit op *om.*) *L* inperiis *B* 17 cetalia (et *s. l.*) *B* per testem probatissimum *L s. l.* 20 optenuit *B* anplius *B* 21 poposcit *B* 22 parilitatem *LPTVb* subiugari *om. LPTVb* patiretur *B* 23 fierit *B* sexum *LPTV*, serum *b* *alterum* in *om. LPTVb*

tantum excelleret merito, quantum femineae inbecillitatis sequi uidetur optentu! illa pretiosae uigore constantiae mala carnis uota perdomuit et affectiosam seruauit pudicitiam non coactam. illa recti obseruantiam, dum obstinate diligit, ire conpulit in naturam. utinam non mihi in illa districti proponatur hora iudicii et dum in infirmitate sua fortis adparuerit, ego in naturali uirtute sim fragilis! ecce, domine, recensui ipsa, quae noueras, et in ea tantum fui fidelis parte, ut non raperem quod tenebas. adesto, rex gloriae, adesto supplicanti et secundum benignitatis tuae consuetudinem secutura dispone.

GLORIA PATRI ET FILIO ET SPIRITVI SANCTO.

VI.

ENNODIVS AMBROSIO ET BEATO.

Deo obsequimur, dum eius conuenientia monitis imperamus: nam quod petitioni uestrae studio caritatis adquiescimus, mystica sunt praecepta. multis etenim supplicationibus exegistis, ut pagina uobis concinnationis didascalicae fingeretur. uolens me in multorum iura summisi, quia, uidero quid in uerbis adhibeatur examinis, sufficit si me in uoto praedicetis. ego tamen in foribus scriptionis quod uiuificat non tacebo. deum tota mentis intentione mundis tenete uisceribus et circa uos precum frequentatione mulcete, nullis ab eo animarum

1 inbicillitatis *B*, inbecellitatis *L*[1] sequi *om. T* 2 uideretur *LPTVb* praeciosae *B* 3 affectuosam *T* pudititiam *B* non] *R* (*i. e.* require?) *L add. s. l. et in mg.* 4 obstinate] obscena te *B*, ob scęua te *coni. Schottus* diliget *B* 5 destricti *BLPV* 6 ora *B* 9 adesto] adsto *utroque loco B* 10 secutora *B* 11 pat̃ et f. et s. sc̃o (*sic*) *T*

VI. Paraenesis didascalica ad Ambrosium et Beatum *inscr. Sirm.* 14 inperamus *B*, impetimus *TV*, ĩptimur *P*, impartimur *b* 15 petioni (ti *s. l.*) *B* 16 mistica *LTV*, misteca *B* exigistes *B* 18 submisi *Pb*, sũmi *L* uidebo *LPTVb* in *T s. l. m. 2* 19 exhibeatur *Pb* sufficet *B* uota *B* praediceres *B*

fornicationibus, nulla transactione deducti. fouete etiam proximos, quos facit naturale collegium, et ne quod uobis factum dolori esset uos fecisse gaudeatis. huius boni fructus est quicquid optatur. me tamen diu tenuerunt anxium deliberationis incerta, utrum ad uos per carmen an epistulari lege uerba promulgarem. elegi affectionem circa uos meam utroque dicendi calle patefacere, quia et praecipientem decet fortis elocutio et pressis admonitione mentibus mollioris stili cura subuenitur. ergo benigni exacta suscipite.

LAVS VERSVVM.

Quamuis sit tenerum madore mellis
Quodcumque strepuit parens Camena,
Et fictum lepido nitore carmen
Captiuet docilis momenta cordis,
Nec semper deceat poema uirtus,
Quod lex praecipiens tenere fluxum
Resoluat studio iubente fortes:
At nos Pieriae modum loquelae
In tantum sequimur monente cura,
Quantum dat genius uigorque ueri.
Christi militis insitum rigorem
Elumbem patimur cauere ductum.

Ergo dictorum aliquotiens amoena fugientes, materiam solidam suo ore celebremus, ne sentiat uirilitas operis eneruati damna sermonis. non refugit professionem meam monitoris officium, quia decet praecedentes emendatio, et sicut post tergum relictis par est facem de innocentia proferri, ita ratio flagitat, ut etiam uerbis iter quod sequantur ostendas, cum

1 diducti *BLV* 2 naturales *B*[1] colligium *B* 3 esset *om. T* quicquid] q *T* 6 meam circa uos *LTV* 7 dicit *B* 8 praessis admunitione *B* stilli *B* 9 benigne *LTV* 10 laus—*l. 22* ductum *om. T* uersum *L* 12 quoscumque *L*, quodcum quid *B* stepuit *L* 14 captiuat *Pb* momenta] talenta *coni. Schottus* 17 res soluat *B* iuuente *B* 18 loquele *B* 20 genuus *L*, genior *B* 21 cristi *B* 23 fugientis *L*[1], fugiens *T* 26 decit *B* praecidentes *B* 27 par est] parem *T* faciem *T*

diuini uoce constet hortaminis: **argue sapientem, amabit te**, et non reticeat saecularis adsertor:

> **Qui praeceptorem sancti uoluere parentis**
> **Esse loco.**

iure enim in affectionis supercilio conlocatur quem benignitas corrigendi promptius adserit quam ipsa natura generis. genuisse etenim libidinis testimonium est, erudisse pietatis. ergo ad disciplinarum arcem properantes matrem bonorum operum amate Verecundiam, quae ita ex se uariarum species uirtutum fecunda et uirgo parturit, ut inpudentia procax et corrupta uitiorum. haec uos hac uoce, ut ad eam tendatis, hortetur:

VERECVNDIA.

Tinguite candentes roseo de murice uultus
Atque fidem morum pandite de facie.
In niueo spargens maculas sis pulcrior ore,
Cum sudans tenerum roscida colla feras.
Nil tibi plus lingua tribuas quam schemate frontis.
Quicquid amare libet, hinc tibi concilia.

Nefas est huic tam sacro manus negare consilio, quando et ipsa, quae loquitur, quaestuosi decoris dote redimita nobilitatis uel amplificat bona uel suggerit. pudori ergo cognatam semper sociate Pudicitiam, quae aetatis praeiudicium cana moderatione temperans, annis feruore tumentibus peregrinae frigus dispensationis admisceat et edomita erroris adpetentia carnem sapore sanctae conuersationis inliciens, recti diligentiam studiosam in uobis uideri faciat non coactam. haec tamen uentris castigatione procuretur nec inimica eius ferculorum

2 Prou. 9, 8 3 cf. p. 150, 30. 406, 23

2 et amabit *P²b* 6 generare *B* genuisse *om. B* 7 etenim et *B* 8 prosperantes *B* 11 ad eam] audeam *B* tendates *B* hortentur *T* 12 uerecundia — *l. 18* concilia *om. T* 13 tingite *Pb* 15 pargens *L* pucrior *B*, pulchrior *LTV* 16 Venerum *fort.* ruscida *B* 17 ligno *b* schemate *Sirm.*, stemmate *LPVb*, stimmate *B* fontis *B* 20 questuosi *LTV* 22 sociate *BPb*, societate *LTV* 23 ann' *T* peregrinis *B* 25 sancte *B*

populosis nutriatur erroribus. exigit enim comisatio magno quaesita dispendio etiam bonorum damna meritorum et uno calle morum ueniunt detrimenta uel censuum. haec si ad uos gressum protenderit, his eam tonare oportet eloquiis:

CASTITAS.

Nil moror adflictos constanter prodere uultus,
Dum mihi praeniteant casti monumenta decoris.
Pinguia nam tenuem suffocant corpora sensum,
Et male farta suas conculcant uiscera mentes.
At mihi crux cuspis, crux scutum cruxque thoraca:
Hac tegar, hac feriam, hac pacis foedera firmem.
Haec mihi dux belli est, quo uictrix lubrica calcans,
Dira cupidinei detester mella ueneni.
Ad me currentes puerum seponite factis
Deque meo, iuuenes, canam praesumite uitam.

Hanc admittentes Fidei ornate consortio, quia, sicut in emendatis moribus principem locum obtinet, ita suis spoliata dotibus non tenetur, nec fas est quasi singulare occupari quod constat ex pluribus. nobilia serta nisi multiplicibus pratorum non conponuntur spoliis: ex uariis gemmis una diadematis solet constare formatio: semper admirabilis electri corpus numerosa metallorum membra pepererunt. proinde, quia nihil est quod fidem possit anteire, foueatur et ita in diligentiae messe coalescat, ne lacteus alimenti diuitis culmus inportuna demessus falce moriatur. ergo recedat ab instituto uestro clauda pollicitatio et per usum in naturam transeat res sequenda. haec tamen his uos conuenire putetur affatibus:

1 populosis|is *B* exigit *V*, exiget *B* comessatio *LT*, comesatio *PV* 2 dampna *PLTV* 5 castitas — *l. 15* uitam *om. T* 6 adflictus *B* 8 tenuam *B* 9 facta *Pb* concludant *L* 10 ad *B* toraca *BLPV*, corona *b* (*propter* thōraca *sine causa*) 11 feriar *coni. Schottus* 13 detestor *Lb* 17 obtinent *LPTVb*, optinent *B*, *em. Sirm.* 18 tenentur *T* occupare *V*¹ 22 menbra *T* 23 diligente *L* 24 coaliscat *B*, calescat *T* elimentis *B* culminis *T*¹ 25 oriatur *B* instito *T*¹ 26 p *ex* post *L corr.* 27 hac *T*

FIDES.

Qui cupit caelo sociare terram,
Linquere et luxae uitium parentis,
Me petat, certum decus et coronam
Muneris alti.
Ille nec dirum metuit tribunal,
Nec per urbanos uolitat potentes,
Conscius recti tenet inter undas
Stagna salutis.
Barbarum quamuis tumeat Gelonus,
Parthica et latret Morinus figura,
Omne, quod mundi rabies susurrat,
Despicit arcet.
Intrat excelsi penetrale regis,
Ditium tutus manet in ruinis,
Ille nec legem patitur sepulcri
Nec mala uitae.

De praefatis uirtutibus facessat studiorum liberalium deesse diligentiam, per quam diuinarum bona rerum quasi pretiosi monilis luce sublimentur, quia non multum a foeditate seiungitur inperfecta formositas et qui non sufficienter magnorum tetendit ad culmina miserorum infima uix reliquit. istae tamen prae foribus quasi nutricem ceterarum anteponunt Grammaticam, quae adulescentium mentes sapore artificis et planae locutionis inliciat et ad Tullianum calorem scintillis praefigurati uaporis adducat. fabricatum Martius campus militem

1 fidis *B*; fides—*l. 17* uitae *om. T* 2 cupet *B* 3 et luxe *L*, fluxae *b* 7 orbanos *B* 8 undans *L* 9 stana *B* (s *sup.*) 10 timeat *P*[2]*b* gelonos *B* 11 partica *B* morenus *B* 13 dispicet *B* 15 dicium *B*, di**tum (ui *eras.*) *L*, diuitum *b* tutis *Sirm.* 16 sepulchri *LVb* 18 decesse *B* 19 diligentia *LTV* diunarum *B* praetiosi *B* 20 munilis *LP*[1]*T*[1]*V* subliment *B* feditate *LTV* 22 infirma *B* iste *L* 24 aduliscencium *B* plana *TV*, lanae *B*, sanae *coni. Schottus* 25 elocutionis *BTV* illiceat *V*[1] colorem *Bb* scintillas *Sirm.*

suscipit quem simulacrum mentitae dimicationis animauit, nec pedem retorquet a classicis cui bucinarum clangor et ministeria belli inter pacis blandimenta crepuerunt. usu enim uirtus nutrita grandescit et de institutione nascitur periculorum tolerantia: consummati roboris uiros principia uiderunt timentes. bene est, si rhetorum dextera et libertas illa linguarum formatos grammaticorum fornace enses accipiat, qui ne manifestis cedant ictibus, frequens contulit imago feriendi. in hac cautione opus est, ut supra aetatis inmaturae naturalem paene licentiam artis crescat affectio et de continua per paedagogos et indicta necessitate clari operis spontanea cura prosiliat. ostendit tamen ad bonam se uoluntatem tendere qui ut cogatur adquiescit. iam paene in studio habet honestatem quem non offendit sollicitudo monitoris. tamen sectatoribus ista sic loquitur:

GRAMMATICA.

Mentibus damus saporem, dum polimus fabulas.
Iudicem tenemus aequum, si quid errat paruulus.
Abstinens manu pudorem aure et ore uerbero.
Quicquid ars habet pauendum ars loquendi temperat,
Cum pusillis et iocamur inter ipsa dogmata.
Nam iubet rigor magister, ne per omne terreas.
Nos parentes dixit aetas illa maior optimos,
Quod fauore conputamus esse nostra pignora
Quae dedit uenter tumescens litterati seminis,
Nec libido subiugauit iura clari pectoris.

1 simulachrum *TV* mentiae *L* 2 retorquid *B* a] ad *T* butinarum *L* 4 grandiscet *B* 5 toleranti//a *B* 6 rethorum *BLV* 8 mago *B* 9 hac] ac *B* 10 pene *L TV* 11 pedagogus *B*, pedagogos *TV*, peclagogos *L*¹ cluri *L*¹ 12 bonum *L*¹ uoluntatem se *LTVb* 13 cogat *B* pene *libri* 16 grammatica — *l. 26* pectoris *om. T* 17 dom *B* polimur *L* 18 paruolus *B* 19 manum *Pb* et aure et *coni. Schottus* 20 abr auet (r *ex* s *corr.*) *B* temporat *B*, tmperat *L*, temperet *Pb* 21 docmata *L* 22 magiter *B* ne] tu *b* 23 optimus *B* 25 tumiscens *B* siminis *B*¹ *ut uidetur*, nominis *coni. Schottus*

Hoc uos digredientes iam instituto rhetoricis lituis euocat Mauors eloquentiae et quasi loricam hamis, ita conponit uariis et conexis causarum munimenta particulis. nam nodosis orationis artubus in solidam et simplicem formam coactis unam sermonum pingit effigiem, in qua ita quadratis sociantur diuersa mensuris, ut nec diuisio deroget coniunctioni nec uiritim adgreganda ualeat, cum opus est, segregare partitio. uos praemisso laudis sapore mascula dictio et humani sermonis Latiare supercilium sic adhortatur: "post apicem diuinitatis ego illa sum quae uel commuto si sunt facta uel facio: quantisuis actionum tenebris inuoluto lux sufficit, quam loquendo contulero. ego sum per quam expectant homines reatum de turbida et innocentiam de serena: per me fusca splendet conscientia, per me luce sua radians aduenticia nocte tegitur, uel si sit ignara tenebrarum: est quod nec confidit puritas nec culpa suspirat. ad meum conpendium ubicumque est Romanus inuigilat: fasces diuitias honores si non ornamus, abiecta sunt: nos regna regimus et imperantes salubria iubemus. quid quod declamationum nostrarum oblectatio uincit uniuersa quae sapiunt et opinionem quam conciliamus aeterna est? ante scipiones et trabeas est pomposa recitatio: de uirorum fortium factis quod uolumus creditur: actum nemo aestimat quod silemus: nobilia germina ex nobis fusa orbem totum sole clarae perfectionis inradiant. poetica, iuris peritia, dialectica, arithmetica, cum me utantur quasi genetrice, me tamen adserente sunt pretio. audite tamen et carmen, alieni quod nobis suggerit ludus officii".

1 hoc *Tb*, hac *BLPV* retoricis *libri* 2 mauors *ex* maiores *T m. 2* luricam *BLV* 3 connexis *T* 5 pinget *B* 7 uirium *PTb* se negare *B* participio *T*' 9 adoratur *B* 10 uel *B s. l.* cōmutio ·*L*, committo (itt *ex* ut *corr.*) *B* sint *Pb* fatio *B* 11 sufficet *B* 13 serena (a *in ras.*) *B* splendet *scripsi*, splendore *T*, splendorem *BLVb* 15 est] per me est *fort.* confidet *B* 17 ornaueris *LTVb* 18 regemus *B* inperantis *B* 19 uincet *B*, ·uincit *L* 21 traueas *B* pomposa] p̄reciosa *L* 24 clare *PT* pericia *B* 25 aretmetica *B*, arimethica *T* met *B* 26 adserent///ae *B* sunt *T s. l. m. 2* praetio *B*

RHETORICA.

Sit noster tantum, non stringunt crimina quemquam.
    Nos uitae maculas tergimus artis ope.
Si niueo constet merito quis teste senatu,
    Cogimus hunc omnes dicere nocte satum.
Et reus et sanctus de nostro nascitur ore:
    Dum loquimur, captum ducitur arbitrium.
Lana Tarentinae laus urbis, gemma, potestas
    Quid sunt ad nostrum iuncta supercilium?
Qui nostris seruit studiis, mox imperat orbi.
    Nil dubium metuens ars mihi regna dedit.

Haec ergo, dulcissimi, et adsequi contendite et adepta custodite. sed replicetis, quibus ad ista magistris, quibus utamur institutoribus, quorum erigamur exemplis, cum Faustum et Auienum, saeculi nostri beatitudinem et Latiaris flumen eloquii, aulicis districtos teneat sors secunda consiliis? quos dum manet cura, a generalitate nescitur, quorum temptare praeconia idem est ac si lucem solis et potentiam uelis diuinitatis adserere. sed istis in bono publico desudantibus patricii Festus et Symmachus, omnium disciplinarum materia et constantis forma sapientiae, ab urbe sacratissima non recedunt. in ipsis est nobilis curiae principatus, quos uidisse erudiri est. non apud eos sermo de ludicris nec pantomimorum uix ignoscenda commemoratio. illi auram popularem per pudoris detrimenta non capiunt: contenti rectis magis placere quam plurimis, sortiuntur de innocenti actione testimonium. istorum quamuis in omnibus iussa sequenda sint, est tamen

1 rethorica *BL*; rhetorica—*l. 11* dedit *om. T*   2 sic *P*[2]*b* crimina] carmina *Sirm.*   5 noctis atum *B*   10 seruet *B*   11 dubium] debuit *L*   13 maiestris *B*   16 districtos *scripsi*, districtum *libri nisi quod* [R]districtum *L* (R *adscr. etiam in mg.*) *exh.* sors *Pb*, fors *LTV*, fros *B*   fecunda *potius quam* secunda *T*   17 cur *B*   18 uellis *B*   19 pullico *B*   21 et constantes — curiae *om. B*[1] *add. corr. in mg.*   constantis *scripsi*, constantes *libri*   22 et principatus *B*   24 aurem *T*[1], auream *L*   26 sorciuntur *B*   27 iustorum *L*

in illis et magistra taciturnitas et eruditi forma silentii. est etiam Probinus patricius, placidi germinis examinata claritudo, quem eruditorum familiae mores ad unguem ducti contulerunt, qui et de patris et de soceri hausit fonte, quod mundus est. est patricius Cethegus, eius filius, uir consularis, qui canam prudentiam minor transgrediens sine aetatis praeiudicio habet et prouectorum saporem et mella pueritiae. est Boetius patricius, in quo uix discendi annos respicis et intellegis peritiam sufficere iam docendi, de quo emendatorum iudicauit electio. est Agapitus patricius, et honestate diues et scientia. est Probus V. I., quem si sequamini, illum Faustum et Auienum, quos praedixistis, praesentes, etiam cum desunt, habebitis. ceteros claros uiros, quos tantum ad me opinio detulit, silentio relinquo: per hos, si uobis iam cordi est maturitas, aut per eos, quos sum praefatus, agnoscite: manifestis enim patet indiciis amicus bonorum nec in altero mores quisquam hominum, nisi quos in se formauit, amplectitur. iam si matronarum delectat aditio, habetis domnam Barbaram, Romani flos genii quae testimonio uultus patefaciat lucem sanguinis et saporis, in qua inuenietis et uerecundam securitatem et de bono actionis confidentem uerecundiam, sermonem naturali et artifici simplicitate conditum, ut nec lepos deuenustet alloquii nec duris splendor feminarum rigescat affatibus, in qua sic in naturam transiit honestatis diligentia, ut si uel mentiri uelit, non possit horrore. sonat pudicam lingua dulcedinem nec mentis nubilum tecto sereni sermonis operitur: hoc est pectoris quod loquelae. det ueniam feminarum diadema praesumenti, quod eius inuideo quieti: uelim illam omnibus Italiae

2 propinus *B* 5 cytegus *B* cam (nā s. l.) *B* 7 periae (ti s. l.) *B* boecius *B* patricius *B s. l.* 8 descendi *T* annos *B s. l.* periciam *B* 12 praedixistes *B* aueuetis *B* 14 hos *scripsi*, uos *BL* (u *in ras.*) *TVb* 15 agnuscit *L*¹ patit *L*¹ 16 quisqua *L* 17 informauit (se *om.*) *B* 18 flos] ē *add. T s. l. m. 2* 19 qui *T*; quae R. f. genii *fort.* 20 inuenietes *B* bo^ne *L* 22 ne^c *L* lepus *B* 24 transiet *B* mentiri/// *L* 25 uellit *B* horrore *scripsi*, errorem *libri* 26 nobilum *B* 27 loquele *B* 28 uellim *B*

partibus imitationem praeferri, ut quae non adquiescunt monitis formarentur exemplis. est illic etiam Stephania, splendidissimum catholicae lumen ecclesiae, cuius natales ita maiore luce fuscantur, si mores intellegas, ac si facem mundi oculus sol obumbret: si ingenitae conuersationis radios seponas, plus eius sanguine nil lucebit. istorum, quoscumque praefatus sum, caelestis uos dispensatio iungat obsequiis. ecce habetis gratiae meae obsidem paginam, quam uelut paedagogam sectamini. det autem uobis deus quod decet et uelle semper et facere. ergo si pomposa oratione non ualui, oratione uos memor professionis adiuui.

Per te, per qui te talem genuere parentes,
Symmache, ne nostram maneat sors dura tabellam,
Da dextram tenui et tecum me tolle per undas.
Non facit ad mores credentem fallere sanctos.
Nil moror: en supplex uenio, miserere precanti,
Vilia diuitibus commendans dicta patronis.

Germina clara,
Sumite sicci
Verba parentis.
Nobile dictum est,
Quod bona monstrat.

1 patribus *B* imitatione *T* r̊ion *B* 2 formentur *fort.* illi[c] *L* stephani**a *L*, stefania *B̈* 3 splendedissimum *B* chatholicę *L* 5 oculus *T*[1]*b*, oculos *BLPT*[2]*V* obumbert (ret) *B*; *post* obumbret *ras. 9 fere litt. L* 6 iustorum *L* 7 celestis *B* habetes *B* 8 pedagogam *BLTV*, pedagogum *b* 10 pomposa peroratione *fort.*; *pro alt.* oratione (*i. e.* precibus) hortatione *coni. Schottus* 11 audiui *T* 12 per—*l. 22* monstrat *om. T* 14 dexteram *LPV* undans *L* 15 facet *B* 16 praecanti *B* 18 gemina (r) *B* 19 sumites *B*[1] succi *P*[1]*b*

VII.

PRAECEPTVM QVANDO IVSSI SVNT OMNES EPISCOPI CELLVLANOS HABERE.

Nulli dubium est, hominem, qui carnalis concupiscentiae inlecebras sacri amator instituti magistra uiuendi arte domuerit et praeceptorum falce caelestium erraticos palmites de conuersationis suae radice sustulerit uitali traditurus incendio, fructuosa plantaria ad supernum fouere ualitura conpendium, unde annuas diuina iussa capiant pensiones, et eum sicut sinceritate innocentiae ita opinionis luce gratulari. nec bonorum facem meritorum maledicentis credendum est extingui posse conflatu, quoniam, etsi dente tangatur inuidi, splendor uitae umbram uenenatae oblocutionis excludit. auctorem repetunt tenebrae, quae ad inuoluendum iubar aptantur: nitorem siderum nox infusa non obruit: ad genium claritatis proficit cum obscuritate conflictus: lunaris globi ministerium die recedente plus rutilat et placet suo lumine, dum fugat alienum. sub externum ius non mittitur qui lucem facere ut auctor adsumit. sed quoniam noxiae mentes definitis se aestimant senioribus non teneri, putantes prophetarum praecepta dicentium o s d e t r a h e n t i s e r a d i c a b i t u r cum aetate ueterescere et ualitudinem non habere per tempora, quasi nouellis tantum timor debeatur statutis et ad poenam reos lex annosa non teneat, cum temporum operator deus prophetae usus officio et antiqua iusserit et moderna disponat et unus

21 Prou. 20, 13

VII. 5 magistra] in gra͠ *T* 7 conuersionis *L*[1] traditur *T* 9 adnuas *B* capiunt *LTVb* pensiones et (s et *in ras.*) *B* 11 fac∗em *L* exingui *L* 12 quō *BL*, qn̄ *T*, quomodo *b* spendor (l *suprascr.*) *B* 13 oblucationis *B*[1] actorem *BT* 16 in ministerium *T* 17 recidente *LTV* 19 assūmit *T* quō *BL*, quomodo *V*, qn̄ *T* moxię *L*[1] 20 potantes *BLV* 23 s:tu(at)tis *L* 24 annosa lex (*transp.*) *B* cum *B*, et cum *LPTVb* 25 iusseris *L*[1]

atque idem boni fabricator instituti circa homines quod praemisit in parentibus seruet in posteris. sed ad propositum reuertamur. exercentur quidem sanctae animae sermonibus aemulorum et ad gloriae augmenta deputant quicquid contra earum meritum accusator ingesserit, sicut doctor gentium clamat, homines oblocutionibus exerceri. ut solent arbores, quae ad terrae penetralia ualidis radicibus peruenerunt, despicere flabra uentorum et certamina procellarum stabilitate propria animante contemnere, sic illi repudiantes superstitiosi quae inpacta fuerit caligo figmenti per sudum radios bonae conuersationis ostendunt. nam dum quis illorum obiectis conscientia teste congreditur, ad triumphi spem interna aestimatione percurrit. nos tamen, quos pastoralis cura constringit, quibus tuendarum commissa est animarum diligentia, ne summorum quispiam minimorumque dispereat, maxime cum mali ipsius recens oculis offeratur exemplum, cum apostolicae sedis praesulem et omnium pene ecclesiarum gubernacula tractantem per proximi tumultus incendium inimicorum rabies tali ore momordisset et in ruinam suam aliquorum furor sine iusta indignatione surrexerit: hanc ergo uolentes morborum desecare perniciem, ne in locum iniquae adsertionis nostrorum aliquis neglegentias aucupetur et similitudine ueritatis ad inpugnationem fultus occurrat, qui, ut aiunt, uiua hominum testimonia non formidant, dum, quod nefas dictu est, conuicti loco deputatur incautus et fecisse scelus creditur qui potuisse facere perhibetur (nemo dei oculos quam hominis iudicat plus timeri: errorem creditur fouere solitudo et profundam nequitiam incomitatus admittere, quasi caelo facinora penetralibus inclusa non pateant et uindicari malum nequeat, quod

6 II Cor. 12, 10

1 promisit *T* 5 adcusator *B* 7 terra poenetralia *B* peruenerint *T* dispicere *B* 9 contempnere *BLV* 10 radius *B* 12 triumphis *B* 15 summorum] maiorum *T* 16 ipsíus] impius *L* 19 et] ut *fort.* 21 iniq. assertionis (ás *ex* ad *corr.*) *L* 24 constricti *T* 27 creditur] cū dr̄ *T* 29 neq;eat *B*, non queat *LTVb*

homo non respicit): credentes quod rem studii possint deputare necessitati et, dum homo homini custos est, alio maledicendi ordine pudicitiam ualeant adplicare formidini, nos quidem uel ex una parte carpendi occasiones incidimus, nos supernae memores disciplinae qualemcumque sacerdotalem dexteram uolentibus perire porrigimus et a ruinae praecipitio diabolicis actos stimulis retardamus, ut discant loquaces uel post decreta praesentia religiosum amare silentium.

Nullum ergo sacerdotum antiquis et modernis legibus obsequentem nullumque leuitarum sine bene probata uolumus in quocumque loci manere persona, uel quem substantiae exilitas non permiserit habere consortem, ipse concellaneus fiat alterius. publicum sit apud religiosos omne quod geritur: clandestina repudietur obscuritas: multos habeat actuum conscios qui deo debet innocentiam. uideant aemuli, quia qui testes adhibet uult probari: male deprehensa iudicetur conuersatio quae non optat agnosci. certe uel si mens sit recti conscia, uindicta dignus est qui alii existit causa periculi: dum enim suspicionibus patefacit accessum, fit fraterni origo discriminis, et qui peccandi fomenta tribuit ipse iugulum morti inpingit, ut ait diuinus et beatus praeco: n o l i d e t r a h e r e, n e e r a d i c e r i s, confessor Ambrosius: m u l t i n o n d e d e r u n t e r r o r i l o c u m, e t d e d e r u n t s u s p i c i o n i. suspicio ista est interitus suspicantis atque eam non caret peccato qui dederit. unde mansuro cum dei et redemptoris nostri ordinatione constituto sancimus, apostolicae sedis beati Petri uel

21 Prou. 20, 13 22 Ambrosius Offic. I 20, 87

1 credentes *Pb*, credentis *BLTV* 2 necessitate *L*[1] malidicendi *BV* 3 amplicare *L*, accomodare *b* 7 actos *Pb*, actus *BLTV* 9 sacerdotem *b* 11 uel] ut *fort.*; *nam* uel *p. 414, 3 dissimile est* 13 geretur clandistina *B* 15 qui *om. T* 16 adhibit *B* 17 sit *ex* est *L et V corr. m. 1* 19 patefacit (facit *in ras.*) *T* 20 gugulum (i *supra* g) *B* morti *scripsi*, mortis *libri* 21 preco *BLV* 23 suspitio *L*, suspicatio *T* 24 atque eam *scripsi*, at quam *B*, atq; *b*, et quam *LTV* 26 constituo *L* sanccimus *B*

praesulis eius papae auctoritate subnixi, quae uitia desiderat radicitus amputari, ut nullus religiosorum de memoratis ordinibus aliter quam praefati sumus audeat conuersari, uel quicumque praesumpserint cum amissione pudoris honorum damna sustineant. quoniam grande malum est dicatam deo personam salutaribus monitis non parere, nullus secum extraneas habeat mulieres praeter personas canonibus designatas, ne agendo taliter, etiamsi uita sit innocens, damnum opinionis incurrat.

VIII.

PETITORIVM QVO ABSOLVTVS EST GERONTIVS PVER AGAPITI.

Deus arbiter uniuersitatis et conditor illa res humanas lance dispensat, ut et fideles praemium et poenam rebelles excipiant. lassis enim deuotorum obsequiis ualitudinem tribuit, dum muneris oblatione succurrit. perdit laboris memoriam mens terrenis obligata carceribus, quotiens illi uicissitudine subuenitur: in antiquum sudoris iuuenescit affectum qui necessitatem gratiae melle conmutat: sanctorum poenae, dum corona quaeritur, abiurantur. cui dubium est, quod nec ad caelum sine fiducia remunerationis adceditur? imitanda sunt mortalibus duce sapientia illa, quibus aeternus ordo conponitur: secuturus est actibus animus, unde sumpsit originem, dum deo deuote famulantes quod praestolamur offerimus. a superna enim conuersatione non discrepat qui talem obsequentibus

1 p̃sulei' (is) *L* auctoritate papae *L*[1]*Pb* subnixi* *L* quae—amputari *L in mg. add.* 5 quò *BL*, qñ *T*, quomodo *V* 6 paraere *L* 8 dampnum *LV*

VIII. 12 Agapiti *Sirm.*, supra scripti *LP*[2]*TV*, s̄s̄i *Bb* (*praecedit epistula ad Agapitum IIII 6*) 14 fidelis *B* rebellis *V*[1] 15 accipiant *Pb* 18 iuueniscit *B* 23 animus actibus *LTVb* 24 deuotae *B*, deuo**te *L* prestolamur *BLTV*, postulamur *P*, postulatur *b*

inpendit dominum, qualem sibi uult esse salutis auctorem. Gerontium itaque, cuius a me conperta fides pudor integritas et exigit libertatem et suis dotibus innotescit, per praesens petitorium a beatitudine uestra Romanae deprecor ciuitatis gaudere consortio, cuius ego absolutionis non tam largitor quam testis existo: abiecta enim esset natura designati, nisi moribus uulgaretur. hunc quidem sum dudum interueniente commutatione mercatus, sed quia nullum est maius commodum quam illud quod serenum examen adsequitur, elegi palmam iudicii quam de adquisito habere compendium. ostendit mihi iusta praedicti seruitus personam non esse seruilem. ergo nominato non tam cupio ingenuitatem tribui quam refundi. scio quod recte uile nomen expulerit qui ante ingenuus credi meruit quam uocari. remisso ergo ab eo quod mihi debebatur obsequio, quam suam esse conuersatione docuit, eidem restituo libertatem, supplicans coronae uestrae, ut gestis ecclesiasticis ex omni obnoxietate soluatur, ut perpetuo Romanae urbis possit exultare collegio, omni peculio suo sine aliqua inminutione concesso: nec fas est ei de adquisitis quicquam minui, quem polliceor donis etiam potioribus subsequendum.

VIIII.

BENEDICTIO CEREI.

Dignum et iustum est. uere dignum et iustum est, ut quod a te, domine, accipimus pretio saltem uocis soluamus. et licet nostra lingua auctoris sui beneficiis digno nequaquam

1 uul (t *supra*) *B*   actorem *T*, aucem (to *supra*) (c *ex* t *corr.*) *L*   2 itaquae *B*   compata *T*   integritatis *L*¹   7 sum *L s. l.*   9 eligi *B*   11 predicti *B*   14 quam] qm *T*   16 suplicans *B*   18 colligio *B*   19 ei] enim *P*¹*b*   adquisistis *B*   quidquam *BL*   20 pollice ordinis *B*   subsequendum] finit *add. B*

VIIII. 25 accepimus *Pb*   praetio *B*, precio *LV*, precum *T*, prece *b*   saltim *BLTV*   uocis *scripsi*, uoces *B*¹, uoce *B*²*LTV*, et uoce *Pb*   aluamus *B*¹   26 linga (u *supra*) *B*   actoris *T*   suis *V*, sui• *LT*   nequāquam *B*¹

respondere possit affatu, uult tamen diuino mysterio profecisse, quod facta est. nam cum ceteris animalibus hebetata caligantium crassitudo sit sensuum, uernat in hoc dispositione dominica hominum factura praestantior, quod sola uberius potest sentire factorem: quae tamen cernuis est socianda recte pecudibus, si caelestis ignara muneris uelut elinguis beneficia diuinitus concessa concludat. nam ut absoluit a crimine in holocaustis mysticis non habere quod offeras, ita digna piaculo res est, offerenda subtrahere. parili namque iudicio censendus est et qui numquam loquitur per naturam et qui quod loquitur non reddit auctori. idcirco, domine stupendi huius opifex elementi, aliquam tibi a nobis reddi credimus humili satisfactione particulam, quod totum cognoscimus nos debere. quis enim alius praeter te mundi fabricam perpendiculo repentinae iussionis exactam bifida auctoritate solidauit, cum primum praecepti tui miraculo terra coagularetur in pelagus et deductis deinde aquarum inpressionibus illa naufraga post sitiret? cuius etiam nisi tuae inuestigabilis fotu iussionis suscepta germina nutriuntur? qui calorem gignit infusis, qui umorem stillat arentibus? qui nisi deus noster succidua iungit temporibus tempora, quorum terrae fetus nunc igne feruescant, nunc glacie temperentur, nunc tepore animentur, nunc bibulo liquore consurgant? quis haec omnia et fecit ex nihilo et per lucis ianuam a perpetuae noctis furua densitate discreuit fecitque perenniter laudanda dispositione piissimus post lucis claritatem non horreri tenebras reuertentes per dierum dies? quis te uel dignus aut facundus laudator eloquitur, cuius

1 mistio *T*, ministerio *BLPVb* proficisse *BL*¹*T*¹*V* 6 pecodibus *B* munera *V*¹, luminis *P m. 2 in mg.* benificia *B* 7 absoluet *B* 8 holochaustis *B* 9 censendu˙ *L* 11 reddet *B* actori *L* 14 perpendiculam *B* 15 befida *B*, bi**fida *V* 16 coagolaretur *B* 17 diductis *fort.* inpraessionibus *B* pos' *L* 21 terrae *Bb*, terra *LPTV* foetus *B* 22 **bibulo (di *eras.*) *L* 23 liquore *ex* loquere *B* conspergantur *b* 25 nisi piissimus *fort.* 26 reuertentes *b*, reuertentis *BLPTV* per] pro *B* dies] series *fort.*

terminata distributio succedenti uarietate fit gratior, quo iubente dulcior lux est, quod aliquando desinit, quam si iugiter permaneret? ecce illa nox, quae mundum hactenus iugo crudelissimae deditionis oppresserat, populos a nexibus uiolentae condicionis absoluit et fit libertatis altrix quae mater fuerat seruitutis. in huius tibi, domine sanctissime, noctis ministerio hoc cereum lumen offerimus, per quod caligo uetusta pellatur, in quo species trino conpaginatae consortio societatis propemodum mysticae glutino coniunguntur, quarum ceram parauit nectareis partubus feta uirginitas, papyrum ad alimenta ignium lympha transmisit, lumen adhibetur e caelo. nil hic habet uox humana quod consecret, ubi totum dirigit superna cognitio. agnoscit hic odorem suum salutiferae uirginis filius, ubi sine coitu nascitur quicquid offertur. non enim hic turicremis Panchaeus adoletur ignis altaribus, non ad triste ministerium extremum mugiens bos percussa litabitur, non bidentum fetus carnificis potius quam sacerdotis mucro desecuit: sufficit ad reparationem aeternitatis perditae, quod non a nobis sed pro nobis agnus occisus est. procul hinc aberit lanista Iudaicus, qui per cicatrices inguinum animas sibi adquisitas tot solet numerare quot uulnerat. Christi nostri libamina infucata simplicitate conplentur. peragit dedicationem corporis nostri crux unda confessio. te ergo quaesumus, domine, ut sicut typico prisca mysterio ita renouanda agmina ducat haec columna trans gurgites: aestuet et nobis

1 succedente *b* sit *L* 2 quod] quae *b* aliquande *B*[1] si *L s. l.* 3 permanere *L* actenus *BLV* 4 oppressaerat *B*[1] populus *B* 5 uiolente *B*, uiolentiae *L* conditionis *LTV* absoluet *B* 6 sanctissimae *b fort. recte* 7 cerium *L*[1] 8 pella*tur *L* conpaginatae *scripsi*, conpaginata *libri* 9 mystice *LV*, mistice *T* glutinato *B* coniungatur *b* 10 papif *T* 11 limfa *BLV* transmiset *B* 12 nihil *L* 13 cognatio *B*, cogitatio *b* 15 panceus *V*, panceus *BLP* igni salutaribus *B*[1] 16 litatur *b* 20 lanista] lata *B* cicatricis *B* 21 quod *BL* 22 infucata (c *ex* f *uel* s *corr.*) *B* 23 nua *L* 24 misterio *T*, ministerio *Pb* 25 ducat (cat *in mg. add.*) *B* gurgitis *B* aestu et *L*, et struat *b*, aestuet *Sirm.*

semita praeparata per maria et sitiat callis puluerulentus in fluctibus. nil hic est, in quo discrepent antiqua nouis aut moderna ueteribus. tu semper idem dominus et sacerdos meritis par prophetae es, ad cuius precatum fluenta siccentur, ut Hebraeus transeat, Aegyptius deprimatur et mersis in aqua corporibus sola sentiat culpa naufragium. hoc autem tibi, domine, castae operatricis munus et hanc intactae matris sobolem commendamus, per quam meretur habere terra quod caeli est, quae per domos cereas diuino stipant mella conpendio, quibus causa est numerosae progenies nescisse coniugium, ne, dum copularum nexibus occupantur, laborandi tempus effugiat et expectent ut prolem suam turgida aluus effundat, quam herbarum lucro diligentius possunt ore profligare quam semine. in huius autem cerei luminis corpore te, domine, postulamus, ut supernae benedictionis munus adcommodes et, si quis hinc sumpserit aduersus flabra uentorum, aduersus spiritus procellarum tua iussa faciens, sit illi singulare perfugium, sit murus ab hoste fidelibus. simul etiam quaesumus te, ut, quia ad uernantis anni faciem passionis ac resurrectionis tuae tempus aptasti, cum post concretas hiemali torpore glebas et infrenata glacie flumina nouellas frondium tunicas gemma conscindit et cum auctore germinum domino nobis omnia reuiuiscunt: da multiplices fructus in terris, nostrum

1 pulueroIentus *B* 2 nih *L* aut moderna *T in ras. corr.* 4 meritis par] memoratus per *b* prophetae *B* (*i. e.* deo prophetae), prophetis *PT*, profetis *LV*, prophetas *b* es *B*, hic est *LPTVb* 5 ut] ergo huius *B*, cuius ergo *fort.* hebreus *LTV*, hebreos *B* transeat] ille *add. B*; *fort. l. 4 post* es *inserendum* 7 casta *LV*[1] *et fort. T*[1] intacte *BLTV* 9 creas *L* compedio *V* 10 progenies *B*, progenie *LTV*, progeniei *Pb* necisse *T* 11 copulantur *T* 12 effugiant *Pb* 13 quem *LV* lucra *B* proligare *B* 15 superne *B* 16 sumpsserit *T* 17 facientes *B* profugium *P*[2]*b* 19 ut] *cf. p. 352, 6* uersantis *L* pansionis *L* 21 glacię *L* nouella *T* 22 conscindit *scripsi*, conscendat *LTVb*, conscendat (a *ex* e *corr.*) *B*; *cf. Verg. G. II 75* gemmae Et tenuis rumpunt tunicas actore *T* 23 reuiuiscant *b*, reuiuescunt *LV*[1] multiplicis *B* multiplices fructus *bis exarauit T*[1]

effice quod ostendis et sacerdotis nostri uel totius cleri eius incolumitate seruata ubertatem temporum sine aduersa tempestate concede.

X.

BENEDICTIO CEREI.

Dignum et iustum est. uere dignum et iustum est, ut principe loco fores beatae noctis adhibito praesenti ministerio digna quasi claue reserentur, ut nobilis nuntius uitae testetur aduentum, ut praeconis merito secutura ponderentur, sacris fidem mysteriis uenerandus praecessor adcommodet. iustum est ut proximitatem salutaris aquae flamma manifestet, elementorum diuersitas in peregrina pace conueniat, lympharum in promptu esse remedia sacer ignis ostendat, agnoscatur non esse naturae sed redemptionis, quod concordat unda cum lumine. laetetur in operibus suis fabricator ille caelestis, cum benedicit ipse quod tribuit, cum illud, quod secreti sui producit origine, nobilitat sacramento. intellegat linguae nostrae ministerio pecualem quam nobis concessit distantiam. mancipetur laudibus eius quicquid a ceteris animalibus iussit in homine esse praestantius, quia optimi conditoris aperta sunt beneficia et ira a pietate non discrepat, quando et artem nos supplicandi docuit

1 cleri (eri *in ras. corr.*) *T* eius *om. Pb* 2 incolomitate *B* aduersi *B*[1] *empestate *L*, taempestate *B*

X. *Hoc opusculum om. b et Schottus, primus edidit Sirm.* Incip̃ (*om. T*) benedictio cerei *BLTV* 6 ut *ex* et *V m. 1* 7 presenti *LTV* dignam quãsi *B* 8 reserentur (entur *in ras.*) *B* 10 misteriis *LTV* adcommodit *B*, accomodet *T* 11 manifestit *B*[1] *ut uidetur* 12 lymfarum *BLV* prumtu *L*, prumto *B* 13 naturae esse (esse *in mg. add. m. 2*) *T* 14 com (u *supra* o) *B* luminae *B*[1] 16 quos secreti *L*[1] *ut uidetur* producet *B* 17 lingue *B* pecoalem *B*, specialem *LTV et Sirm.* 18 mancipitur *B*, mancipietur *L* 19 prestantius *LV* 21 arte *B* suplicandi (s *ex* p *corr.*) *L*

partibus imitationem praeferri, ut quae non adquiescunt monitis formarentur exemplis. est illic etiam Stephania, splendidissimum catholicae lumen ecclesiae, cuius natales ita maiore luce fuscantur, si mores intellegas, ac si facem mundi oculus sol obumbret: si ingenitae conuersationis radios seponas, plus eius sanguine nil lucebit. istorum, quoscumque praefatus sum, caelestis uos dispensatio iungat obsequiis. ecce habetis gratiae meae obsidem paginam, quam uelut paedagogam sectamini. det autem uobis deus quod decet et uelle semper et facere. ergo si pomposa oratione non ualui, oratione uos memor professionis adiuui.

Per te, per qui te talem genuere parentes,
Symmache, ne nostram maneat sors dura tabellam,
Da dextram tenui et tecum me tolle per undas.
Non facit ad mores credentem fallere sanctos.
Nil moror: en supplex uenio, miserere precanti,
Vilia diuitibus commendans dicta patronis.

Germina clara,
Sumite sicci
Verba parentis.
Nobile dictum est,
Quod bona monstrat.

1 patribus *B* imitatione *T* r(n)ion *B* 2 formentur *fort.* illi(e) *L* stephani**a *L*, stefania *B* 3 splendedissimum *B* chatholicę *L* 5 oculus *T*¹*b*, oculos *BLPT*²*V* obumb(ret)ert *B*; *post* obumbret *ras. 9 fere litt. L* 6 iustorum *L* 7 celestis *B* habetes *B* 8 pedagogam *BLTV*, pedagogum *b* 10 pomposa peroratione *fort.*; *pro alt.* oratione (*i. e.* precibus) hortatione *coni. Schottus* 11 audiui *T* 12 per—*l. 22* monstrat *om. T* 14 dexteram *LPV* undans *L* 15 facet *B* 16 praecanti *B* 18 ge(r)mina *B* 19 sumites *B*¹ succi *P*¹*b*

VII.

PRAECEPTVM QVANDO IVSSI SVNT OMNES EPISCOPI CELLVLANOS HABERE.

Nulli dubium est, hominem, qui carnalis concupiscentiae inlecebras sacri amator instituti magistra uiuendi arte domuerit et praeceptorum falce caelestium erraticos palmites de conuersationis suae radice sustulerit uitali traditurus incendio, fructuosa plantaria ad supernum fouere ualitura conpendium, unde annuas diuina iussa capiant pensiones, et eum sicut sinceritate innocentiae ita opinionis luce gratulari. nec bonorum facem meritorum maledicentis credendum est extingui posse conflatu, quoniam, etsi dente tangatur inuidi, splendor uitae umbram uenenatae oblocutionis excludit. auctorem repetunt tenebrae, quae ad inuoluendum iubar aptantur: nitorem siderum nox infusa non obruit: ad genium claritatis proficit cum obscuritate conflictus: lunaris globi ministerium die recedente plus rutilat et placet suo lumine, dum fugat alienum. sub externum ius non mittitur qui lucem facere ut auctor adsumit. sed quoniam noxiae mentes definitis se aestimant senioribus non teneri, putantes prophetarum praecepta dicentium os detrahentis eradicabitur cum aetate ueterescere et ualitudinem non habere per tempora, quasi nouellis tantum timor debeatur statutis et ad poenam reos lex annosa non teneat, cum temporum operator deus prophetae usus officio et antiqua iusserit et moderna disponat et unus

21 Prou. 20, 13

VII. 5 magistra] in $\widetilde{gra}$ *T* 7 conuersionis *L*[1] traditur *T* 9 adnuas *B* capiunt *LTVb* pensiones et (s et *in ras.*) *B* 11 fac•em *L* exingui *L* 12 quō *BL*, qn̄ *T*, quomodo *b* spendor (l *superscr.*) *B* 13 oblucationis *B*[1] actorem *BT* 16 in ministerium *T* 17 recidente *LTV* 19 assūmit *T* quō *BL*, quomodo *V*, qn̄ *T* moxię *L*[1] 20 potantes *BLV* 23 s:tu(at *superscr.*)tis *L* 24 annosa lex (transposition marks) *B* cum *B*, et cum *LPTVb* 25 iusseris *L*[1]

ministerio humani sermonis inlabere. tu resurrectionis tuae tempore, quo uernat anni reuiuiscentis infantia, sumptam ex hoc contra procellas uel omnes incursus fac dimicare particulam, ut sacerdotis nostri uotiua omnibus uel totius cleri eius incolumitate concessa ubertatem terrarum cum actuum innocentia et prosperitate concedas.

1 tue tp̄r *T in ras.* 2 uirnat *B*[1] 3 omnes *T*[2], omnis *BL T*[1]*V*, amnis *fort.* 4 tocius *V* 5 incolomitate *B* 6 concedas] finit *add. BLTV*

DICTIONES.

I.

DICTIO IN NATALI LAVRENTI MEDIOLANENSIS EPISCOPI.

Quousque me iners diffidentia intra angustum patitur penetrale delitescere? quousque nimia cautio terminos honesti timoris exsuperans dispendia opinionis, quae uitat, incurret? usu enim rerum uenit inter homines, ut, quantum famae decerpitur per audaciam, superfluum non minus pereat per timorem. non enim debet notari uelut auarae laudis adsumptor, non adscribi cupido affectatae deuotionis ostentui, apud quem res obnoxia pudor⟨i amor⟩is stimulis adacta conpletur, quia sicut in umbram cogit gloriae appetitus, oratione dum quaeritur, ita non reddere quod deberi noueris proximitatem noctis indicit. superflua scribere res iactantiae est: necessaria reticere contemptus. saepe uituperationis nostrae mater est doctoris occultata laudatio. dicat forsitan aliquis animo consulendi, quod operis pressa magnitudine exhausti macies arescat ingenii et destituta dicendi ualitudine garrulitas defectum mercetur ex copia: ceu si in

I. Dictio ennodii (enodı d̃. *L*, ennodi ds *V*) in natali laurenti (laurentii *T*) mediolanensis (mediolani *L*, mediolan̄ *B*) ep̄i *inscr. BLTV*; sacra prima *ex suo add. Sirm.* 5 delitiscere *B* 6 timoris] pudoris *b* euitat *Pb* 8 audatiam *LTV* 9 ei ascribi *LTVb* 10 affectate *B* 11 pudori amoris *scripsi*, pudoris *libri* 14 res *om. B spatio uacuo rel.* 15 occultati *LPTV* 16 et animo *Pb* praessa *BLV* 17 exausti *B* ariscat *B* 18 cupia *B*

alueum magni fluminis stillantis guttam fundas eloquii, nequaquam ad cursum proficis liquoris inpendio, et uix humorem parturit quod ad undas aptatur. sed existimamus animo quae dicantur ad pretium meritum dictionis: et uena, quae est per naturam torrida, frequenter currit a themate: eloquentiae exilitas propositione pinguescit. saepe pro eorum meritis, quibus se mancipauerit oratio, dicenda tribuuntur, maxime si mera affectione laudando militet narraturus: tunc uerborum abundantiam transmittit affectio: tunc amor suggerit quod negat ingenium. sancti Laurenti aliquatenus pro mea mediocritate bona dicturus, plenum quidem laboris opus adgredior, sed plenum caritatis. facessat ergo formido uenerando inimica proposito: fugitiua gloriae est mens subiecta terrori clamante Paulo apostolo: p e r f e c t a c a r i t a s f o r a s m i t t i t t i m o r e m, hoc est dicere et indicio certo monstrare, quia non diligit qui pauescit. sine culpa uincitur oneris inmensitate qui ad portandam sarcinam etsi inpar tamen deuotus occurrit. his ita se habentibus festa nascentis anni cur non uotiuo sermone concelebrem? cur lucidi natalis exordium silentii foeditate dehonestem? marcida est sine sermone hilaritas et simulacrum maeroris occultare quod gaudeas et adflictionis imitatio uocem in laetitia non habere. ergo tibi, sancte pater, officii conscius uerba non tribuam? libet tamen dicendi principia consecrationis tuae deriuare de tempore et cum anni renascentis infantia florulenta, si ualeo, dictione uernare, nunc cum terrae sucus per uenas arentium uirgultorum currit in germina et aluus

14 I Ioan. 4, 18

1 albeum *B* 3 sed] et *b* sed — pretium *om. B spatio uacuo rel.* extimamus *Pb*, aestimamus *coni. Schottus* 5 fecunda frequenter *fort.* curret *B* 6 meritus *B*[1] 8 affectatione *T* 9 suggeret *B* 10 laurentii *LTV* 12 inimica praeposito *B*, proposito inimica *LV*[1] 14 Paulo *expungendum fort.* 17 se *om. T* 19 exordio *V*, exordia *LTb* silenti *B* feditate *BL* 20 marcida] manca *b* meroris *BLTV*, meroris est *Pb* 22 ergo *in mg. add. B* conscius//// *L* 24 tepore *V*, tp̄ *T* 25 succus *TV* 26 curret *B*

sicci fomitis umore maritata turgescit, cum in blandam lucem nouelli praesegminis comae explicantur arboreae et omnis ramorum plectura diffunditur uel quae intra tunicam natura artauerat frondium decora soluuntur, cum auium cantilena comitur sapore modulato, cum uita segetum glebis sepulta hiemalibus quasi repagula algoris emissa et tepore fota concipitur, nunc ⟨cum⟩ in cano flore spem fructuum metitur agricola, cum mutuis palmitum brachiis uinearum texitur aprica formositas et ante maturitatis tempus uultum frugiferum cultura conponit, dans uenustatem falce domitrice et luxuriam infecundam ferro frutificante conpescens, cum profundi gurgitis rabies blandum transit in sibilum et eneruata tepore uentorum ferocitas migrat in delicias nauigantis, cum tutum est cymbam salo laxare et ancorarum morsus absoluere, dum fractura procellarum, quae nauitas hactenus terrebat, inuitat et per uda aequoris spatia somnum gubernantis admittit, cum colore distincta gemmato uerni opibus prata ditescunt et in ordinatione summi pontificis naturae gaudium elementa testantur. tibi ergo, antistes, nunc non reddam quod aliis iam praestare didici, quem ad pontificalem apicem grauitas pudor pudicitia uenustas adduxit, qui tot dotibus uelut in aceruum coactis canam dignitatem praesentis officii suscepisti, habens tantarum honestamenta uirtutum, quantarum probatum singulae facerent species sacerdotem? taceo uniuersitatis in electione tua con-

1 humore *BT* maritota *Bb*, maritatus *LPTV*, *em. Sirm.* turgiscit *B* 2 praesigminis *BV*[1] 3 plexura *uel* pletura *fort.* tonicam *B* 4 cantelena *B* 5 comiĩ *TV*, comitor *B* modolato *B* 6 yemalibus *T* algoris repagula *LPTVb*, a. repagulo *Sirm.*; *sed cf. Wiener Studien II p. 238* feta *T*[1] conciptur *L* 7 cum *addidi, om. libri* agricula *B*, agrigola *T* 8 braciis *B* 9 culturas conponet *B* 10 domitrice *T* luxoriam *B* 11 frutificante *V* 13 delicias (as *in ras.*) *T* dum *b* cumbam *P*, cimbam *T* 14 anchorarum *T* factura *L* 15 nautas *b*, natiuitas *L* 17 gẽmato (e *corr.*) *V*, geminato *Sirm.* uernio|pibus *B* 19 antistis *B* praestare iam *LTV* 22 tatarum *B* 23 singulae probatum *Pb* 24 sacerdotum *T*

sonontiam et discretarum nationum concordem sententiam non reuoluo: statuat ista loco laudis cui non suppetit quod possit praedicare de moribus. momentis enim plerumque incerti fauoris aura popularis inpellitur et nescia examinis turba Quiritium, dum studiis rapitur, amat incognitos. in te libram tenuit qui petitionis tuae aut socium se praestitit aut auctorem. imperitae coetus multitudinis meritum tuum expendit lance perfecti et, dum in te ornamentorum uarietas placet, quasi unus heres diuersissimi fueris instituti, sic singuli hoc de claritate tua censebant sufficere quod probabant, quia bona omnia nequaquam omnibus nota esse potuerunt et speciatim ad fauorem sideris tui uniuersos inlexeras: alteri ostendendo quod pius es, alteri quod seuerus, alteri quod bene adquisiti distributor patrimonii, alteri quod scires recte parta seruare, id studii sumpsit uniuersitas, ut, cum de proposita laude unusquisque uinceret, conlatione tamen in praeconiis tuis melioris tituli ab altero uinceretur.

Nolo istis diutius inmorari. ueniendum est ad laboris tui exercitia, quia ego, qui non sum in laudatione tua idoneus maximis, nescio esse parua contentus. nouellis te adhuc inpositae dignitatis labantem uestigiis ineluctati temporis suscepit aduersitas et tironem pontificii exercitatissimum militem aduersus libertatem inpacta bella reddiderunt. tu praedonis nescisti timere saeuitiam, tu blandimentorum, quod in malitiosis nocentius telum est, scuto constantiae uenena respuisti. quotiens te qui certamine non potuit insidiosa honorificentia lacessiuit? quotiens in damno bonae opinionis seruitii sui te credidit figmenta suscipere, hoc a te postulans, ut adhibito hostem conludio intra urbis muros includeres et ouium tuarum dissipanda lupis membra praestares,

4 quiritum *b* 6 actorem *T* 7 cetus *LTV* multitudini *T* 9 hoc *Sirm.*, h̄ *T*, haec *BLV*, *om. Pb* 13 pi'ꞏ *T* 14 seires *Bb*, sciris *LPTV* 16 uincere *T*' 20 paruo *b* nolouelis *V* 22 tyronem *BLV* pontificis *b* 27 honorificentia (a *in ras.*) *B* lacessiuet *B* 28 te *om. B* afigmenta *B* 29 inclauderis *B*, concluderes *LTV*

paris facti, quod dictu nefas est, multorum exempla suggerens? quae quidem tu uitanda despiciens et ad uindictam sereni temporis seruans memoriae commisisti, detestabilia retinens, ne per obliuionem inpune transirent, et maiorem horrorem excessibus debens, dum ruinam metuis aliorum. sed remotis dicendi obstaculis ueniamus ad illa quae religioso sunt magis digna memoratu. cum hostilis inruptio more pecorum Christianum populum per diuersa distraheret, tu uariorum generibus crutiatuum capiebaris in omnibus, tu paterna conuentus pietate sustinebas tormenta multorum, ut ait apostolus: quis uestrum cruciatur, et non ego? inter ista tamen fractum te non uidit aduersitas: hoc triumphis suis decerpi sensit inimicus, quod capti sacerdotis animum non subegit. pugnabas adhuc pro absolutione plurimorum et tibi nihil metuens de plebis tuae anxietate pendebas. nolo diutius tristibus inmorari, nolo tragoediam maligni temporis aperire, libans de inlustri conuersatione tua aliquanta praeteruolo, ne te narrando cogam denuo sustinere quae passus es: quamquam doctor gentium in tribulatione exercitum se fuisse commemoret uociferans: cum infirmor, tunc potens sum. taceo inediam frigus iniurias et illa quae tibi inimici animus prouidit augmenta morborum. sed, credo, haec puerilia et suco antiquae ualitudinis robusta membra tolerabant. nonne emortuis per conpages artubus et a possibilitate propria longa iam aetate distractis sola anima flecti nescia sustinebat et imitanda intentione aduersus inpugnantes muro constantiae stabilita certabat? post haec ad rediuiuum statum libertatis optatae numquam pia uota despiciens Christus redemptor noster occurrit et fractas Romani

10 II Cor. 11, 21 19 II Cor. 12, 10

1 paris *T et Sirm.*, pares *BLPVb* 2 et *om. Pb* 4 orrorem *LP* 5 metiens *T* 6 magis *B*, *om. LPTVb* 9 cruciatum *B* 16 traguidiam *B* libens *b* 18 quanquam *LTV* 19 commemorat *T*[1] 20 tum *Pb* inaediam *B* frigus et *b* 22 succo *T* antiq; *B* 23 ar///tu|bus (tu *add. corr.*) *B*, artibus *L*[1] 25 imitęnda *L*[1] *ut uidetur* 26 haec *T add. in mg.* 27 dispiciens *B*

nominis uires artifici medela solidat: in uigorem salutiferum res contrita remeauit. cum ex alto benignis oculis caelestis dominator aspexit, Mediolanensium urbi lux est proprii reddita sacerdotis. tunc cum rarus habitator, tunc cum error in domibus et per dulcia cubiculorum limina confusa discursio, tunc cum ubique pauor et luctus et dei templa in ferarum habitatione deputata sordebant, cum marcens incuria splendidissima dudum atria situ uetusti umoris obnuberat: laetitiam ceteris tuo dedisti de reditu, tu regressus ad lacrimas. tunc more auium, quibus, dum terra niuibus uestitur, et alicuius loci in spem cibi spoliatur angustia, uideres quae remanere potuerunt plebis reliquias confluxisse et ad boni pastoris praesentiam undique fatigatis balatu nemoribus greges occurrere. alios tunc multiplici sustentandi genere mulcebas affatu, alios reficiebas inpendio, alios hortabaris exemplo. breui post in antiquum statum, qui tibi post deum debetur, urbs iam sepulta reualuit et quae non credebat in se reparari posse quod fuerat coepit iam meliora aemulari. tunc, qui uitae usus est, cernere erat omnia ad latiorem profectum bonis successibus inuitari.

Curro per singula, strictim referendo quibus opus est longa narratio, ad agonem uitae tuae, ad summi celebritatem propositi peruenturus. secunda post dubium temporis nata est in ecclesia Romana captiuitas, quae te quasi iam diu desidem et laboris fugacem de longae sinu quietis abstraheret, cum uix spe pacis laboris tui arma deposita resumuntur. deberetur quidem, nisi me laudis tuae censura pertraheret, in lugenda causa silentium, ut in una aetate memoriae pereat res nefanda. senatus illic curiae caelestis accitus est: ibi ex uariis prouinciis

1 medella *B* solidat *scripsi*, solidata *libri* 2 remeañ| *B* 3 mediolanensium — sacerdotis *om.* *B*[1] *add. corr. in mg.* 5 limina *BPb*, lumina *LTV* 6 in *om.* *PT*[2]*b* habitationi *L*[2]*TV*, habitationis *L*[1], habitationibus *Pb* 8 humoris *BLT* obnuuerat *BLV*, obnuerat *Tb*, *em. Sirm.* 9 tu] tunc *fort.* 11 spoliatur] blandiatur *uel simile quid fort.* uideris *B* 13 concurrere *b*, accurrere *Sirm.* 14 multipliciter *BV*[1] sustentati *L* 18 iam cernere *Sirm.* 19 latronem *L* profectum (r *ex* e *inter scribendum corr.*) *B* 20 longa *B*, larga *LTV* 22 peruenturas *L* 23 te *B in ras.* 24 longe *B* 27 clausa *L* 28 ille *Pb* curie *B* prouintiis *LV*

episcoporum turba confluxit, ubi coetus ille, quot hominum genera, tot sententiarum uarietates aduexit. sed quibus inerat spiritalis sapor intellegentiae quasi ducem te principalis deliberationis caritate tenuerunt. tunc quo minacium impetus blandimentorum melle domuisti, qua superborum corda uenerandae humilitatis erectione fregisti, qua labantium animos consilii radice fundasti, explicare non ualeo. rei gestae notitiam scire cupidum ex facti contemplatione compello. unum te secuti sunt tot electi et in sententiam tuam reciderunt tantarum principes ciuitatum. coquitur lamentationis aestibus qui ante cruda obstinatione desciuit et nihil habet in solacium praeter calamitatis lacrimas qui diuisus est. dicat aliquis forsitan rerum gestarum malignus interpres: quam sortita est de huiusmodi constantia praesens causa decisionem? quaerat qui finis de laudato sudore contigerit. huic ego fidens replicabo: te praesule factum, ne sacerdotes ministros acciperet furor alienus nec ruentum indignationi pontificum sententia militaret, ne in usum male commoti traherent euenire posse quod uellent. postremum inproborum loquacitas obmutescat, huius saltem aestimatione secreti, quia odiorum incendia, quae non ex inpugnati merito, sed ex studiorum fomentis arserunt, nec sanctae deliberationis potuerunt fonte restingui. tibi ergo debetur uenerabilium custodia canonum: tibi quod sine episcopali nota contigit quicquid in praesentia saeuit inprobitas: tibi patuit quod aliis

1 qd *B* 2 uariae|tates *L*, uarietatis *B* 3 spiritualis *b*, specialis *T* 4 minatium *LP*, minantium *Tb* 5 uenerande *LPT*, ueneranda *b* 8 sequuti *B* 9 et in *T in ras.* recciderunt *B*¹ *V*¹ 10 ciuitatum *T in ras.* 11 desciuit *b*, disciuit *BLPTV* solatium *LTV* 12 calamitatis *om. B*; calamitatis praeter *fort.* 13 eiusmodi *T* 14 dicisionem *Bb*, firmitatem *LPTV* finis *scripsi*, fines *libri* 15 laudatio *L* contigerit *BLV*, contigerint *T*, contigerunt *Pb* praesole *B* 16 sacerdotes *B*, sacerdotis *LPTVb* nec ruentum *scripsi*, nec ruentem *B*, ne cruentae *LPTVb* 18 euenirent *T* uellint *B*, uelent *V*, ue|lent (ue *ex* uo? *corr.*) *L* postremo *Sirm.* 19 saltim *B* 20 ex inpugnanti *B*, inexpugnati *T* 21 ne *L* 22 debetur.. *L* 23 contigerit *Sirm.* 24 patuit *om. B*

accusantes clandestina fraude texerunt: apud te conpertum fuit non satisfaciendum odiis, quotiens fide deseritur qui lacessit. sed haec aliis melius seruantur narranda temporibus. salue, ecclesiarum sidus, et ad senectutem bonam Abrahae aemulator accede, quia testimonium probitatis est diu hominem in ecclesiastica arce seruari, ut scriptum est: u i r i s a n g u i n u m et d o l o s i n o n d i m i d i a b u n t d i e s s u o s. tu aeuo maturus et ad religiosum sudorem primaeuus exsupera, tu pietate laudabili bonis discipulis exempla suggere, malos seueritate conpone et boni utriusque fibula operis in testimonio summae gloriae sine labe perdura.

II.

DICTIO MISSA HONORATO EPISCOPO NOVARIENSI. IN DEDICATIONE BASILICAE APOSTOLORVM VBI TEMPLVM FVIT IDOLORVM.

Credo ego uos, fratres carissimi, tota mentis cura uenerari, quod in loco hoc manente templi nomine uetus perierit pro religione cultura, quod delubri reuerentia fugatis instituatur libaminibus, quod sacrarium adpelletur merito, postquam seniores hostias abiurauit et in adolendi mutatione sacrificii diuinae aedis nomen adsumpserit, postremo quod in alium statum inconcussis migrauerint fundamenta culminibus et, cum ad structuram parum humanus sudor adiecerit, quaecumque fuerunt

6 Ps. 54. 24

1 accusaNᵀ *LTV* clandistina *B* 2 odis *L* 3 melius aliis *b* 4 ecclesiarum (r *in ras.*) *B* abrahe *B* aemula|·tor *B* 6 arche *B*, arte *Pb* 8 primeuus *B* 9 discipulis *BPb*, disciplinis *LTV* conpone *B*, compesce *LPTVb*

II. ydolorum *T*; sacra secunda *add. Sirm.* 16 kmi *LPTV* 17 ueius *T*[1], aetas *B* perieret *B* 19 apelletur *TV* postquam *B s. l.* 20 abiurauet *B*[1] 21 edis *TV* 22 migrauerunt *b*

episcoporum turba confluxit, ubi coetus ille, quot hominum genera, tot sententiarum uarietates aduexit. sed quibus inerat spiritalis sapor intellegentiae quasi ducem te principalis deliberationis caritate tenuerunt. tunc quo minacium impetus blandimentorum melle domuisti, qua superborum corda uenerandae humilitatis erectione fregisti, qua labantium animos consilii radice fundasti, explicare non ualeo. rei gestae notitiam scire cupidum ex facti contemplatione compello. unum te secuti sunt tot electi et in sententiam tuam reciderunt tantarum principes ciuitatum. coquitur lamentationis aestibus qui ante cruda obstinatione desciuit et nihil habet in solacium praeter calamitatis lacrimas qui diuisus est. dicat aliquis forsitan rerum gestarum malignus interpres: quam sortita est de huiusmodi constantia praesens causa decisionem? quaerat qui finis de laudato sudore contigerit. huic ego fidens replicabo: te praesule factum, ne sacerdotes ministros acciperet furor alienus nec ruentum indignationi pontificum sententia militaret, ne in usum male commoti traherent euenire posse quod uellent. postremum inproborum loquacitas obmutescat, huius saltem aestimatione secreti, quia odiorum incendia, quae non ex inpugnati merito, sed ex studiorum fomentis arserunt, nec sanctae deliberationis potuerunt fonte restingui. tibi ergo debetur uenerabilium custodia canonum: tibi quod sine episcopali nota contigit quicquid in praesentia saeuit inprobitas: tibi patuit quod aliis

1 q̃d *B* 2 uariae|tates *L*, uarietatis *B* 3 spiritualis *b*, specialis *T* 4 minatium *LP*, minantium *Tb* 5 uenerande *LPT*, ueneranda *b* 8 sequuti *B* 9 et in *T in ras.* reccidernnt B^1V^1 10 ciuitatum *T in ras.* 11 desciuit *b*, disciuit *BLPTV* solatium *LTV* 12 calamitatis *om. B*; calamitatis praeter *fort.* 13 eiusmodi *T* 14 dicisionem *Bb*, firmitatem *LPTV* finis *scripsi*, fines *libri* 15 laudatio *L* contigerit *BLV*, contigerint *T*, contigerunt *Pb* praesole *B* 16 sacerdotes *B*, sacerdotis *LPTVb* nec ruentum *scripsi*, nec ruentem *B*, ne cruentae *LPTVb* 18 euenirent *T* uellint *B*, uelent *V*, ue|lent (ue *ex* uo? *corr.*) *L* postremo *Sirm.* 19 saltim *B* 20 ex inpugnanti *B*, inexpugnati *T* 21 ne *L* 22 debetur** *L* 23 contigerit *Sirm.* 24 patuit *om. B*

inquisitori futura cecinerunt: hinc fumus sordidis aerem ipsum polluit sparsus per multa contagiis. ad ultima, hinc mactata per lanistas hostiarum multitudo quicquid deus est effugauit, dum farra sanguis tura ueruinae idolis exhibentur, dum ritum simplicem aetas Christo inimica non recipit et multifariis censu laborante oblationibus supernam mercatur offensam. liberet ire per singula et funestorum secreta factorum linguae claue reserare, ni merito aestimemus oris iniuriam narrare sordentia et quod illos actione perculit nos loquela contaminet. explicemus interim, quibus sint ista mutata successibus, quanto praeuenta splendore nox fugerit. ubi sunt sigilla numinum uotis imaginata facientum, quorum facies in potestate pependit artificis, quibus pretium aut sollicitudo operantis peperit aut metallum? ubi sunt dii, quibus potentiam dederunt homines fulgore gemmarum? en uideo, omnia ista fugerunt, ut credo Christus ingressus est: respiciamus cuius fultus auxiliis. uenerunt cum eo caelorum radii, apostolorum diademata, Petrus et Paulus. qui enim in restauratione aedis essent necessarii nisi architectus et petra? nisi lapis et superaedificans? nisi fundamentum et opifex? quid trepidatis pericla mortalium? quid anxio fugam paratis excursu? ille est cui nullus uersutiam uestram lapsus abscondit, qui cum loco non moueatur, quocumque abieritis insequitur. ueni ergo, piissime domine, et ad consecrationem operis tui plenus inlabere: uice humani per baptisma pectoris purgentur haec templa turpi hactenus dedi-

3 quicq|quid *B* 4 berbinae (*pr.* b *corr.*) *B* 5 simplicem (*pr.* m *in ras.*) *B* simplicem ritum *LTV* recepit *T*¹ multiphariis *T* censu *B*, censura *LPTVb* 6 laboranti *LPTV* mercantur *B*, mereatur *b* 7 factorum *B*, *om. LPTVb* lingua *B* 8 estimemus *B* 9 loquella *B* contaminaret *Sirm.* 11 preuenta *B* nox splendore *LTV* numium *L*, nominum *B* 12 maginata *L* 13 peperit operantis *LTV* 15 ut credo fugerunt *LTV* 16 cuius *B*, quibus *LTV* 17 auxcelorum *B* 18 restauratione̅ *B* 20 pericula *Pb* 21 quod *B* nullas (as *in ras. ex* ā? *corr.*) *V*, nullam *Pb* 25 actenus *B*

cata patrocinio. institue, domine, uertendo sacrificia et, dum puris cumulamus altaria sancta donariis, praesentiam tuae maiestatis intersere, euocatus sanctorum merito sacerdotum, electi seorsum praesentis patris nostri Laurenti conscientia, qui tot plenus dotibus ad ecclesiae fastigia creuit, quot fecissent summum singula quaeque pontificem, in quo uernat princeps boni operis et mater honestatis uercundia, religionis sanctae nutrix patientia, deum semper placatura pietas, qui ecclesiasticis membris non sermone uitae instituta tribuit sed exemplis, qui omnem callem, quo ad deum itur, dum praeuius incedit, ostendit, adiuuante se domino nostro Iesu Christo cum patre regnante in saecula saeculorum. amen.

III.

DICTIO DATA STEPHANO V. S. VICARIO DICENDA MAXIMO EPISCOPO.

Prodit religiosae uotum conscientiae mens laudibus deuota pontificum: adsertio ingenii est, deo obsequentibus mancipare quod loquimur. in quorum praeconiis forte angustus sermo uulget inperitiam, manifestat tamen, si abstineatur, infantiam. quis mendicam narrationem aestimet, quam uota locupletant? saepe in facundiae dotibus pauper inuenitur uena praedicantis,

2 tuam tuae *B* 4 electis *B* presentis *B* laurentii *T* 5 plenum *T*[1] do*tibus *B*, uotibus *T* quot *T*[2] *et Sirm.*, quod *BLPT*[1]*Vb* 6 singula summum *T* 7 relegionis *B* 8 pacientia *LV* semper *om. B* 9 sermona *L*[1] tribuit *B*, tribuet *LPTVb* 10 preuius *B* 12 secula seculorum am̄ *B*

III. Dictio data stephano (stephanio *V*, stefanio *B*) u. s. uicario dicenda maximo episcopo *BLTV*, Incipit epistola symmachi (simmachi *A*) papae laurentio mediolanensis ecclesiae archiep̄o directa: dilectissimo atque carissimo fratri laurentio mediolanensis ecclesiae (aecclaesiae *A*) archiep̄o simmachus ep̄s in dn̄o salutem *inscr. A* (= *cod. Parisinus 9629*) *et R* (= *Vaticanus 630*) *idem qui Opusc. II exhibent;* sacra tertia *inscr. add. Sirm.* 21 facondie *T*[1] predicantis *BLV*

et e diuerso thesaurus cordis inradiat in egestate uerborum. qui uice dei iudicat non desiderat picta colloquia, sed quae infucatus commendat nitor ingenii, quia in his etiam sine amore blanditur eloquentia, in illis splendorem suum ueritas nuda commendat. sine phaleris est omne quod dictat affectio: ad unguem fabricantur illa, quae uolumus non tam speciem recti habere quam similitudinem. ad te, uenerabilis mi antistes Maxime, sermo est, cui in meritorum testimonio uirtus coepit a uocabulo, in quo actus eloquitur qui nomen appellat. prouida parentum tuorum diligentia prius te eligi uoluit quam probari. te olim saecularibus inhaerentem titulis castrensis sudor excoluit et ad ecclesiae gubernacula pars aduersa solidauit, sicut deus loquitur per prophetam: q u i i n m o d i c o f i d e l i s , e t i n m a g n o f i d e l i s e s t. te sacrarum iudex et consilii comitem meruit et laboris. bene uenerandis initiandus altaribus et in laica conuersatione quod sacrum esset elegisti. tu pudicitiae in illa aetate custos inuentus es, in qua et lex obsequitur desideriis. satis enim est pueritiae ambitum, quem licentia fulcit, horreri. Christus milites suos, quos in personam ducis adtollat, inter acies quaerit hostiles. adscitus ecclesiae pontificem actibus inplesti ante tempora dignitatis. non fuit aduena benignitas, quae naturae innixa radicibus de cano flore germen ostendit. temporale est omne quod fingitur, perpetuum quod cum aetate maturescit. non tibi sacerdotium rem doni

13 Luc. 16, 10

1 aegestate *B* 2 iudicat — infucatus con *om. B, add. in mg. m. rec.* 3 ingeni *A* 5 nuda] nulla *ex* nulda *R* faleris *ABLTV*, falleris *PR* 6 non tam] notum *R* 7 mi *scripsi, mihi libri* antestis *B* 8 cui/// *V* in m.] immeritorum *TV*[1] 9 a *om. RT*[1] apellat *T* prouidam *A* 10 elegi *BT*[1] 11 inherentem *BL* castrinsis *B*, castrosis *T*[1] 13 profetam *B* modico] minimo *R* 14 te *ex* tunc *T corr.* sacrum *A* 15 ueneran***dis (ran *et* d *in ras.*) *L*, *om. R* 16 eligisti *B*, exlegisti *A*, et legisti *R* 17 custus *B* es* (t *eras.*) *L* 18 est *L s. l.* quam licentiae *AR* 19 pinsonam dulcis *R* 20 adtolat *A* aecclesiae *A* 23 fringitur *L*[1]

credimus euenisse sed praemii. alios uulgi aura gratia lenocinante commendat: tibi rigida circa culpabiles districtio dedit affectum. manet te singularis sapientia, quae licet generaliter optanda est, tamen existit in magistro necessaria. frustra monitoris personam suscipit qui inpacti non praeualet aestimare pondus officii: uilissimis conparandus est, nisi praecellat scientia, qui est honore praestantior. dedit tibi apicem res iudicii, non fauoris: dignus pontifice amor est quem censura conciliat: deuenustat institutoris genium qui per solam gratiam uult placere. tu his eruditus et formatus caeli beneficiis plus agendo plebem instituis quam loquendo. illa monita discipulorum conscientiam erudierant, quae praebentur exemplo: sine pudore inuitat ad innocentiam qui illam non fuerit ipse sectatus. te inter secreta penetralium quasi testem metuunt qui peccare disponunt: nascentibus culpis metus et reuerentia tua negat effectum. qui inter exordia occurit uitiis, et occasionem lapsus adimit et concupiscentiae purgat auctorem. haec beatitudini tuae quasi strictim pro linguae meae commendatione dedicaui. si precibus tuis uitae successus adriserit, gestorum tuorum plena me relatione consecrabo, ut quae uniuersis nota · sunt mansuris in posterum litteris, quatenus gaudeat aetas secutura, seruentur.

1 euenisse (eu *in ras.*) *V* premii *BLV* alios *T*², alius *ABLT*¹*Vb*, aliis *R* ara *A*, aria *R* 2 commendatur *Pb* circa] cura *T* culpabilis *B* districtio *V in ras.* 3 manet] munit *fort.* ᵗe *B* 7 honorem *L* prestantior *B* 8 pontifici *fort.* censure *R* 9 institutionis *Pb* qui *L s. l.* 10 eruditus] conditus *Sirm.* benificiis *B* plebem *Bb*, populum *rell.* 11 instituis *Sirm.*, institues *libri* munita *LR* conscientia *R* 12 erudierant *ART*² prebentur *B*, probantur *coni. Schottus* 13 non] ñ *B*, *om. T* 15 affectum *RT*¹ 16 exordium *B* lapsum *R* adimet *B* 17 auctore *L*, actorem *T* beatitudine *L* 18 strictim (im *in ras.*) *T*, strictam *L* 20 reuelatione *R* consecrebo *B*¹ nota* *B*, nata *A* 21 quatinus *LRTV* actas *R* 22 seruentur] finit *add. B*

IIII.

DICTIO IN DEDICATIONE MISSA MAXIMO EPISCOPO.

Numquam pauper uena timeatur ingenii, ubi diues est causa dicendi. transit hominem, quotiens caelestibus militat mens nostra culturis, nec in angustum redigitur narrationis exilitas, si opifici suo obsequium referat narraturus. potest enim linguam facundiae dotibus ornare qui contulit et dare uerbis genium quem fatemur dedisse sermonem. nam prophetici dudum maciem iuuit eloquii, dum ad perfectam magistri eloquentiam et fortissimi monitoris tubam imbecilla Moysi erigeretur infantia: qui nullis gradibus, dum peritiam meditatur, effloruit nec per aetatis alicuius scientiam ad messem perfectionis ascendit, qui dum militem infabricato portauit ingenio, officium ducis iussus arripere, quia uerecunde renuit, constanter impleuit. sic nos dedicationis festa celebrantes, inter spiritalis laetitiae bona praestolamur gratiam, dum paremus. absit formido debilis: remoueatur fiducia inaniter concepta per studium. nos de humanae perfectionis schemate nec praesumimus aliquid nec timemus. deinde quis in beati Iohannis prophetae et apostoli ⟨laudem⟩, cuius templum hoc sanctificauit ingressus, uel muta dubitet ora laxari? cuius senior gratia quam natura, dum ante lucis ingressum pii uatis implesset officium, limen uitae huius uirtute signauit. nam uno eodemque tempore et matrem fecunditate nobilem fecit et inofficiosa genitoris labia in loquelam pristinam usu remeante commouit. nemo Iohannem nominans post exempli praecedentis miracula pristinam linguae habiturum

IIII. Sacra quarta *inscr. add. Sirm.* 5 redigetur *B* 7 facondie *T* 8 pfphetici *L* dudũ* (m *eras.*) *T* aciem *B* 9 iubet *B* 10 eregeretur *B* 11 nullius *T*¹ 12 aetates *B* scientię *B* 13 dum *scripsi*, diu *libri* 14 sarripere *L* uerecundię *L* rennuit *B* implebit *B* 15 caelebrantes *B* spiritales *L* 16 praestulamur *B* 17 inanita *L* per *L* 18 scemate *B* 19 et apostoli *Bb*, *om. LTV* 20 laudem *add.*, *om. libri* 22 officium *om. L* 23 significauit *L* feconditate *T* 26 praecidentis *B*¹

se suspicetur inperitiam. post sacratissimum Zachariam, cuius faucibus eliminata per istud uocabulum remeauit humanitas, ab uniuersis iure creditur Iohannes apostolus clauis esse uerborum. in huius comitatu Antoninus, uetusti heroa saeculi, et beatissimi Cassiani iuncta claritudo faciunt de aede sacramentum, de terrena habitatione caeleste collegium, de manu factis quod nulla possit senectute uiolari. occasum enim deo oblata non sentiunt nec ad uetustatem tremulam pietate fulta mittuntur: stat soliditas machinae, quam Christus ingreditur, et originariae oblita fragilitatis adipiscitur de possessore uirtutem. tecta uilia de consecrantis nobilitate decorantur, dum rei caducae pretium tribuitur habere de domino. tu autem, frater sanctissime, huius oblator aedificii, de mercedis retributione gratulare. nescit spes titubare, cui bonae fructus promittitur actionis: ab exercitio descendit retributionum fiducia nec ullo nutat incerto qui laudanda meditatur.

V.

DICTIO INCIPIENTIS EPISCOPI.

Par quidem discipulis incipiens magister est et inter exordia doctor nulla est ab auditoribus sorte sublimior: expertis honor debetur ingeniis: uix mediocrem cultum exigunt non probati. illa sunt uera praeconia, quae longus sudor elicuit: blandimentum est, non iudicium, quotiens laborem gloria ingesta praecesserit. inter maculas numeret quoscumque triumphos

1 post s. Zachariam *om.* *L* sanctissimum *fort.* 3 iohannis *B* est *L* 4 heroȧ|a *B*, heroas *T*, heros *b* 6 colligium *B*[1] 8 pietatē *L* 9 xp̃///c *B* 16 nitat *T*[1] meditatur] in nomine patris et filii et sp̃s sc̃i finit dictio de dedicatione *add.* *B*

V. Dictio *LTV*, In nomine patris et filii et sp̃s sc̃i dictio *B*; sacra quinta *inscr. add. Sirm.* 22 preconia *B* 24 numerit *B* triumphus *B*

ante discussionem campi miles adquiret. qui properatis subeunt Olympiaca bella uestigiis, numquid eis ante consummationem certaminis suppetit spes coronae dicente apostolo: non coronatur, nisi qui legitime certauerit? ecce nec illos decet ante meritum praedicatio, a quibus iuste poscitur post laborem. nostra e diuerso prolixo distat calle condicio, quibus tantum decerpitur de fruge innocentiae, quantum adcesserit de labore. nam sicut positi in tirociniis aestimamus, plenum necessitatis et periculi iter est, in quo et sectanda est uita laudabilis et fit probris uberrima, si desideret ab humanitate laudari. actio nostra si de bonis suis fuerit elata, sordescet protestantibus diuinis eloquiis: qui uos laudant, seducunt uos, et subuertunt semitas pedum uestrorum. splendorem pontificis res, non lingua testetur: plus lucet claritas huius officii ueritatis indicio quam loquelae. ecce cernitis quam tuta sit causa subiecti et quantis discriminibus sociata praepositi. munia mea plus poteritis fulcire gemitibus quam clamore. nemo quod auribus lenocinatur credat eximium: sermo noster, nisi animae medetur, abiectus est. illum praeferte, qui spiritali falce sentibus purgat interna. tunc pretiosum pastoris diadema est, quando suasioni eius grex ecclesiasticus, dum ad probitatem graditur, non repugnat. ille sine fuco monitorem et feriato ore diligit qui eius instituta sectatur. additur quod inperitia nostra iustam sustinet de ipsa nouitate formidinem, qui nuper de ouilibus ad custodiam praeparati adsuescimus de uniuersorum fieri necessitate suspecti, et cui uix fuit pro se fida cautio suscipit officium cuncta metuentis.

3 II Tim. 2, 5 13 Es. 3, 12

1 adquiret (it *s. l. m. rec.*) *B* 2 olimpiaca *LTV* consumationem *B* 5 decit *B*[1] 6 diuersu *B*[1] 7 tantum *exp. L* decerpitur — quantum *om. L* adcesserit (d *in* c *corr. m. 1*) *B* 8 labore *B*, fauore *LTV* tyrociniis *LV*, trociniis *B* 9 inter *B* 10 desiderit *B*[1], desederet *L*[1] *ut uidetur* humanitate *B* 11 sordescet (it *s. l. m. rec.*) *B* 14 lucet] ducit *B* 15 cernetis *B* 16 tuta] tua *L* 17 gemitibus (b *corr.*) *B* 19 meditur *B* 20 praetiosum *B* 23 diliget *B* 25 ad *om. B* 27 suscepit *LTV*

scimus quantum erit humilior famulantibus qui ad religiosum uocatur imperium. necesse est ut etiam extremae condicionis personis obtemperet cui inminet sic iubere. ait enim doctor gentium: omnibus omnia factus sum, ut omnes adquirerem. modo diuinitatis operatio adsit muneri suo et quem dignum apice tanto non inuenit efficiat.

PRECATIO MISSARVM.

Dignum et iustum est. uere dignum est, ut inter exordia dignitatis tibi, principiorum domino, supplicemus, qui mundi ipsius in nouam lucem prodeuntis infantiam quanto bonorum tuorum secreto orditus es, tanta potentiae uirtute solidasti. stabat in admiratione sui tenera orbis inchoatio et paene decoris proprii concussa stupore titubabat, ante agnitionem ordinis solam sortita de auctore substantiam, requirens quo esset rotanda lux adtributa moderamine, qualem finem diei tempus exciperet, si per adsiduos semper renasceretur occasus, si nox mundum fuscis ambitura complexibus quasi rem originariam perenniter non teneret. in hoc ambiguo, ut certis famularentur per longum confusa temporibus, dei nostri extitit lex uoluntas. omnis dispensatio statutis praefixa limitibus tantum potuit, quantum praestitit qui creauit. sic nos, pie opifex, inter sacerdotalis tituli auspicia sole couersationis inradia: per sudum de meritis nostris fulgeat dies officii: nulla subreptione, nullis diaboli blandimentis pereat quod uocamur: non liceat admisisse quod non decet: recti studium te im-

4 I Cor. 9, 22

2 conditionis *BLT* 3 inmenit *B* 7 praecatio *B*, prefatio *T* 8 uere dignum est *om. TV* 9 domine *fort.* supplicem× *V*, supplicemur *T*[1], supplicemus (us *in ras.*) *L* 12 itenera *B*[1] *ut uidetur* incoatio (h *suprascr.*) *B* pene *libri* decoris *Bb*, de corporis *LTV* (is *ex* es *V m. 1 corr.*) 14 *ordinis *L* actore *T* 15 quale *B* 16 exciperit *B* adsiduus *B* renascerentur *T*[1] 17 fucis *T*[1] 19 dī* (ı *in ras.*) *L* 20 omnes *B* 21 qui *Bb*, ei qui *LTV*; *cf. Wiener Studien II p. 242* piae *B* 22 pontifex *T* sola *L* conuersionis *T* 25 amisisse *T*, admisse *L* te inperante *B*, tẽperante *L*

perante transeat in naturam: adsit muniis nostris aequalis operatio: conposita seruitute beatum crescat imperium nec subiaceat moribus qui praeminet dignitate. per dominum nostrum Iesum Christum.

ORATIO ANTE MISSAM.

Conlator bonorum deus, cui effectus in uoto est, qui de medio populi Moysen in prophetae persona dedicasti. nam dum queritur de inbecillitate, te auctore conualuit: sumpsit meritum pontificis, dum iustus sui arbiter se uociferatur nil mereri, cui apicem actione sublimem conciliauit humilitas. da parem nostris exordiis gratiam, quia propensiorem deberi actibus declaramus offensam. non sunt inusitata quae poscimus: benignitas tua testimonio tenetur exempli. eo circa nos eris bonorum largitione clementior, quo substantia nostra facta est de peccati fasce procliuior. da, bone imperator, dignam tua electione uirtutem, quia sub pio principe nulla militem decolorat abiectio. per dominum nostrum Iesum Christum.

VI.

DICTIO [DE HAERETICIS ET SYNODO].

Pro ratione soluendum est quod pro ratione tacuimus: nam ut pateat et linguae nostrae officia et silentium ordinatis seruisse temporibus, fide hortante in officium sermonis erumpimus. idem enim est superuacue loqui quod necessarie non locutum

1 maturam *B* aequales *B* 3 dignitatem *L* 4 christum dominum *T* Iesum Christum *om.* *LTV*; finit *add.* *B* 6 conlator honorum (h *superscr.*) *B* 7 medio] meo *L* moysi *B* 8 inbicilitate (e i *superscr.*) *B*, imbecellitate *L*[1] actore *T* 9 uociferat *LTV* 10 actionem (m *in* in *corr.* *uidetur*) *B* sublim̄ *T* pa*rem (t *eras.*) *L* 14 peccatis *L* 16 nulla *om.* *T* 17 nostrum Iesum Christum *om.* *LTV*; finit *add.* *B*

VI. De haereticis et synodo. Sacra sexta *inscr.* *Sirm.*, *om.* *libri* 21 lingue *B* 22 ortante *B* 23 superuacua eloqui *B* necessariae *BLV*

dicente apostolo: uae enim mihi est, nisi euangelizauero, et alibi: tempus tacendi. nos praecipue, quos praelati ceteris hortatur pondus obsequii, decet aut bona facientes eleuare aut mala conprimere. et quidem uos docere non aliud est quam stimulos admouisse currentibus: nam quod ex proposito facitis, superbi sumus, si nostris debendum credimus institutis. sed qui bona studia probat amplificat. stat apud conscientias uestras, quanta Nestorius et Eutyches, gemina diabolicae informationis ostenta, diu castam ecclesiarum orientalium disciplinam perfidiae fornicatione corruperint, qui iuxta sententiam apostoli dilectionem ueritatis non receperunt, ut salui fierent, et ideo misit illis deus operationem erroris, ut crederent mendacio, dum per subripientem scandali occasionem Christi milites ille contentionum campus examinat, sicut scriptum est: oportet esse certamina, ut probati manifesti fiant. apud quem Chalcedonensis non uiuit commemoratio ueneranda concilii, in quo Dioscorus cum sectatoribus suis stilo piae districtionis addictus est et sanctae memoriae Flauiani adoranda monumenta exultans Constantinopolitana ciuitas recepit, cuius iam pridem firmauerant caelestia decreta sententiam? ubi gentium Timotheus ignoratur, qui propter suspiciendae recordationis Proteri caedem fieri plus quam parricida non horruit? nam sacri persecutione pontificis et genera criminum uicit et nomina. scitur Petrus et Cyrus et Timotheus, qui dum iacenti manum Dioscoro porrigunt, conruerunt: hi de praecessore suo

1 I Cor. 9, 16 2 Eccles. 3, 7 11 II Thess. 2, 10 15 I Cor. 11, 19

1 enim apostolo .uae (ue *T*) *LTVb* nisi *B*, si non *LTVb* 2 praecipuae *B*, precipue *V* 5 adnouisse *B* currentibus] calcaribus *Pb* 6 preposito facetes *B* 8 nestorus *L* euthices *LPTV*, euthicis *B* 13 mendatio *B* 14 subrepentem *expectes* cristi *B* 17 calcidonensis *libri* uiuet *B* 18 pie *L* 22 timoteus *B* suscipiendae *LTVb*, suscipiende *BP*; *em. nescio quis* 23 Proterii *Sirm.* cedem *LPTV* paricida *B*, patricida *b* 24 et *om. T* uicet *B* 26 dioscorus *B* precessore *B*

et studiorum heredidatem adepti sunt et ruinae. proinde, fratres, manentem in supernis patrum et adhaerentem beato Petro tenete sententiam, quia nos mundae ecclesiae et non habentis maculam optamus unitatem. patienter ferre non possumus uana in Christum nostrum et blasphema ructantes: scimus, quia qui in putribus membris non utitur ferri medicina serpentibus morbis praestat obsequia: nam nisi secentur tabefacta, contaminant. pacifica est cum his, qui rectum nituntur inpugnare, congressio. quis a bellis talibus timoris reuocetur obstaculo, de quibus uitali possit morte gaudere? quibus mundi huius potestatibus, uel si minentur, adquiescendum credimus, quando aliud imperat qui regna moderatur, dicente apostolo: non sunt condignae passiones huius mundi ad superuenturam gloriam, quae reuelabitur in nobis? fluxa ecclesiasticorum corda aut turbant quae in praesenti uita sunt aut delectant: quibus Acacius, qui diro diaboli a sententia sua motus imperio, erubuit diu propugnatorem se fuisse ueritatis et clari deserens ornamenta certaminis triumphum suum, quem sub Basilisco pio sudore meruerat, debellauit: qui solis praemiis suis paene tempore adeptionis inuidit, spem bonorum fructuum perfidiae falce succidens. grauius enim est degustata bona quam intacta calcasse: nihil defensionis superest homini post dulcem iustitiae saporem ad mortifera schismatum uenena redeunti. de his quae praefati sumus natum est, quod in Constantinopolitana nuper ecclesia fertur admissum. unde patimur

4 cf. Ephes. 5, 27 12 Rom. 8, 18

1 studorum (i *superscr.*) *B* 2 adherentem *BL* pcbeato *L* 3 tenet (e *superscr.*) *L* non (*alt.* n *in ras.*) *L* 4 sufferre *Pb* 5 cristum *B* blasphemia *L*, blasfema *B* quia (qui *superscr.*) *B* 6 uritur *L*[1] *ut uidetur* 7 prestat *B* secintur *B* 8 rectam *BV*[1] 10 de quibus *Bb*, deque *LPTV* mortae *B* 11 potestibus (ta *superscr.*) *B*, potentatibus *Pb*, potentibus *Sirm.* 13 passionis *B* superuenturum *L*[1] 14 fluxa —diro *om.* *B*[1] *add. corr. in mg.* 16 dilectant *B* Acacius *b*, accachius *B*, acachius *LV*, achatius *T*; subiacuit Acacius *fort.* dira *V*[1] 18 triumfum *B* 19 (b *superscr.*) asilisco *B* sudorem *B* solis] solidis *fort.* 20 premiis *B* pene *libri* inuidit *scripsi*, inuidet *libri* 21 fructum *B*, fruct•ū *L* perfidie (di *in ras.*) *L* 23 scismatum *BLPTV* 25 inde *Sirm.*

sine uocis usura tristitiam: qui enim oblatis remediis non oboediunt, merito nihil consolationis tempore quo premuntur habuerunt.

VII.

DICTIO IN DEDICATIONE AVDITORII QVANDO AD FORVM TRANSLATIO FACTA EST.

Vt campus militem, mare nauitas, fora causidicum, sollicitant incerta raptorem: ita linguas auditoria exercent. nam quae, malum, ratio suadebit silentium in loco, in quo sunt praemia constituta uerborum? ubi orationis palma, si hic gratia taciturnitati? bene soluuntur sudoris pretia, ubi sunt templa uictoriae: bene effugatur seruitus inter atria libertatis. uincta hic ora teneat mens captiua: non agnoscit forum Romani populi, non liberalis eruditionis gymnasium qui adhuc quasi in secessibus conticescit. sint muta forte diuersoria: hic nihil est tam familiare quam pompa dicendi. Fescenninos sales hymenaeis dare genium consuetae professionis plausus hortatur: eriguntur lituis bellatores: uirtute debiles grauis bucinarum cantus adtollit: data sunt uniuersis amica incitamenta propositis. quid ego faciam, doctorum optime, te loquente? si infabricata uerba intra uerecundum penetrale contineam, instituti me esse similis non agnoscas. amicitiarum religionem in gratia

1 susura *B* non *B s. l.* 2 obediunt *BT* qđ (quo *s. l.*) *B*

VII. Dictio] Item (*om. T*) dictio (dictio *om. TV*) cuius supra *BLTV* (*praecedit Carm. I 6*) facta est] Scholastica prima *add. Sirm.* 7 causedicum *V*, causaedicum *L* 8 auditoria linguas *LTV* excercent *B* nam quae *Schottus et Sirm.*, namq; *libri* 10 proemia *B* g̃|gr̃a *T* 11 taciturnitatis *Sirm.* s∗udoris *T* 12 uinta (c *s. l.*) *B* 13 ora (o *in ras.*) *B* 14 gemnasium *B*, gĩ∗nasium *T* quainecessibus *L* 15 conticiscit *B* 16 fiscinninos *B*, fescinninos *LTV* 17 emineis *BLP*[1]*TV*, ymineis *P*[2], *em. Schottus et Sirm.* 18 bellatore *B* uirtutis *B* buccinarum *T*

parcus offendam, si nec translationis festa nec debitae tibi laudis munus exoluero. salue ergo, nutritor profectuum, fax et splendor ingenuitatis, qui nobilia germina laboriosis purgando sarculis in fructibus facis agnosci, qui in cano flore nouellae posteritatis, quantum horreis paretur, ostendis, qui de ferarum cubilibus et bubonum habitaculis ad fora nos reuocas, unde maiores paene iam longa aetate discesserant. non enim patent eruditis loca ista, quibus scientiam non primoribus labris ipsa contulerint. cuius enim tuba cognoscatur eloquii, nisi cuius puerilia innotuerint rudimenta sermonum? tibi ergo debentur haec beneficia, quod citaturus reum causidicus inter atria iam probata dictionem metuendus incipiet. tibi spes unica honestae professionis adscribenda, quod nobilitas decursis breui temporibus liberali sudore placitura est. sed quo me ignarum uirium tui rapit affectio, narrationis pelagus non pendentem? sufficit in loci amici et diei celebritate uota testatum. ad uos reuertor, quibus paterna conuentus affectione uocem debeo commonentis. reddite uos studendo origini, reddite natalibus lectione: naturae lucem iubar dictionis ostendat: multiplicate suffectu scientiae parentum titulos: ornate eruditione decora maiorum. fului nobilitatem metalli nisi ad unguem manus ducat artificis, maternis paene hebetatur tenebris et, si non magistra politione uenustetur, nihil ei prodest sublimitas, quam uena concesserit. adiuuatur quidem doctoris instantia dotibus sanguinis mundioris, sed nisi limata non rutilant illa quae se erigunt praerogatiua nascendi. incrementum rusticum matris

1 ne *L* 2 laudes *B*[1] 3 purgandi *B*[1] 4 surculis *V*[1] 5 patetur *B*, paratur *Pb* 6 fora nos] forenses *coni. Schottus* 7 maioris poene *B* putant eruditus *B* 8 labr*is *T* 9 cognoscitur *b* 11 benificia *B* causedicus *LPT*[1]*V* 12 dictione *T* 13 ad scribendum *B* 14 liberari *L* sed] sub *B* 15 expendentem *fort. ut alibi e. g. p. 445, 13; an* pauentem ? 16 uotat| *B* 17 cumuentus *L* 19 lectionem *T* 20 suffectu *B*, suffectui *LTV* 21 fuui *L* 22 poene *B*, pene *LTV* hebitatur *B* 24 adiuuator *B* 25 sed] et *B* 26 incrementum] iumentum *coni. Schottus*

mammas inter sulcos euacuat et per pascua pecus agere, dum ab uberibus pendet, adsuescit: patris brachiis, dum iuuencos fatigat, adiungitur: prensat dexteram grandia terris semina committentem et sudorem originis suae in ipso lucis limine meditatur. quid uos faciatis, quos liberalibus pepererunt matres optimae disciplinis? peregrinandum uobis est a germine ditiori, nisi uos nobiles instituta monstrauerint. habetis praeuium eloquentiae morumque doctorem: currite prosapiae stimulis incitati et, cum uos ad agonem praemia promissa perduxerint, mei meminisse dignamini, quia sunt quae a uobis post caelestem retributionem suffragia hortator accipiat. haec sunt, nostris quae uos licuit uocibus admoneri. uos diligentiam pectoris mei expendite consideratione uerborum: non phaleratus sermo, non inlecebrosa tantum et depicta fucis narratio delectet: quaerite apud me non blanda sed necessaria, non deliciosa sed fortia. numquid iuuat pompam texere praecepta daturum? qui probari non magis sensibus quam sermone disponit affectum monitoris euacuat. ponderibus ornetur dictio castigantis: lancem in exhortatione teneat qui gestit audiri. institutor uirtutis plausus excludat: bene morata oratio imperat quod suadet. haec si explicare nequeo facultate dicendi, amare tamen didici consideratione propositi et electione consilii. pars quaedam probitatis est, etsi implere nequeas, nosse meliora. sequitur examinatam intentionem effectus operis: proximus magistro est qui diligit ornamenta doctrinae. deus tamen uoti se comitem iungat et quod nouellis praeceptor commendo cespitibus in pomis tamquam de hereditaria possessione decerpam.

11 cf. Verg. Aen. III 461

2 pendet *T*, pendit *BLPVb* iuuencus *B* 3 praensat *B* 4 lumine *P*¹*Tb* 6 est uobis *LTV* ditiore *T* 7 uos *ex* uobis *T corr.* praeuium] praetium *B* 10 dignemini *Pb* 12 quae uos uestris *Pb*; *cf. Vergil. Aen. III 461* haec sunt quae nostra liceat te uoce moneri 13 faleratus *BLTV* 15 ˆpud *L*, a^pud *V* 16 daturum (a *ex* u *corr.*) *B* qui] quia *T in ras.*, qui si *Pb* 17 non magis probari *Pb* 18 laucem *B* 19 exortatione *LPTV* 20 suadit *B* 21 di***dici *L* 22 lectione *LTVb* 23 etsi] si *Sirm.* 24 magistros *B* 25 sec *B*¹ 26 et] etiam *T*

VIII.

PRAEFATIO DICTA LVPICINO QVANDO IN AVDITORIO TRADITVS EST DEVTERIO V. S.

Quotiens amomi flosculus aut messis casiae per depraedationem lasciui pollicis radice uiduantur et ad dotem manuum humanarum nobile germen adiungitur, meritum cespitis odore significat et naturae genium prima uisione testatur. occultari se non patitur fetura sublimis: decus clari sanguinis non tenetur abscondito: uox mundae originis licet in recessibus semper auditur. sed quamuis ita se res habeant, humanitatis interest non tacere quod gestias: parum suscipit oneris qui quod scit dignum esse amore conmendat: feritatis maculam non euitat qui non festinat adserere quod meritis nouit esse placiturum. diem laudare quis abnuat? adtollere solis radios quis metuat qualibet nocte sermonum? si themati obsequium praestat oratio, ab ipso suscipit dignitatem. proprii ergo macie non turberis ingenii, quando eloquii uilitas pretio susceptae dictionis eleuatur: erigere, mens, fasce depressa inperitiae: dextera, inpacti oneris subleuaris. sed cur longis inuoluimur? praesenti adulescentulo militat praefata narratio, quem rediturum ad proauos non denuntiatione augurum, sed post deum fultus spe mihi uestrae perfectionis spondeo: nec

VIII. praefacio *TV* dica *BV*¹ quando—Deuterio V. S. *om. LTV* Deuterio V. S. *Sirm.*, deutericium *Bb*; scholastica secunda *add. Sirm.* 4 floscolus (*pr.* o *ex* u? *corr.*) *B* cassiae *Tb* depraecationem *B*¹ 5 laciui *T* pollecis *B* radice *om. Sirm.* 6 cispetis *B*¹ 7 nuturae *B*¹ 8 fu̇tura (ae *sup.*) *B*, fetura (e *in ras.*) *L* 11 suscipit (*pr.* i *corr.*) *B* 12 maculam (*alt.* a *corr. in ras.*) *B* 14 radius *B* 16 prestat *BLPV*, prāt *T in ras.* 17 macie *b*, macies *BLPTV* praetio *B* 18 depraessa *B* 19 honeris *T* subleuaṫis (r *sup.*) *T*, subleuare *fort.* 20 presenti *B* adoliscentolo *B* 21 redditurum *B* proabus *B*, proauos *ex* pbus *V m. 1*, proanbịs (n *ex* m *corr.*) *L* 22 spe] ope *fort.* nostrae *T*¹

futurum ambigo, splendori te istum suorum posse reddere, quem aliis contulisti: potest enim facile ueterum decora suscitare cui fas est noua construere. non credas haec esse solius incitamenta facundiae. tibi uni concessum est claritatem aut dare aut reparare maiorum. stant ante oculos tuos non annosa pueri monumenta sed recentia. peritiam tuam Firminus et Licerius, aetatis suae sidera, hac uoce conueniunt.

"Suscipe, doctissime hominum, utriusque plantam familiae et culmum, in quo grauidas aristas parias, secundus adtende. scalpe sarculis uberem terram, quae si nostri est germinis fibula, feret tuis profecto laboribus responsura. doce udo libro adolescere maritata plantaria: nouelli dentibus uirgulti fructum surculi melioris adcommoda: ueniat pomorum successus, dum ore tenero sublimior ab illo te docente planta mordetur, quia, nisi edomitam terram terque et quater agricolae ligonibus scripserint, triticeam messem paliurus superabit et lolium. munus Palladium et cana uemora bacis plurimis cultura locupletat. India multo sudore quo se iactat hebenum nutrit. Sabaei uirga cespitis manu cessante non proficit. industria fecit, quod Paestaneis rosas dumeta pepererunt, quas de spinis ceu terrae sidera labor exigit. felix est operantis instantia, quotiens glebis uberibus manus adhibetur. tunc fessa brachia suco effusae ualitudinis intumescunt, quando integrum fenus ruri-

1 splendori *B*, splendor *LPTVb*, splendorem *Sirm.*; *an* splendorem ei? isti *Sirm.* 3 esse haec *T* sulius *B*[1] 4 facondiae *B* tibi//// *L* 5 oculus tuus *B* non] an *T* 7 glicerius *B* 9 culmium *T* arestas *B* pa•rias (t *eras.*) *V* secondus *B* 10 sarcolis *B*, sacculis *T* feret *scripsi*, fit *BLPTV*, sit *b* 11 doce udo (u *in* n *corr.*) *T*, docendo *b* adoliscere (o *ex* u *corr.*) *B* 12 dentibus uirgulti *T* sorculi *B* 13 acomoda *V*[1] suscessus *L*[1] 15 e[t] *L* scribserent *B* 16 paleurus *B* munus (*alt.* u *corr.*) *B* 17 paladium *T*[1] ca[na] *B* locopletat *B* 18 haebenum *BLV* sabei *LPTV*, sauei *B* 19 cispetis *B*[1] munu (*alt.* u *in ras. corr.*) *B* profecit *B*[1] 20 paestaneis *b*, bestaneis *BLPTV* pepe[re]runt *B*, pereperunt *T* seu *Pb* 22 manos *B* adhebetur *B* succo *T* 23 effuse *B* intomiscunt *B* faenus *V* rurecolis *B*

colis arua dissoluunt: nascitur exercitii desiderium de fertilitate telluris: uomeribus agendum est, ut per palmites exuberet dos autumni. numquam spumantia labris musta meruit, nisi qui uitium luxuriem curua falce resecauit et in diuersis cultibus plus, quam uini acciperet, liquoris effudit. talis est natura mortalium: rite conparantur arbustis rudimenta paruulorum, quos postquam parentum sollicitudo a matris radice decerpsit, prouidendum est cui solo iuxta uota conmendet. post deliberationem doctoribus iura nostra transcribimus. tunc fiunt institutione uestri quos nobis natura concesserit: tunc incipit sibi tantum studiorum lima uindicare, quantum origo uix praeualet. paene enim non iniurium est, uinci prosapiem conlatione doctrinae, quia patris officium habet luxuriam comitem, praeceptoris sollicitudinem: genitor fit deliciis, institutor laboribus: libertatem origo tribuit, dignum libertate monitor facit. ergo magis uestrum est quod laudatur in homine: nemo enim, si desit testimonium facundiae, poterit praedicare quod nascimur. splendorem familiae prodit lingua, quam tribuitis: fit praeco generis magistri beneficium: inerudita nobilitas caeleste munus abiurat. adstringe ergo artioribus uinculis per aetatem erratici palmitis lapsus: sine subole ramos ferro castiga: nouellum cespitem fotu, quo cuncta fructificare soles, adtolle. habet adulescens noster, quoscumque de suis respe-

1 arua] arut *B* nascetur *B* exercitia V^1 3 automni *B* 4 luxuriaem *B* 5 licoris BV^1 6 arbustis T^2 *et Sirm.*, arbutis $BLPT^1Vb$ rudimeta *T* 7 dicerpsit *T*, dicer^{p}serit *B* 8 iusta *T* conmendit *B* delibationem *T* 9 transcribimus *V*, transcribemus *B* 10 incepit B^1 11 uindicare *T* preualet *LTV* 12 penae *BLV* 13 habit B^1 luxuriem *Sirm.* 15 munitor V^1 16 homine T^2b, hominem $BLPT^1V$ 17 testimoniom V^1 18 nascemur *B* tribuitis T^2b, tribuetis $BLPT^1V$ 19 preco *TV* 20 a*stringe (d *eras.*) *L*, astringite *b* artiorebus B^1 uincolis B^1 21 palmites *B* labsus *B* sobole *LTV* ramus *B* 22 nobellum *B* cispitem *B* iuncta T^1 solis *B* 23 adolescens *BT* quoscumque *scripsi*, quodcumque *libri* respexerit de suis *TV*

xerit, quos sequatur: nobis crede, actus tot stimulis peruolat, quodlibet scientiae fuerit aequor ingressus: fodietur prosapiae suae calcaribus: per tot ordines nihil nisi quod ad litteras inuitat inueniet. stat ecce ante te paruulus noster felicibus initiandus auspiciis et sicut iusti hostia deuotionem sacerdotis expostulat: paternam conuenit ore pietatem, ut qualibet oratione constitutam in uitae limine commendet infantiam, quam de parentibus non sermone exigit, sed quid desideret horror ostendit: cogimur subuenire in necessitate paruuli, quam formido manifestat. sponde tuis, adulescentule, digna primordiis: spem solidam de tua perfectione concipimus: bonum ingenium doctori optimo mancipamus. sacri iam rudimenta uenerare collegii: ad Latiaris curiae proficiunt sidera, quos uides scintillis modicis futurum lumen ostendere. haec ad uos dixisse sufficiat: mihi remanet stricta insinuatio. propinquum ad te consanguineus, orbum parentibus religiosus exhibui. quae res mihi affectum pueri faciant, iam tenetis. si necessitudo respicitur, liber ab amore esse non possum: si pietas amica proposito, nostri fiunt filii qui parentum suorum praesidio denudantur. unum ergo uinculum uenit a prosapie: alio nos astringit officium. respice, uenerabilis magister, tot pro isto supplices manus et in spe paruuli maiores eius me teque considera. genus est singulare laudis in doctoribus discipuli eruditio. Achillis lingua Chiron innotuit: fecit sequacis meritum opinionem illius plus amari, cuius per se forte facundia in lucem non potuisset exire. Maro

1 quod *b* sequatur *ex* signatur *T corr.* 3 calcarebus *B*¹ ordenis *B*¹ 4 paruolus *B* enitiandus *BV* 7 limene *B*¹ comendet *T* 8 desiderit *B* horror *scripsi*, error *libri* 9 manefestat *B* 10 adoliscentolae *B* 12 uenerari *T*¹ colligii *B* 13 scentillis *B* modicis scintillis *T* 14 hoc *Pb* ad uos *PTb*, auos *LV*, auus *B* 15 propincum *BV*, principium *L* sanguineos *B* 16 orbem *LTV* exibui *T* qua˙ *L* 17 pueri *T in ras.* tenetes *B*¹ 18 p̃posito (˜ *alio atramento*) *V* 19 fili *B* predisio *L* 20 uincolum *B* uen̊t *V*, ueniet *B* prosapiae *B*, prosapia *b* alio nos *B*, alienos *LPVb*, alien *T* constringit *T* 21 uenerabiles *B* et *B s. l.* 22 paruoli *B* maioris *B* singolare *B* 23 doctorebus *B*¹

uester tantis institutores suos commendauit, quantis ipse notus est: et certe illos per merita sua fama non prodidit. Hieronymus noster, nisi praeceptorem suum Gregorium diceret, illo melior censeretur: sed illi adplicanda sunt bona nominati, a quo sumpsisse uidentur originem. in summa, ut dixi, caelum pulsat magistri opinio perfectione discipuli. apud scientem rerum non obicio obliuionem, quia nota commemoro. auara sunt uota diligentum. deum precor, ut studiis uestris gratiam suam comitem iungat, ut quos a me limandos accepisti doctissimos reddas et illorum eruditio uestra quidem gloria, sed meum efficiatur obsequium.

VIIII.

DICTIO. PRAEFATIO QVANDO ARATOR AVDITORIVM INGRESSVS EST.

Notum cunctis bene mortalibus, quod dicendi laborem negotiorum feriae pariant et eliminatis curarum procellis orationum serena plus rutilent. diem suum ingenia nisi occupationum nebulis fuscata non perdunt: sententiarum iubar cura uacuos respicit et expeditus animus declamationum pompam commendat. qui caeca remis temerarius freta proscindit, nudum sollicitudine gubernaculis pectus adcommodat et claui regimen sola qua magistrum nauis conuenit inquisitione perpendit. tunc stuppea in uentos ex uoto frena laxantur: tunc rudentum uinculis diu libera maria uinciuntur et imperiosis undarum cumulis

2 prodedit *B* hieronimus *LPV*, ieronimus *T*, geronimus *B* 4 censeritur *B* 5 summa *b*, summam *BLPTV* 6 discipulo *T*[1] aput *B* 8 diligentium *LPb* 9 limandus accipisti *B*
VIIII. *Hanc dictionem primus ed. Sirm., inscr. add.* Scholastica tertia. 16 ferie *BT*[2], fere *T*[1] elimentis *B*, elimentis *LV*, elementis *T* 17 occopationum *B* 18 uacuus *B* 19 pompa *B* 20 ceca *B* poscendit *B* 21 claui] clam *T* 23 stupea *T*[1] uentus *BT*[1] fraena *B* uoto frena *T in ras. m. 2* rudentium *T* 24 inperiosis *B* comolis *B*

homo dominaturus ingreditur, uiarum incerta astris recludentibus agniturus. tunc Bosphorum Pleiadas Cynosuram et quicquid iter monstrat inspiciens, ad caeli ductum callis hominis ordinatur, si tamen mens nullo extraneae occupationis mordeatur ambiguo nec peregrinantem notitiam magister inertiae maeror adfligat. quod si aut pigro torpore hebetatus animus dormiat aut diuersis excitatus stimulis per deuia distrahatur, nescit ad propositum suum totus occurrere, cuius membra prudentiae lanista animarum cura discerpit. inefficax semper est et a molis suae ualitudine dissociatus ostenditur qui non potest quantus est una tractatuum forma monstrare. est tamen boni doctoris expendere originem serpentis riuuli, qui scalpente ad ipsum terram ungue perducitur, quid sit eius in unum collectus alueus, quid sit ubi nascitur existimare, et uires fluminis non de his, quae accepit, sed de illis, quae potuit accepisse, colligere. quorsum, uenerabilis magister, libertatis index, boni testimonium sanguinis, ingeniorum lima, fabricator sensuum, haec uerba praemiserim, si requiras: me me locutus sum, fateor, me digessi, quem inter inscitiae dormientis infantiam occupationes uariae et tristitia fortis inperitiae mater obpressit, cui non datur duris soluere colla laboribus, ut studiorum lupatis ora decorentur. meus sermo quod scaber est et nullo splendescens dictionis adtritu, intellegentiae est et exercitii quod dedisco. te inter palaestra tua originaria linguae palma sollicitat: te inter ciues, mei inmemor, superba Delus

2 bosforum *B*, bosforon *LTV* quinusuram *B* 3 celi *B* 4 extranea *B* mordeator *B* 6 meror *libri* pegro *B*[1] 7 diuersus *LV* stimulis excitatus *TV* 10 dissotiatos *B* 11 potest *T s. l.* quantus *ex* quamuis *T corr.* 12 origine *L*, originenem *V* 13 ipsam *T* unguae *B* 14 collictus *B*[1] nascetur *B* extimare *B*, aestimare *Sirm.* 15 illis] his *T* 16 quursum *V*[1], cursum *B* 17 indix *B* lima (i *in ras. 1—2 litt.*) *L* 18 me *om. T* 19 degessi *B* insitie *T* infantiam* *B* 20 occupationes *T*[2], occupationis *BLT*[1]*V* 21 colla* (e? *eras.*) *V* 22 ura *B*[1] 23 est] defectus est *fort.* 24 didisco *B*, *om. T* te *om. T* palestra *LTV*, palistra *B*

adnumerat. tu Castalii gurgitis lautus possessor incedis: at ego uix arentibus labiis stillantem guttam marcidi liquoris infundo. te sudore continuo nulla diuersitate interpellante utpote colonum suum doctrinae messis amplificat: at mihi uix de magnorum horreis pauper faseli esca porrigitur. tu in sustentationem ruiturae libertatis felix dextera subrogaris: me ecclesiae angulus etiam bona metuentem saeculi praesentis includit. quid, rogo, uisum est dudum insignia eloquentiae tuae in me tam longe positum oculos destinare? fuerunt magis alii, quos dictionis tuae ornamenta conponerent, quibus uerborum phalerae per Latiares elegantias adquisitae uicturum et apud posteros nomen offerrent. me tacito teneri tantum conuenit affectu dictis inparem et officiis sequestratum. quid erigeres animos quos alter iam sibi uitae ordo subdiderat? quid ad te reuocares per longa itinerum interualla distantem hominem, apud quem sicut nefas est non meruisse laudari, ita crimen fuisse laudatum? tua sunt, tua, ne dubita, aut eorum, si tamen inueniri potuerunt qui secuntur. ad adulescentulum tamen, quem praesentis diei auditoriis tuis auspicia dedicarunt, cum quo mihi parili infantia conuenit, si uenia me donatis, uerba conuerto. cuius primordia quamuis infabricato sermone conmendem, imperiis amoris excusor. sub iugum mittimur dilectionis necessitate constricti et, dum caris prospicimus, quid nos deceat non uidemus. hunc licet paterna debuisset oratio prosequi, non est tamen a patre aliena quam porrigo. debuit

1 incedes *B* ad (t s. l.) *B*, et *L* 2 licoris *B* 3 aduersitate *fort.* 4 amplificat (c *exp. m. 1*) *V* ad *B* 5 fasili *B* tu (in s. l.) *L* in—bona me *T in ras. corr.* 6 me *om.* *T* 7 angolus *B*, angulo T^1 8 insigni aeloquentiae *B*, insigniae loquentiae V^1, insign(ia) eloquentie (ia *s. l. m. 2*) *T* 9 meam *B* oculus B^1 distinare *B* 11 falerae *LTV*, fallerae *B* pre *L* latiares (i s. l.) *T*, latiaris *BLV* 13 erigeres *scripsi*, erigeris LT^1V, eregeris *B*, erigis T^2 14 quos] quod *B* subdederat *B* 15 reuocares *scripsi*, reuocaris *libri* itenerum *B*, iterum *LTV* 18 potuerint *Sirm.* sequuntur *LV* ad *om.* *B* adoliscentulum *B* 19 presentis *BLTV* auspitia *V* 20 donates *B* 23 quod *L*

tibi macte et mea orationem professio. felix istud nominis apud doctos auspicium: ditandus scientiae frugibus laborem circa studia necessarium promittit et nomine. finde, adulescens egregie, pinguium dorsa terrarum: inprime dentem uomeris nouella adhuc incude formatum: exerce in studiorum solo quicquid optimum conuenit aratorem. si scrutatus penitus fueris latentium secreta camporum, inuenies illic Deuterium, qui ubertate linguarum germina tibi multiplicatis seminibus et sudorem remuneretur inpensum. disce iam nunc uerborum luxuriem artis falce truncare, ut nouellus cespes sub ferri disciplina proficiat. resecetur quicquid infecunda palmitum umbra transmiserit: ad solam uuarum spem uites tuae ramos extendant. talis ad genium tuum redeas necesse est: talis ad uota nostra respicias et, cum te grauidis scientiae culmis ornaueris, tunc te magnum dici conueniet Aratorem. quocirca spes in te praemii nutriat laudis ardorem. legi quia non est fortunae lusus, si quando inter feculentos, quorum ego primus sum, inperitorum greges profecerit litteratus. non metuas pressuram, qua grauantur instructi: plus laudis habet iacens peritia quam culmina rusticantum. erigit doctos conscientia sua, et si quando incertis temporum flatibus opponuntur, sustinent mala, quae saeculis magis sunt adscribenda quam meritis.

1 orationem professio et mea *LTV* 2 doctus *B* auspitium *V* ditandus *B*, ditando *LV et Sirm.*, ditandos *T* frigibus *T*[1] 3 findet *T* adoliscens *B* 4 egregiae *B* inpreme *B* 5 aduc *B* 6 si excrutatus *B* 7 deuterum *L* 8 multiplicastis *B* semenebus *B* 10 luxoriem *B* artes *T*[1] nobellus *B* cispis *B* 11 resecretur *T* 12 uitaes *B*, uitis *LT*[1]*V* 13 extendet *B* talis—redeas *om. B* ingenium *T* 14 grauedis *B* ornaberis *LTV* 15 nonueniet *B* quocirca—ardorem *om. B*[1] *add. corr. in mg.* 16 in te *B*, inter *LTV* premii *B* 17 lussus (ss *ex* ff *corr.*) *T* faeculentos *V*, fetulentos *T*[1] 18 proficeret *B* litteratos *B* 19 praessuram *B* inst// rusti *B* plus *B*, magis *T*, *om. LV* 20 eriget *B* doctus *B*

Prosecutionem meam, quam uere rusticam in Aratoris commendatione contexui, felici tantum dicunt aliqui personae blanditam, cui fauorem de patris potestate conciliet dilectionem mentita necessitas: in cuius laudis ministerio uiuis et praesentibus tantum seruiens, temporalem exhibeat lingua famulatum, quae quotiens in aliquorum praeconio fucatis uerborum imaginibus ludit, fortiori studio conceptum mentis abscondit. nonnumquam enim doctis tribuit stilus profundiorem cogitationum latebram, si dulcibus aures non bene merentum fomentis inlexerit. sed sequestrentur a nostro talia instituta proposito. nos et scire haec conuenit et odisse. cautius enim a prudentibus nota quam inopinata fugiuntur. mihi ad laudationes amicorum nisi amor uerba transmiserit, quae in penetralibus conscientiae caritate magistra dictantur, inter relationum uias sub fasce suscepti operis palpitabo. ergo classico meo, cui proprium sine fraude seruiuit ingenium, indices animi mei dictiones attuli, quia sine adulationis suspicione est inter aequales amicitia personas, et tunc fida diligentum sinceritas adprobatur, quotiens non uenit a potestate quod metuas. mihi classicus non meretur imperiis, quicquid non inponit obsequio. ferunt tamen aliqui, orbo parentibus fideli auspicato gymnasia litterarum personam religiosam debuisse magis uerba praestare. orbum parentibus dixi, cui per felicia naturae damna communis pater et episcopus factus est proprius. ille afflictorum consolatio, ieiunorum cibus, caecorum oculus, pes claudorum, tot pietatis suae species,

2 contex|*ui *ex* conte|xui *L corr.* 5 tm̃ *ex* tñ *T m. 2* exibeat *BT*, exhibet *Sirm.* 6 fugatis *V*[1] 8 nonnunquam *B* profundiorum *Sirm.* 9 merentium *Sirm.* 10 sequestrantur *V*[1] 12 laudationis *B* 13 penetrabilibus *BT* 14 magistra] ingra (te *s. l. m. 2*) *T* 15 oneris *Sirm.* palpetabo *B*[1] 16 indeces *B* dictionis *B* 17 suspitione *BV* aequalis *B* amiticia persona *L* 18 diligentium *T* 20 inperiis *B* inponet *B* fer̃| *B* 21 fideli* (s *eras.*) *V* gimnasia *LV*, gemnasia *B*, ginnasia *T* 22 praestare *B*, praesentare *LTV* 23 felitia *V* natura *L* pater et *et quae secuntur usque ad finem dictionis om. B 4 lineis fol. 81*[r] *et folio 81*[v] *toto uacuis* 24 propi|**us *L* consolationi *T*[1] ieiuniorum *L*[1]

tot misericordiarum gradus ad huius conuertit personae profectum. et illud domni Laurentii quod mundi necessitatibus succurrit ingenium in ministerio huius exercetur infantuli. cui talis non sit, ut uere dixerim, gratiosa calamitas? quem non iuuet amisisse patrem, sub lucrosa commutatione si talem conceditur inuenisse? tanti uiri insignia, quae implere nequeo, per profana uerba non temero. ipse est, cuius est dulcis auctoritas aut horrida dulcedo, qui magistrum in ecclesia, magistrum in domo, magistrum in conuiuio, magistrum inplet in iocis, qui numquam facit quod sequentes nolit imitari, cuius ad unguem polita conuersatio caeleste iter discipulis, dum incedit, ostendit: minor enim laus est docere bene, nisi opere docenda monstraueris. huius uiri suscepto adulescenti quid mea praestitisset oratio, quem euentus dexter de institutoris meritis manet et de orbitatis prosperitate perfectio? huic sufficiunt patroni preces, per quas merebitur institutis optimis imbutus degenerare sublimiter.

X.

DICTIO. GRATIARVM ACTIO GRAMMATICO QVANDO PARTENIVS BENE RECITAVIT.

Quando debitas beneficiis reddimus gratias, credo quod abiuramus iactantiam necessariis obsequendo: nullo enim adrogantiae tumor honestatis uelatur indumento, cum non gloriae militant uerba, sed sanguini. aliud est enim ut lauderis dicere, aliud dicere ne carparis. ibi mens auara famae est subiecta iactantiae, hic seruata ratione iure in locum gloriae redigit

2 dñi *T* 4 uero *L* 5 amississe *V* lucrusa *V*¹ 7 prophana *T* 11 inter *L*¹ 12 incidit *LT*¹*V* 15 suffitiunt *LV*

X. 20 recita*uit *L*; Scholastica quarta *inscr. add. Sirm.* 21 benefitiis *V* 22 iacantiam *B* 23 uelator *B* 24 ualiud///est *B* 25 nec apparis *L* 26 glorie *B*

quod ex dictionis sudore contigerit. iustis namque et superfluis declamationibus, etsi pari fauor sermone, discretis tamen mentibus exhibetur: uno quidem tyranni laudationes et bonorum principum ore celebrantur, nec est aliqua inter eius qui meretur praeconia diuersitas et illius qui usurpat. quod nisi grauia iudicantum ingenia dicendi causas expenderent, nullum daret haec, quae etiam indignis contingit, adclamantum aura discrimen. susceptarum secreta dictionum ab audientibus non examinantur lingua, sed pectore. in summa, aliud est recitantem blande et libenter audire, aliud affectum quo recites adprobare. sed iam omissis thematis commendationibus rem potius mediocritatis nostrae eloquatur infantia. Partenium quondam ad studia tua properantem, optime magister, sub oratiunculae meae insinuatione perduxi, tunc cum liberalium disciplinarum limen intraret, tunc cum incertum esset, utrum prosapiae nitorem eruditione loqueretur: nullo enim teste nobilitatis utitur cuius sanguinem non prodit instructio. tunc ergo praedictum prosecuti sumus eloquio, quando fas non erat sermone nostro, qualis esset natus, ostendi, quia bonorum semper meritorum labes est habere lucem sanguinis et nocte rusticitatis includi, prodi stemmatum uocibus et imperitia fuscante delitescere. aurum nihil est, nisi manu conponatur artificis et fuluo pretium metallo lima fabricante iungatur: cessante industria exigua est claritas quae uenerit a natura. fabrilibus debet studiis quod in partu suo terra laudatur: fornacis beneficio de latentium fetibus uenarum quod in solidi transit speciem

1 superfluuis *V*, superfluuo *T* 3 exhibetur (b *corr. uidetur*) *B* 5 preconia *B* usurpet *B* grauia *BPb*, graui *LTV* 7 adclamantium *L* 8 secreta *T in ras. corr.* 9 animatur (a *sup.*) *L* 10 quod *T* 11 stematis *T* 12 mediocritatis *T* nostra *ex* nostre *T m. 2* infantia *B*, *om. LTV* 14 perduxit *B* 15 tunc *om. B* 16 nobilitas *L* 18 predictum *B* 19 semper *inclusit Schottus* 20 lucem] dulcem *L* 21 stimmatum *B* imperante (iti *sup.*) *B* fuscantem *L* 22 delitiscere *BLV* compunatur *V*[1] 23 fabricante lima *T* cassante *B* 25 ludatur *T*[1] benefitio *V* 26 fetibus *B*, fecibus *LPTV* transit *B*, traxit *LPTVb*

ferri domatur et effera hominum corda domitrice adfectione captiuat. uictum, nisi exercerentur terga, mortalibus non praeberent. artis est, quod liquidum maris elementum homo securus ingreditur et paruo discrimine per ingenia iter mortis exuperat. magistra agricolarum simplicitas telluris faciem dum brachiis distinguit, uineta conponit et de prole arborum liquorem, quo salus nutriatur, extorquet. multis manifestatur indiciis operantum diligentia aut infundi quod origo non tribuit aut quot bona tribuit custodiri. et si talis est rerum uniuersa condicio, quanto, doctor eruditissime, sollicitudo tua est eleuanda praeconio, per cuius dexteram libertas iam iamque ruitura releuatur? per cuius peritiam aut instituuntur nouella aut seruantur decora maiorum? uere fateor, nisi esses, breui succumberet quicquid monstrat ingenium. sed quid obligor maximis, qui sustinere parua non ualeo, et generalem facio gratiarum relationem qui uix pro persona sufficio? uberes tibi coram multis, emendatissime hominum, grates refero qui agnosci a me Partenium institutione fecisti. tu de eius pectore scientiae sarculo paliuros et lolium submouisti: tu triticeam messem, qua propinquos pascat, eleuasti, felici in eo euentu per familiarum dissonantiam unum quod sequeretur et aliud quod fugeret demonstrando! o laudanda supra hominem tui uirtus ingenii! in una eademque persona qua arte, quod utrumque descendebat a sanguine, quid disceret et quid dedisceret, indicasti. laeto deus gaudia nostra disponat euentu: procul sit quodcumque minatur aduersitas. plus in te laudandum est,

1 ferri *scripsi*, ferro *libri* domatur *coni. Schottus*, dominatur *BLTV*, donatur *b* 2 captiua *Sirm.* terga *om. Sirm.*, terra T^{2} preberent $BLT^{1}V$, preberet T^{2} 3 elimentum *B* 5 agricultarum *B* 6 arborem T^{1} 7 operantium *b* 8 diligentiā *T* aut— *l. 12* seruantur *T exarauit corr. alio atramento* quot *scripsi*, quod *libri* 9 conditio *LTV* 10 preconio *LV* 11 libertas *om. B* 13 esset *T* breui* (s *eras.*) *V* 16 personam *L* uberis tibi pro persona *B* 17 gratis *B* quia *L* 19 paliuros T^{2}, paliurus $BLPT^{1}V$, paliurum *b* trititiam *T*, triceam *L* 20 propinquus *B* 22 fugerit *B* 23 quo *T* 24 discendebat *B* discerit BV^{1} dediscerit $BT^{1}V$ 26 minebatur *B*

quia discipulus tuus scit prosapiem uitare, quam quod prosapiem certat imitari. ecce Partenium propinquitas sua ex utroque generis calle descendens alia agnoscit feliciter, alia feliciter non agnoscit. quam timui, ne praefata permixtio, dum ipsa diuersitate discordat, in deterioris iura melior uicta concederet et pro uilitate temporum facilius in ipso pars indocta regnaret! sed ostendisti mihi, aetatis tuae ornamentum, quia plus in consanguineo optinui quam poposci. caelestia imitatus es ubertate beneficii, quando inpensione multiplici conmendantis uota uicisti. ecce iam ex hiemali pectore et corde algido dictionum flosculi uernant et ridentia uerborum germina depingunt calathos exhibentes: ecce post gentile murmur de ore eius, quae humanitatem significent, uerba funduntur. his ergo muneribus tuis nisi reddam uicissitudinem, praestitisse te aestimes non merenti. quisquis enim feriata lingua successus meliores suscepit, ostendit se quod attulit prosperitas non amare.

XI.

DICTIO QVAE DICTA EST QVANDO EVSEBI FILIVS TRADITVS EST AD STVDIA.

Licet, sicut nouitas, ita habeant intermissa formidinem et hoc sit, cum de adtritu fauoris publici frons refugit, quod fuit

2 ex utroque ex utroque *B* 3 discendens *B* 4 prefata *B* permixio *B*, permixcio *L*[1], permistio *Pb* 5 deteriores *T* uita *Sirm.* conciderit *B*, concideret *b* 7 ornamenta *T*[1] 8 optenui *B* celestia *B* 9 benefitii *V* cõmendantes *T*[1] 10 ʰiemali *B* 12 calatus *B* exhibentes *scripsi*, exhibentis *libri* ecce iam *T* post—humanitatem *T exarauit alia manus* 14 prestitisse *B* 15 aestines *B* succensus *LV* 16 meliores *PT*[2]*b*, melioris *BLT*[1]*V* suscipit *B*, susceperit *Pb* 17 amare] finit *add. BLV*

XI. 19 eusebii *LT* 20 ad studia *B s. l.*; Scholastica quinta *inscr. add. Sirm.* 21 ita] atria ita *b* 22 adtritu *B*, attrito *LTV*, atrio *b* faboris *B*

ante quam disceret, dum ad eluctatam reducitur dicendi usu pereunte senectus infantiam. exercitus Olympicis certaminibus de palma confidit eculeus et, si non otio debilitetur, in suo iure credit esse uictoriam: semper ei coronam blandimentis efficacibus spes promittit, nisi uelocitati praemium desidiae languor excutiat. artifex iaculandi de triumphis securus optat incerta et cui occurrit semper in acie gloria longa pace superatur. poetarum hederas nobilioribus corymbis et uiridanti specie nutrix ingenii comit adsiduitas: cessante frequentia probati obmutescunt ora causidici. educatus in puppibus aequor liquidum sine terrore nauta perlustrat, qui si ad terrena uitam ducat officia, nec itinera astris nec uentos deprehendit auspiciis. agricola si aliquando uomerem inlectus urbanitate contemnat, in deuium, bobus dum scribit terga, rapietur. ergo sicut artium in suo quaeque opere inuenitur mater instantia, ita nouerca eruditionis est neglegentia. talis est nostrae, quam post temporum interualla producimus, condicio dictionis: non notum schema deferens, non pompam quam aetate mercari debuisset ostendit: totam fiduciam de auditorum benignitate concipiens, sufficere credit ueniam pro fauore, satis esse pia uota pro merito. absiste procul, debilis timor: insinuandum orbitatis miseratio, orationem religiosum commendat officium. quid faciat sermo peritiae splendore dotatus, ubi causa etiam sine insinuatricis linguae placet officio? res inpetrauit gratiam: sufficit ut uerba mereantur affectum: utraque secundis ad audientiam uestram ominibus conuenerunt. dicam sane quod restat, quia

1 usu dicendi *LTVb* 2 olimpycis *L*, olympici' *V*, olympiaci *Pb* certaminis *PV*¹*b* 3 si non *ex* sine *T m. 2*, sino| *L* notio *L* debelitetur (ur *in ras.*) *B*, debitetur *L* 6 langor *BT* 8 hedras *T*¹ corimbis *libri* 9 speciae *L*, spēm *T* frequenti *Sirm.* probati ommutescunt *B*, probatione mutescunt *LTVb* 10 causedici *B* pupibus *T*¹ 11 terrenam *Sirm.* 12 itenera *L*¹ uentos *scripsi*, uentus *BLTV*, euentus *Pb* 13 agricula *B* uomerim *B* contempnat *V* 14 bubus *B* 16 negligentia *BT* 18 scema *B* 23 docatus *L* 24 inperauit *B* 25 ut] ut iam *T* 26 hominibus *LV*¹

tantum defrudabo laudibus meis, quantum remanserit in praesenti causa silentiis. huic Eusebius nobilissimus genitor, par moribus quam natura, dum extremis pressus humanitatis sortem profuturo in longum uellet superare consilio, dum uitalis animae uigore terreni carceris angusta calcaret ac se spiritalibus habitaculis, cum a deo uocaretur, refunderet nihilque in mente eius esset de homine residuum nisi inmaculata filii diligentia, nisi illud quod nec inter caelestia ulla delet obliuio: hunc mihi quasi bene conscius fouendum, prout uires tribuunt, dereliquit. confusa sunt supremis deponentis uerba suspiriis. uidero quid aliis reliquerit, mihi sub dei obtestatione dimisit heredem. cui saporem uitae labris primoribus contingenti gustum deprecor libertatis infundi, ut prouocatus disciplinarum melle et fauis scientiae de domibus cereis ipse sibi liquentis elementi nectar adsumat. habet, doctor uenerabilis, laus tua per hunc ad cumulum perducta quod capiat: ex talium profectu meritorum tuorum plenitudo non refutat augmenta, quia discipuli elegantia adsertio est sinę labe doctoris, eius maxime, cuius prosapiem splendidam tempus postulat scientiae te radiis adornare, ut decus originis in diem serenissimum procedat, quando oris in ipso iubar effulserit.

1 defraudo *LPTVb* presenti *B* 4 uellet *T*², uellit *B*, uelit *LT*¹*Vb* 6 refunderit *BV* 7 fili *B* 8 nisi *om. Sirm.* inter *T s. l. m. 2* illa celestia *T* debet *L* 9 dereliquid *BT*¹ 10 uideo *T* 11 demisit *B* 12 labri' *L*, libris *T* 13 ubertatis *LTV* 14 faui*s *T* sibi *om. T* elimenti *B* 17 au^g^menta *B* 18 eligantia *B* assertio ē *ex* assertioem *T m. 2* 19 te] tuae *Pb* 20 decuius *L* origenis *B* 21 iuba^r^//efulserit finit *B*

XII.

DICTIO DATA ARATORI QVANDO AD LAVDEM PROVECTVS EST. DICTATA SVB DIE.

THEMA. LAVS LITTERARVM.

PRAEFATIO.

Littera de proprio laudetur splendida censu:
Aduena nam cultus nil tribuet genii.
Ebria uestito plus lucent uellera Sere:
Persica candentes colla decent lapides.
Non iuuat externo conponere membra nitore:
Lux naturalis sidera nobilitat.

NARRATIO.

Omnibus rebus, quae aestimantur digna praeconiis, exhibenda est pro dicendi facultate laudatio: ab eloquentiae dote radiantibus reddenda sunt litteris quae debentur, quia, sicut gratuitum munus et opes et animum indicat largitoris, ita accepta denegari auaritiam et impudentiam reserat supprimentis. libemus litterarum numini quod de ipsarum fluxit altaribus. quantisuis enim materia ista copiis praedicationis honoretur, qualibet effluat ubertate dictorum, de possessionis suae frugibus pasta satiatur, quia, dum inter uirecta, quae disposuit, propria oculos amoenitate captiuat, habet quidem ipsa iocunditatem de graminibus suis, sed maiora capiunt messes ingeniorum incrementa per dominam. itaque qui fenus

XII. 2 data — *l. 11* nobilitat *om. T*; *totam dictionem om. P* aratori///// (etiam *eras.*) *L* 3 dicta *LV* die] Scholastica sexta *inscr. add. Sirm.* 4 thaema *B* laus] in laude *B* (*m. rec.*), in laudem *b* 6 proproo *L*[1] 10 non] nil *Sirm.* 13 digna *om. Sirm.* exibenda *B* 14 eloquente *T*[1] 16 *alt.* et *om. T* indicant *T* 18 libemus] ibimus *B*, habuimus (?) *B s. l. m. rec.*, tribuimus *b* 19 cupiis *B*[1] 21 directa *b* 24 fenunc *L*, frenum *T*

litteris soluerit, plus ditescit, dum per secretiores meatus quasi per magnos alueos quae ad illas directa sunt fluenta reducuntur, nec quod per guttas emiseris, non aliter quam si relabentis Ionii ius habeas, possidebis. quis peritiae depositum neget, nisi qui desiderat mendicus effici, dum reseruat? istius rei fructus, quod mirum dictu est, in abundantiam refusus exaestuat, dum ieiunos faciat incubantes. ergo post opem caelestem, post superni fauoris auxilium, ministra quibus utaris, ars ueneranda, praeconiis, et inuentionis tuae bono de his, quae a te fuerint directa, gratulare. a te orta in usu laudis amplectere: nos nihil manet in hac parte quod dignum sit ultione uel praemio. fideli oris nostri famulatu si parum in eleuatione meritorum tuorum suggerimus, hoc dedisti. nos horum amnium fistulae sumus nec quicquam de copiis commissi liquoris ebibimus. tu ut per nos meritis tuis satisfacias, quasi Aegaeum pelagus, ut Pegaseus gurges inlabere. ante oculos uestros sunt, morum uestrorum si bene exempla retinetis. saluae sunt quascumque de censu uestro ad usuram gemmas admouemus. ecce uerticem meum coruscans luce uestra diadema nobilitat et pretiosorum lapidum fulgore uariato crescit ex genio, dum conpetenter ostenditur. a uobis radicem sumunt instituta sapientiae, per uos informata proferuntur. nullus sine uobis pectori sapor est nec libertas eloquio: uos ingenui testimonium sanguinis, uos materia pudoris, per uos quod bene cor dictauerit lingua proloquitur: ad inuestigandam iter iustitiam uos praebetis, dum oppressum dumetis callem, quo expetuntur superna, purgatis: uos triticeam de loliis segetem, uos fecundas

1 ditescit *b*, ditescet *LTV*, ditiscet *B* 3 non *Bb*, *om. LTV et Sirm.* 5 negit *B* 6 dictus *B* habundantiam *BT* 7 ieiunus *B* 9 ars] ass *B ut uidetur* bona *V*¹ 11 hac] ac *B* 13 dedistis *B* ampnium *T* 14 festulae *B*¹ cupiis *B* licoris *B*, loquoris *T*¹ ebebimus *B* 15 aegeum *BLV*, egeum *T* 16 pesaseus *B* gurgis *B* elabere *T* 17 urorū *LT*, nostrorum *BVb* 19 choruscans *T* 21 suumunt *B*¹ *ut uidetur* 24 cor bene *LTV* 26 oppraessum *B*, opp̃ssū (u *ex* e) *L* callem dumetis *LTV*¹ 27 fecondas *T*¹

de sterilitate ingeniorum glebas efficitis et grauidas aristas ad scientiae horrea, ne fames infantiae possit praeualere, portatis. mundae nitorem familiae seruando obscenam prosapiem peregrina luce perfunditis. deo proxima res est uestro infusa beneficio, dum per cursus elucubrationis traditae, ne optimi degenerent et ut mali degenerent, salua stemmatum ueritate praestatur. per uos de innocentum actibus, quae ad instructionem sequentium pertinebant, gesta non pereunt: uestris in medium catenis transacta reducuntur et sepulta reuiuiscunt: uos instrumenta memoriae, uos causa pietatis: uestris uomeribus humani pectoris tellus ad fecunditatem praeparata describitur: uos religionis auctores, uos hostes criminum: uobis ducibus quae per usum subripiunt dediscuntur scelera, per quas bona discuntur: aut ad directum homines agitis propositum aut mutatis obliquum. uestro exules ornantur indicio et a mundi culminibus seiunctos uos caelo sociatis: malas conscientias aut intrare contemnitis aut in sacrarium ingressae dedicatis. facessat a litteris uel mutare quod dignum est uel non mutare quod noxium: uestris uulneribus nulla per chalybem uestitos subducit instructio: ad penetralia eorum, et quos ferrum texerit, peruenitis: uestris umbonibus directa ab aduersariis tela repelluntur, nec spiculis peritiae uestrae ulla clypeorum crates obponitur. uos in adflictione constitutos erigitis: uos positos in corporum cruce mulcetis, sic gaudiis augmenta tribuentes, ut modum hilaritas et producta custodiat: si a uobis ueniant blandimenta, dulcescunt. non licet contra imperium uestrum uel defunctum flere quem diligas: uos nuptiis, uos aptae funeribus: scientiae istius studium diuersissima in concordiam tenet et utramque

2 famis B^1 4 perfundetis B 5 elocubrationis B^1 6 stematum LV, stegmatum T 9 reuiuescunt B 10 causae *fort.* 11 feconditatem T discribitur B^1, scribitur *fort.* 12 actores T hostis BL^1 13 subrepunt *expectes* per quas] perque uos *fort.* aut *in ras.* B 14 hominis *fort.* agitis *scripsi*, augetis *libri* mutates B^1 15 seiunctus B 16 contemnetis B, contempnitis LTV 19 calybem B, calibem LTV uestitus B 20 illorum LTV 21 unbonibus B^1 tele L 22 uestrae *om.* T clipeorum LT^1V, clippeorum T^2 cratis B^1 23 constitutus B^1 erigetis B 27 apte B 28 diuertissima T^1

partem amplexa gratulatur. utinam uos longioribus coli liceret affatibus et non uestris legibus deberetur breuitas, a quibus copia uotiua suggeritur! per litterarum species in longum itura uox tute committitur et sine inminutione sui relegente solidatur. ante uos ignara ordinis uixit humanitas et ructantia glandem pectora sine modis uerba uomuerunt: uos inter unius naturae homines distantiam facitis, dum caelestibus notitia uestri, pecudibus similes reddit ignoratio. in propatulo est, qualis ante hanc frugem fuerit mortalium deserta prosapies: cum illis enim, quibus nobiscum par aduentus in luce est, per discretionem uestram non est condicio una sapiendi. ualete, ornamenta melioris saeculi, et mundum, quem eruderastis concessae a deo, in temporum remedio possidete.

XIII.

DICTIO [QVANDO PATERIVS ET SEVERVS TRADITI SVNT AD STVDIA.]

Si nauta secundis flatibus feliciter humidi directum transit itineris, si bellatorem ducit successus melior ad triumphum, si per rhetoricos campos litterarum miles iudicis fit fauore sublimior: nostrum est hodierno die momentis paribus gaudere de themate. quid mihi est cum ingenii mei publicata et degeneri paupertate? ecce de susceptae dictionis messe ditescimus iocunda sorte, quando relatorem meritum relationis amplificat

1 cupia *B* 3 suggeritur] superetur *B* (*sed in mg. et fere abrasum*) *b* 4 tuto *b* immutatione *T* religente *B*[1], a relegente *uel* relegenda *fort.* 8 pecodibus *B*[1] similis *B*[1] quales *B* 11 conditio *LTV* 12 meliores *B*[1] q̇ *T* 13 remedia *T*[1]

XIII. Quando — studia. Scholastica septima *inscr. Sirm.*, de Seuero et Paterio *inscr. Schottus; inscr. om. libri* 18 iteneris *B* triunfum *B* 19 retoricus *BT* campus *B* iudicit *L*[1] 21 thematae *B* quis *L* pullicata *B* 22 etce *B* ditiscimus *B* 23 quando *B s. l.* anplificat *B*

et actorem causa commendat. ubi est pauor, qui nos sibi propter inperitiae conscientiam subiugabat? ubi frontis trepidatio, usu et exercitatione fragilior? obliuiscimur meriti nostri, dum claritatem loquimur alieni. nunc discimus potentes et alios esse, uos facere, quando tantum et fama nobilis dat praeconi. nihil mihi cum dubiis. splendor laudantes inluminat et inmersos tenebris, si eius meminerint, sol recludit. sed rursus hilaritas iungitur cum pauore et fit socia exultationis trepidatio. quando inpar modicis sufficit in supremis? nam qui claritudinem non stili luce commendat obnubilat, et sicut ingenio facundorum crescunt modica, ita siccitate deuenustantur amplissima, et nisi aestimatis uiribus adgrediaris sarcinam, subiacebis. ecce Paterius et Seuerus, ornamenta curulium et parentiua uocabula purpurarum, eruditionem originariam in ipsis uitae praestolantur exordiis, dedignantes non studiorum diligentiam cum sapore lucis haurire, quos indiscretis temporibus diei natura donauit et litteris. pro quibus quid parentum decora, quid insignia uetusta nouus mentibus relator insinuem? leuabor hoc onere, si fastus pro me, auditor, interroges: mecum centuriae, mecum campi sollemnis illa uociferatio, mecum Seuerum et Paterium et aula ueneratur et curia: quorum quamuis familia meruerit scipiones et trabeas, seposita tamen ad tempus dote sanguinis, quod occasum per dignitates et post sepulcra nesciunt, moribus exegerunt. mentior, nisi uiuit Paterius in opinione doctorum et perenni aere formatus illam

1 auctorem *T* causa] creatura *T* 4 du *V* 5 fama] forma *L* 8 sotia *B* 9 in modicis *LT*, immodicis *V*, et modicis *Pb* supmus *L*[1] qui *T s. l. m. 2* 11 criscunt *B* sictitate *B* anplissima *B* 13 corulium *L* 14 porpurarum *B* origenariam *BV*, origenaricu̅ *L* 15 praestulantur *B* stuodiorum *B* 16 lucis aurire *B*, haurire lucis *LTV* diei *LPTV*, die *B*, dei *P*[2] (*s. l.*) *b* 18 insigna *L*[1] nouos *ex* nouus *B corr.* lauabor *BP* 19 onere *b*, onore *P*, honore *BLTV* fastos *Bb* interrogis *B* mecum centuriae *om. Sirm.* 20 sollempnis *T* 21 patriu̅ (r *in ras. corr.*) *L* uenerator *B* 22 meruit *LTVb* 24 sepulchra *LPTV* exigerunt *B* uiuet *B* 25 perhenni *T*

eloquentiae palmis nobilem inter peritos praesentat effigiem. horum prosapies adhuc quidem parua, iam maxima gemmata pubescentis flosculi ora praeferens, uocis praesidium, quod exhibebit, inplorat, hoc taciti poscens allegatione conloquii. inpenduate paruulos, quos habebitis patriae mox parentes: ne maturiores aeuo subcumbamus pro uniuersitate bellantes. scitis quae domus pro generali calamitate desudet, cui debeatur pro communi securitate litatio, a qua fluxerit quod inter aduersa inter uos ciuilitas non uacillat. debet uobis origo nostra hanc tributariam functionem, ut semper nutriat patriae suae sine intermissione custodes. ergo si nota uobis sunt bona germinis nostri, inserenda suggerite, ut quod nitet in semine cultura melioret, habeat cespes radici obsecundans poma, quae tribuat. non sunt peregrina, non fugitiua quae poscimus. si Eleis et Olympiacis conflictibus nutritur eculeus de parentibus aestimatus, nos adhuc proficientium creatorum muniamur exemplis. uobis tantum praebuerunt obsequii res secundae, quando prouobis tantum praebuerunt obsequii res secundae, quando pro- pugnatorum uestrorum et adolescit posteritas et adhuc patris auique tutela non deficit. ergo his stimulis incitatum, doctor uenerabilis, suscipe uniuersorum uoces afferentem et genitalis soli allegationibus benignam praebe conscientiam: respice de te iudicia nostra et eleuatus consideratione meriti parem te multorum forma sententiae: labora ut munitio nostra te instruente solidetur et, ne inimica arietum uincat inpugnatio, tu muris patriae studiorum arma coniunge. scimus quorum

2 horum *Sirm.*, morum *libri* 3 pubiscentis *B* fluscoli *B* 4 tatici *L*¹ *ut uidetur* alligatione *B* 5 iubate *B* 6 maturioris *B* 7 scites *B* 8 desudit *B* debeatur (r *in ras.*) *B* 9 litacio *B* 12 intermissiones *T*¹ 14 habea *B* cespis *LPV*, cispa| *B* obsecundas *L*¹ 15 heleis *LPTV* 16 olimpiacis *LPTV* 17 proficiencium *B* 19 adoliscet *B* prosperitas *L* 20 tutela] titula *B* deficet *B* stimulis *BT*, studiis (stimulis) *LV* (*nisi quod* studius *L*¹ *exh. uidetur*), studiis *Pb* 21 et — nostra *om. Sirm.* 22 alligationibus *B* 24 sententia elabora *PTV*, scientiae labora *B* munio *B* in te *L* instruente** *L*, sustinente *Sirm.*

tibi suboles committatur: prouide ut quod natura ualidum peperit confortet industria. ducis erit, non originis, si de uiri fortis stirpe editus habeat inter bella formidinem. sufficit te sic instructionis tuae sudore crescere, ut praesentes pueros formam ueterum facias optinere. sed dicas forsitan: licet te professio sanctior urgeat, me in istis non habet cura postremum. ego sum, cui Paterium filium mater et uirgo sacri fontis aluus effudit: ego in animae eius secunda natiuitate aut recreatione sum genitor. ergo peculiaris eruditionis eius me prouisio respicit, cuius pater et inter caelestia sum uocatus.

XIIII.

DICTIO IN LEGATVM QVI PATRIAM HOSTIBVS PRODIDIT.

Si excellentius crimen est, quod digna ueneratione persona conmiserit, habetis, iudices, in uno homine duo diuersissima et proditoris meritum et sacramentum legati. sed uincitur in ipsis uox superata primordiis: facinus uix credo, quod arguo. quis aestimet in uocabulo integritatis consummatam cecidisse perfidiam. cogimur dicere, quia nil mali aut proditor metuat aut uerus legatus admittat. quid accusationi meae pro innocentia nomen opponis? insequentem posses effugere, si esses meritis quod uocaris. nemo cautius malus est quam qui absconditur sub appellatione pietatis: tutum est iniquitatis exer-

1 soboles *LTV* comitatur *LT*¹*V* proinde *Pb*, *om. Sirm.* 2 ducit *B* origenis *B* 3 ueri *B* styrpe *BL* sufficet *B* 5 opitinere *B* lacet *L*¹ 6 sancti*or (t *eras.*) *L*, santior *T*¹ 8 saluus *B*, alius *L* natititate *B* 9 eius *om.* *B* 10 respicet *B* celestia *B*

XIIII. 14 tradidit *T*; Controuersia prima *inscr. add. Sirm.* 19 cecidisse* (t *eras.*) *L* 20 quia] q *T* 22 posses *Pb*, possis *BLTV* essis *B*¹*L*¹ 23 meritus *b* uocares *B* 24 piaetatis *L*

citium, quod honestatis tegitur indumento. facessat propositum praestigiis potius quam mente constare: eneruata defensio est, quae nudi honoris nititur nihil ualitura testimonio. ut nocentior contra patriam existeres, uiam tibi consilia nostra pepererunt: nos egimus, ut fortior hostis, dum propugnatorem quaerimus, appareres: non sentiremus quae inrogasti patriae inimicitiarum pondera, nisi sumpsissent ab amicitiarum religione principium. externis aduersariis sine labore congredimur: inerme pectus inuenit qui de gratiae fruge in affectum prorumpit inimici: egimus foederis tempore, ut generalem aduersarium quid grauaret patriam non lateret. iste enim, cognitorum splendidissimi, si neglegentius in suscepto functus officio per animi taedium sociorum commodis institisset, capitale mereretur exitium: quale est enuntiasse hostibus interna patriae, pro quibus segnius certasse sacrilegium fuit? quibus sunt expianda tortoribus, quando illud perdideris, quod nefas est non iuuisse? quantis colorum uarietatibus et urbanitate letali ad hoc perductus aestimatur, ut legati personam putaretur inplere? solet uirtus, quae innata non fuerit, cura et nutrimentis institui et transire in affectum quod feceris studio falsitatis: usu honestatis robur adipiscitur qui bonum sub diuturnitate mentitur. seruasses adhuc beniuolentiam captiosam, nisi inspexisses laedendi callem legationis claue reseratum. tale est, ac si aegris sub febrium iactatione languentibus adlaturus salutem curator adueniat et animam in penetralibus suis sub medicinali specie exclusurus inquirat: quis, rogo, huic non pandat secreta uitalium et in quibus adhuc locis uigor subsistat adnuntiet? facilis extinguendi ministratur occasio illi, a quo sanitas postulatur. sic te, inpurissime hominum, aduersus nos intimorum reseratione

4 existeris *B* 5 pepe^re^runt *L* purgatorem *L* 7 inimiciarum *L* 11 graueret *L*¹ 12 si] sine *L* 13 conmodis *B* 16 prodideris *fort.* 17 iuui**sse (s *eras.*) *B*, iuuisset *L* 18 laetali *B*, loetali *LV* 20 et transire — falsitatis *om. B*¹ *add. corr. in mg. inf.* 21 robor *BLT*¹*V* 22 seruassis *B* 23 copiosam *T*¹ 24 reserarum *L* iactione *T*¹ 26 suis *B s. l.* 28 extingendi *B* 29 ministrator *Lb* 30 hominum *Pb*, omnium *BLTV*

muniuimus. ex uestro nunc, cognitores, pendet arbitrio, si qui peccatis uicit uniuersos non debet omnes reos superare suppliciis. nascituras in posterum culpas incidite: eueniet ex unius cruciatu generalitatis emendatio. genus pietatis est circa hostem patriae esse destrictum, ne, dum personae parcitis, ad incrementum uitia prouocetis.

XV.

DICTIO IN NOVERCAM QVAE CVM MARITO PRIVIGNI ODIA SVADERE NON POSSET VTRISQVE VENENA PORREXIT.

Adest, iudices, nouerca, quae ut satisfaciat odiis, non parcit affectibus, quam ne priuignus euaderet, elegit miscere eius casibus quem dilexit, quae saeuissimarum more beluarum de confusis mortibus tesseram fecit, dignos leti sorte aestimans quicumque cum inimico illius potuere trucidari. ruptis repagulis accepit furor eius exercitium, quasi neci deputatum perimens quicquid occurrit. generalitati perniciosa esse desiderans, nisi defecissent toxica, adhuc ira crescebat: hausta sunt a duobus uenena quae repperit: quod in aliorum seruaretur exitio non remansit. heu! quemadmodum gemuit defectum poculi, cum cadauera pauca conspiceret, indignata sibi quod de funesto liquore plus defunctis, quam quod occideret, dedit. quaesiuit de extinctorum uisceribus pretium

1 cognitore| *B* . pendet *Tb*, pendit *LPV*, splendit *B* 2 uicet *B* reus *B* 4 emendacio *B* piaetatis *L* 5 districtum *PT* parcitis PT^2b, parcetis *BLV*, paretis T^1

XV. 8 que *B*, qui *b* 9 posset *b*, possit *BLTV* 10 porrexit] Controuersia secunda *inscr. add. Sirm.* 12 preuegnus *L* 13 seuissimarum *B* 14 laeti *B*, loeti *LV* 15 poture *L* 17 perims L^1 occurret *B*, occurreret *coni. Schottus* generalitate *L* 18 austa *B* 19 ad uobis *B* reperit *LT* 20 gemut *B* 22 fenesto *B* 23 quesiuit *B*

mortis alienae, si licuisset, abstrahere, ut plurimis per guttas fata dispergeret, ut animarum penetralia uirus nobile possideret. ante experimentum perniciosus effundebatur humor in poculum: fecit eam quid perdidisset agnoscere, postquam de sucis abundantibus paucos extinxit. ubinam gentium fuit animus coniugalis diligentiae? ubi maritalis sacramentum copulae? plus egit priuigni quam tori recordatio: dum inmanitati obsequitur, effugatus est uiri praesentis affectus: credidit in quocumque uiuente priuigni remanere posse substantiam. lucem uoluit profana confundere et humani generis messem mundo labente succidi, quicquid in occasum potuit ire praecipitans, ueternis Erebi legibus diem nostrum cupiens scelerata submittere, ne illum uel post inferna odiosus inspiceret. quantis gradibus et profectu scelerum ad uenena descendit? diu exitium distulit, quod aliquando in tormentis constituto ingessit uice beneficii. ante flagris fame frigore inimicum corpus adflixit: postrema est in nouercali indignatione necis exsecutio. uellem in accusatione, iudices, diutius inmorari, nisi facinerosae poenam prolixior lingua differret. nolumus quas peroranti conceditis ut addicenda in luce mereatur indutias. quotiens, scelestissima feminarum, subdolis priuignum fouisti ⟨matrem⟩ mentita conplexibus? quotiens innoxiis potionibus egisti, ut de manu tua mortem securus acciperet? capta⟨sti⟩ sitis tempus et bibendi necessitatem: ⟨te⟩ forte, ut citius letum porrigeres, exorabat: habuisti misericordis opinionem priuigni desideriis obsequendo. quotiens matrum loca tenuisti, ut nouercam tutius exhiberes? solet, libertatis

2 facta *T*[1] possederet *B* 3 experimentũ *L* tũ *add. m. 2* perniciosos *L* 4 eum *L* 5 succis *P*[1]*T* habundantibus *T* 7 thori *BLPVb* 12 herebi *BLPT*[2]*V*, hebrei *T*[1] 13 illam *Pb* inferna (in *in ras.*) *V* odiasus *V*[1] 14 ad u.] aduena *L* 15 discendit *B* 18 necis — accusationē *s. l. add. L* uellim *B* 19 facinorosae *b*, facinerose *BV*, facinorose *LPT* 20 concedetis *B* 22 matrem *Pb*, *om. BLTV* complexibus (complexibus *V*) mentita *LTV* innoxii///s *B* 24 captasti *scripsi*, captata *libri* te *addidi, om. libri* 25 laetum *B*, loetum *LV* porrigeris *B* 27 totius *B* exhiberis *B*

praesules, in coniugali consortio unius subolis ut commune pignus adtendi, dum affectio quam pater obtinuit transit ad filium: decedentibus matronis uirorum prouidenția, dum ad educandam posteritatem curarum participes quaerunt, sic nouercas inueniunt. saepe tamen sub hoc uocabulo mater accedit eo cautior circa germen alienum, quo sollicitius nomen tragicum uult uitare: genetricem munit securitas et sacramentum nominis sui. ⟨sunt⟩ quae etiam misericorditer creduntur irasci. uestras, infaustae, blanditias iure respuimus, quibus per fucum malitiae interna uestitis. erubesco, cognitores sanctissimi, damnatam meritis suis diuturna inpugnatione sustentare: non est anceps sententia, quam labore suspendo. utinam exquisitis effugetur de luce cruciatibus et lentis secta uulneribus existat superstes corpori suo! non uno tempore de propriis sedibus nocens anima pellatur. in affectum reducitur puritas, quotiens generalitatis oculos expiaueris cruce noxiorum.

XVI.

DICTIO IN EVM QVI PRAEMII NOMINE VESTALIS VIRGINIS NVPTIAS POSTVLAVIT.

Creditis, iudices, per hunc uictoriis lamenta misceri et triumphorum saporem displicere de praemio? aestimatis offendi deos in effectu rerum et deduci ad paenitentiam numina, quae nota iuuerunt? adest hominum nequissimus, qui gemere nos imperat, quod patriae nostrae uicit inimicos, qui consummatis

1 sobolis *LTV* 3 prouidentiae *fort.* ad educandū *B*, ad deducandam *L* 6 qui sollicit^{i}tus *L* 7 traiecum *B*, traicum *L* *s. l.* uitare] uincere *Pb* genitricem *BT* munet *B* 8 sunt *addidi*, *om. libri* qua *L*¹ 9 infaustae *scripsi*, infausta *libri* 10 uestites *B*, uestistis *L*¹ erubesco (s *ex* c? *in ras.*) *L* cognitoris *B* 11 damnata *L* 14 exsistat *B* superstis *B* 15 appellatur *B*, uellatur *Sirm.* reducitur (ur *ex* as *corr.*) *T*

XVI. 18 nomine praemii *T* 19 postulauit] Controuersia tertia *inscr. add. Sirm.* 20 uictoris *L*¹ 22 ds̃ *B* diduci *LV* penitentiam *BT* nomina *B* 23 uota iuberunt *B*, uocauerunt *L*¹ homo *Sirm.* 24 inimicus *B*

proeliis, dum laboris pretium flagitat, et hostes et bella commendat, qui exhausta putat laboris esse suffragia, nisi quae iratis caelicolis conferuntur, ut possit ciuitas eius perdere quod per ipsum creditur adquisisse. confidit genium bellatoris pictis tabulis et imaginibus non teneri nec requirit ut seruetur saeculis aere formatus: sola opinatur esse gaudia, quibus euenit munus adulterii. si ad hoc te casibus obtulisti, ut pro sudore tuo nominari pudeat quod requiris, nos non possumus scortis debere quod uicimus. non pio amore bella gessisti, qui post aduersarios in ciuitatis medio cum pudore congrederis: sine causa hostes depulisti qui eorum uicibus fungeris in triumpho. habuimus statum honestatis liberum, dum casibus subiacemus: fugienda est uirorum fortium felicitas, per quam iungimur miseriis subditorum. etenim, curiae lumina, per minutias scelerum hunc opinamur ad inmania uota perductum? quantis gradibus exercitatum facinus peruenit ad hoc ut uitia laudibus mercaretur? credebamus eum, dum uitam in tentoriis ageret et ad insignia roboris duris corpus successibus inuitaret, ciuico amore constringi, ut per militiam eius nec incendium urbes nec sacras corruptela uirgines possideret. iste enim emit tot uulneribus, ne alter facinorum fruge potiretur. quid tibi debeam, crudelissime hominum, datur intellegi, per cuius beneficia superati exitum uictor ingemisco. dicite, praesules libertatis, quem potius habuimus, qui animos nostros possedit, in tubarum clangore terrorem, dum ferri seges, equorum fremitus minaretur exitium? credo, ne libera patrum colla catenarum rigor adstringeret, ne inuiolabilis matribus pudor in ciuitatis excidio deperiret, ne uotiua uirginitas sacris mancipata culturis prae-

1 dū|dum *L* hostis *B* 3 celicolis *B* 5 immaginibus *B* requiret *B* 6 seculis *B* 7 minus *T*[1] 9 pio] pro *b et Sirm.* 11 hostis *B* 13 casibus (*ex* casidius?) *L corr.* 14 nec enim *fort.* 15 minutitas *T* 16 ᵖuenit *V* 20 urbes *scripsi*, urbē (ē *in ras. corr.*) *T*, urbis *BLVb* uirginis *B* 22 poturetur *L* 23 beni-ficia *B* 24 dicite (*alt.* i *in ras.*) *B* praesulis *B* 25 animus *B* possidit *B* 26 ferris egis *B* fremitu *b* 27 credo *B s. l.* 28 matrū *ex* matribus *T corr.* in *om. Sirm.*

donis igne raperetur, ne famula castitas hosti pretium fieret insultanti, ne corporibus ex humana condicione liberatis uis inimica subriperet et aduersariae pudicitia libidini ad ultimum deducta seruiret. quaero a te, heroa magnanime, quid de patria tua mali depuleris, si haec quae timui uictor optasti, dum mortes hostium ictibus tuis numinum fauor addiceret. percontor utrum poposceris superos in illa necessitate fautores? si fecisti, perfunctus periculis sacerdotibus eorum pro debita oblatione minitaris? si non adhibuisti pia uota certamini, quid tibi debeo, quem sine precibus suis generalis prosperitas comitata liberauit? si intellegis, multum est quod debes numinibus, si studuerunt supplici: maius, si dederunt uictoriam non petenti. credo, digressus e proelio loco principe delubra ueneratus es et ibi gratiam retulisti, unde praedam feriatis manibus certas abripere. uereor nę templis nulla face consumptis ducat uestalem uirginem sors secunda captiuam.

XVII.

DICTIO IN EVM QVI SENI PATRI CIBOS SVBTRAXIT. DATA ARATORI.

Nescio, iudices, utrum inueniatur poena, quae criminibus satisfaciat inpetiti. interim deest linguae copia, quando facinoris nouitas superat arguentem. iste est filius qui grandaeuo

2 conditione *libri* libertatis *B* 3 et *B s. l.* pudicitia—eroa *om.* *B*[1] *add. corr. in mg. inf.* 4 eroa *B*, heros *b in mg.* magnanimę *B* 5 depulis *T* 6 mortes *Sirm.*, mortis *libri* hostibus *L*[1] hictibus *T* addiceret *Sirm.*, addicerit *BPTV*, addi**cerit (di *eras.*) *L*, adijceret *b* 7 percunctor *BT*, percontur *L*[1] fauctores *BT*[1] 9 [m]initaris *B* habuisti *L* certaminis *B*[1] 11 liberabit *B* intellegistis *L*[1] 12 numibus *LV* studerunt *B* supplicii *L*[1] 13 p̃lio *B* 14 uenerat'| (t' *in* tus *corr.*) *B*

XVII. 18 sini *L*[1] patrice bos *B* 19 damta *B* Aratori] Controuersia quarta *inscr. add. Sirm.* 20 criminibus** *L* 21 cupia *B*[1] 22 grandeuo *libri*

patri, cum posset praebere alimenta, denegauit, id genii sceleribus suis adsocians, ut esset patre incolumi parricida. putas euasisse te debitum de non inlata genitori morte supplicium: ut esses nocentior, pepercisti. potuisses cruciatus, quos intuleras, ultimo patris fine concludere, si medica manu iugulum praestitisses: prima est malorum tuorum adinuentio creatoris proprii exitium nec remouere ut pium filium nec ut crudelem decet inferre. quid est quod inter utramque uiam, exquisiti inuentor periculi, neutram sectatus pasceris promulgata tabe genitoris? uixit te procurante eo infelicior pater, quod mori te procurante non meruit. nemo, sanctissimi, dubitat mundi istius mala aduocata nece sepeliri et communem sortem uotum esse inter aduersa constitutis: necesse est optari quod modum ponit amaritudinis. rogo, quibus est beluis conparandus qui procuratione sua infert dura sine termino? cuius doli, dum manus abstinet ab auctore lucis, leto commutanda pepererunt? iam erat genitor istius annorum fasce contritus: iam per tremenda senis membra aeui depopulatio uestigia olim robusta subuerterat: iam diuturnitatis morsibus in rugas, quae declarabat hominem, forma uergebat: non tamen sine spe subsidii ad maturitatem peruenerat, cui iam maior suboles adridebat. potiori fiducia ad uictum congregata dispersit quem semper scimus horrea sua in pignoris alacritate posuisse. omen putauit cogitare de substantia cui existebat natus incolumis, ad gelidam canitiem hoc putans posse sufficere, quod reparatus in

1 possit *B* scele^ri^bus *B* 2 **ēet *L* incolumni *L*¹ 4 innocentior *Sirm.* peperisti *T*¹ 5 manu iugulū medica *V*, manum tuorum iugulum media *L in ras.*, manu iugulum medica *P*, manum iugulo medicam *Sirm.* 6 prestetisses *B* tuor̄ *V in mg. add. m. 1* creatoris/// *L* 7 exitum *L*¹ 8 utrumque *B*¹ 9 inuentior *B* neutrum *B*¹, necutram *L* promulga *L*¹ 12 sepiliri *V* 14 amaritudini *fort.* 16 autore *B*, actore *T* laeto *B* commulando *L*¹ 17 face *T*, face *LV*, falce *P* 19 diuturnitates *LT*¹*V* rogas *B* 21 ma**turitatem *L* subolis *B*, soboles *LTV* 22 q̃m̄ *T*¹ 23 in** *L* omen] on' *T* potauit *B* 24 exsistebat *B* gelidem *T*¹ 25 potans *B*

prosapie annis uiridioribus non merebat, cum repente egregius iuuenis tali patrem securitate nudauit. uellem paulisper, uenerandi cognitores, ad hunc uerba conuertere: sed reor perire monita, quae profligatis moribus exhibentur. putamus, uenerandi hominum, ad hos usus prolem cuiuspiam magisterio peruenire? sufficit germini institutio naturae, quando quod solent facere doctores infundit eorum pectoribus lex humana. non est ex accidenti bonum debita conplere, nec deesse potest ratione praeditis quod auibus probamus insertum. uersa uice aquilas legimus fetuum ministerio pasci, et beneficia parentum, quae inplumes nati, quando ouorum tunicis exuuntur, indepti sunt, quadam districti aequitate restituunt. non putant uolucres esse liberum accepta denegare: quale est ingenium quod circa diligentiam suorum alites nescit imitari? transeo multiplicibus exemplis luporum rapacitates: ieiuno escas parentibus ore deferunt et inpasta uisceribus fera ad creatores suos currit ore locupleti. uos perpendite conscientiam rei, quali poena digna sit quae inusitata conmisit, quia propagantur inpunitate uitia et, nisi iudicantum censura succurreret, peccandi uis per generale corpus exiret.

1 prosapiae *BL* ueridioribus *B* merebat *B*, peribat *LTVb* 2 securitatem *L* uellim *B* paulisper] facilis per *B* 3 cognitoris *B*, genitoris *L*¹ sed reor] sedicio *B*, *an* sed scio? 4 potamus *B* 5 hos usus] occisus *B* 6 instituti *B* 7 doctoris *B* infondit *B*¹ pe(c)toribus *B* 8 adcidendi *B* de•esse (c *eras.*) *L* 10 aliquas *T* parci *B* beneficium *Sirm.* 11 quae *scripsi*, quod *libri* inplumis *B* °uorum (o *s. l. m. 2*) *L* tonicis *B* intecti *Pb* 12 equitate *B* 13 esse uolucres *B* adcepta *B* 14 aliter *B* a multiplicibus *B* 15 luporem *B*¹ rapacitatis *B* ieiunio *L*¹ escar *B* 16 inparta *L*¹ fera (e *ex* o? *corr.*) *B* curret *B* 17 digni *B*¹ 19 iudicantium *TV* succurrerit *V*¹ uis uis *B*

XVIII.

DICTIO IN TYRANNVM QVI PRAEMII NOMINE PARRICIDAE STATVAM INTER VIROS FORTES DEDIT. DATA ARATORI V. C.

Quamuis, iudices, uirorum fortium effigies mansuro perenniter aere seruentur et per haec simulacra nesciant obitum uel sepulti, quamuis in aeternitatem migret per has artes imago mortalium et angustam humanae naturae legem uincat industria: tamen uirtutis pretium nec parricida aliquando meruit nec tyrannus exsoluit. quando munus innocentium aut sceleratus elicuit aut oppressor libertatis ingessit? statua, uenerandi praesules, sudoris fructus est, iudicio reddenda purissimi, ut in utroque congruus nitor nec suscipientem deuenustet, si indigno auctore prouenerit, nec, si conferatur inmerito, maculet largientem. si libera aduersus tyrannum uox est uitia detestantis, si licet sub tutore criminum culpas urgueri, dicam quod sentio. inter duos nefarios res honesta uolitauit et neutro munita praesidio, nec a quo procederet nec ad quem deflueret, cognoscebat. res dudum decreta fortibus et sanguinis conparanda suffragiis, ad quorum peruenerit iura, respicite, ut eam tribuat usurpator imperii et accipiat patris extinctor. quo me uertam, nescio: inter uirtutum tuarum, uenerande princeps, deprehensus abrupta nescio, utrum adcusem quod tyrannus es an quod honoras praemio parricidas. utrique digni crucibus et de praesenti uita culleis effugandi. non creditis sufficere, uos debitum uitasse supplicium, nisi et tu quod non licet tribuas et ille quod non meretur

XVIII. 3 forter *L* dederit *T* 4 aratori u. c. *TV*, aratorii *L*, aratori *B*; Controuersia quinta *inscr. add. Sirm.* 5 iudicis *B* 10 innocentum *Pb* 14 autore *B*, actore *T*, auctori *Sirm.* 16 si licet] scilicet *B*, sed licet *Pb* 17 urgeri *LTV* nefarius *B* honesta. *T* 18 presidio *B* procederet *b*, procederit *BLT*[1]*V*, processerit *PT*[2] 19 deflueret *b*, defluerit *BLT*[1]*V*, defluxerit *T*[2] 21 eum *L*[1] usupator *L*[1] 24 es] ē *B* 25 effugandi (i *in ras.*) *B* 27 ṣet *B* meritur *B*[1] *ut uidetur*

acceperit. iam dudum a te ista per audaciam praesumpta sunt, cum arcem iustitiae profligator intrasti, his ad dominatum euectus suffragiis, quibus in altero statuam contulisti. necesse est, amplissimi hominum, uniuersos fouere quod fuerint, nec utiliter nisi ab emendatis corriguntur excessus. prodigus frontis est qui punitorem mali credit facinorum sectatorem. iudicis conscientia constringitur necessitate secreti et non putat liberum condemnare in subiectis quod ipsa non dubitauit admittere. quantis successibus aut quam uariis incrementis ad haec, sentina criminum, peruenisti, ut tibi liceret ad sublimia peruenienti in tantum peccare, cum uelles, ut probrosos ad potiora statuis inuitares? tu libertatis saporem felle seruitii conmutasti: ille obsequia patri debita uertit ad gladios. quantum laudanda sint quae laesistis aduertite et feriato ore adcusantis quid mereatur pater et ingenuitas aestimate. tu absoluta colla iugo miserrimae condicionis adstringis, apud illum nihil praeualuit lex naturae: hoc tu circa patriam geris quod intulit hic parenti: in eo fortasse crudelior tu credendus, quod dura imperia sub uitali quadam morte dispensas nec illis, quibus est desiderabilis obitus, quasi medica manu praestas exitium: ille non passus genitorem in mundo subsistere pernici ictu eripuit uitam lucis auctori. nescio qua sint criminum diuersitate discreti: interim, si liceat, poena iungendi sunt. si te circa ciues alicuius supercilii tumor eleuasset, reum te designaret laesa communio et priuatae abiuratorem dulcedinis inmoderata nuntiaret erectio. si ille creatorem toruo lustrasset aspectu genitore incolumi, habuisset meritum parricidae. uidete quid dignum his sit, qui ad delictorum fastigia

1 acciperit *B* 2 iusticiae *B* 3 statūa *T*, statua *V* 4 uniuersus *B* quod (od *corr.*) *T* 5 correguntur *B* 8 condempnare *libri* 11 uellis *B* probrosus *B* 14 sunt *V*[1] lesistis *libri* 15 pater et] patrum *Pb* estimare *T*[1] 16 meserrimae *B*[1] conditionis *libri* 19 imperia dura *T* 21 immundo *T* 22 eripuet *B* autori *B* nesci° *V* sunt *Sirm.* 23 pena *B* 24 tumor• leuasset *T* 25 te *om.* *B in fine lineae* priuate *B* 26 toruo] turbo *B* 27 incolomi *B*

peruenerunt. nihil est quod residuum aut adflicta credat patria aut pater extinctus. facessat a nobis, principes uiri, argumentis acerbare conmissum. sufficiunt nuda reorum uocabula, nullo defensionis munienda priuilegio. addam sane delicto quaedam, quae sunt praecelsa reatuum, ne ulla res uideatur de actione subtracta, quam sagacibus, ut aestimo, uestigiis inuenistis. ambitur parricidae statua fortium uallata lateribus, et simulacrum, quod aut litteraria cura peperit aut Martius campus refudit, huius imagine posthabetur. duriter, si creditis, ferunt tot euecti titulis nulla se ab effusore paterni sanguinis retributione distare et, si qui animabus reliquus uigor est, deflent praemia sua, quae adnisu roboris exegerunt. ubi honestas, ubi studii liberalis efficacia, ubi munus pro patria dimicantis, si aereas formas arcis possessor exhibet et qui genitoris funus procurat optineat? uos tantum digna meritis exhibete tormenta, ne, si inpar poena impetitos addixerit, nec uobis debeatur laudatio directa censendi. uno itinere uita pellantur quibus paene par extitit sors delicti.

XVIIII.

DICTIO DATA AMBROSIO IN ALEATOREM QVI AGRVM IN QVO PARENTES EIVS ERANT POSITI PRO LVDI PRETIO DEDIT.

Postquam, iudices, deforme aleatoris studium deductus ad exilitatem census euaserat et crescentem certandi curam facul-

2 principes *P*[2] *et Sirm.*, principis ***BLP*[1]*TVb*** 3 acebare ***B*** 4 minuenda ***T*** adam ***B*** delictu ***B*** 5 quedam ***PT***, quodam ***BLVb*** 6 de *om. Sirm.* 8 litteraris *Sirm.* 9 imaginem ***LT*** p'hr'e (*i. e.* posthabere) ***T*** credentes ***B*** 10 ab effusore se ***LTV*** 11 reliquos ***B*** 12 premia ***B*** 13 efficatia ***B*** 14 arcis ***BTV***, artis ***LP*** (*cf. p. 477, 2*); quas arcis *fort.* 15 genitores ***L*** obtineat ***BT*** 16 pena ***B*[1]*T*** impetitos ***Pb***, impetitus ***BLTV*** 17 directa] delicta *fort.* 18 poene ***B*** existet ***B*** sorbs ***B*[1]** dilecti f̃ ***B***

XVIIII. 20 data] dicta *b* alteatorem ***B*** 21 ludi pro ***T*** 22 dedit] Controuersia sexta *inscr. add. Sirm.*

tatum defectus addixit, coeperunt a turpi praemio nec parentum sepulcra subduci, coeperunt expectari dubia casuum de fauillis et ridenda proponi contentionum momenta de lacrimis. ubi sunt qui dicunt perfunctas luce animas nihil cum huius mundi cultoribus habere commune et post saeculi segregationem diem suum habere translatos? ecce iam maiores istius prope quae obtinuerant sepulcra senuerunt et re ipsa per diuturnitatem requirunt busta iam tumuli: et tamen apud comisatorem inprobissimum adhuc creduntur in illis intentionis pretia non perisse. post longa uitae curricula fortuito nil debentes euentum manes iubentur expectare de tesseris: post profligatas, quas parentes tui per longam parsimoniam opes collegerant, post multa argenti aurique pondera, quae iutura heredem parcitas sub dimensione seruauit, urnas ueterum, ut essent in praemio tabulae, sterilitate deterior proles honorasti. si mausolea praecedentium minor posteri cultus ornaret, esset plectenda neglegentia et spectaret de illis poenam iudicibus, qui filiorum suorum mores in alienis cupiunt emendare commissis. pro festiuitate certa temporum lege redeunte, pro sertis et quibus animae pascuntur muneribus, credidisti nefas, si genitorum tuorum sepulcra dominos non mutarent. non tibi licuisset domos ultimas pro abducti ab hostibus pignoris tui redemptione distrahere. quaero quae sit necessitas quod alienum uideo in parentum tuorum cineribus possessorem: et nihil mihi aliud nisi ludus opponitur. o misera mortalium condicio, et cum denegantur desideria et cum infelicius conceduntur! quotiens creatores tui sollicitis deum mouere suspiriis, ne de huius usura lucis, quod infaustissimum creditur,

2 sepulchra *LPV* exspectari *LTV* causuum *L* 3 monenta *B*[1] 4 nil *T* 6 translatus *B* 7 sepulchra *LPV* re ipsa *scripsi*, de ipsa *B*, de ipsis *LTV* 8 requirunt *Bb*, fiunt *LTV* tumulis *LTV* comesatorem *LV*, comessatorem *T* 10 fortuitu *B* 11 exspestare *TV* 12 parentis *B* colligerant *B* 14 particas *L* 15 stabulae *T* 16 praecidentium *B* 17 negligentia *BT* 20 pascantur *B* credidistis *L*[1] 21 sepulchra *LV* dominus *B* 22 domus *B* abducti *scripsi*, abducta *libri* 25 alius *B* mortalis *LTV* 27 creatoris *BLb* deu| *L*[1]

sine legitimo herede transirent? quotiens futuri mens nescia proximitatem mortis incurrerat de pallore progeniti? editus institutus eruditus ad hanc messem, iudices, ieiuna pudoris mente peruenit, ne in iure suo patiatur esse, postquam uniuersa perdidit, patrimonii largitores. damnamus in scelerato uoluntatem turpissimam: nam contingit forsitan, ut ad probos dominos priorum tuorum ossa beneficio leuitatis emiseris. communis est uniuersis defunctorum reuerentia et circa religionem sorte ultima conditorum dignam poscit humanitas uniuersa culturam: excellentius tamen maioribus nostris debita suprema redduntur, quos ita sibi ueneratio proponit ante oculos, ut dis credamus exhibitum, in quibus defunctorum mandata peraguntur. seruamus uniuersa quae iusserint, non credentes inpune contingere, quod de eorum fuerit praeceptione uiolatum. non inuenio nouum facinoris genus qua explicem nouitate sermonum. quibus fuit sacrilegium non parere, quale est eorum suprema domicilia pro ludicris uendidisse? credite, cognitores, stare ante oculos uestros tot istius atauos uindictae tempora praestolantes, quorum placatione mansura in posterum circa parentes diligentia poterit sine labe sanciri.

XX.

DICTIO IN EVM QVI IN LVPANARI STATVAM MINERVAE LOCAVIT.

Semper uenerandorum iudicum ancipitem credimus fuisse sententiam de confusione peccati. ibi cognitoris, quo potissimum

1 in (sine *supra*) *B*, sene *b* quotiens—progeniti *om. Sirm.* 3 ieiunia *L* 4 in *om. L* 5 dampnamus *LTV* 6 torpissimam *B* contiget *B* 7 lenitatis *T* 8 relegionem *B* 11 su·prema (p *eras.*) *B* 12 diis *PTb* 16 est *om. T* 17 uendedisse *B* 18 illius athauos *T* uindictae *Pb*, uindicta et *BLV*, uindictā et *T* 19 praestulantes *B* 20 saciri *T*[1]

XX. Incipit dictio *B* 23 locauit] Controuersia septima *inscr. add. Sirm.* 24 accipitem *L*

uergeret, haesit deliberatio, ubi dubia extitit sors delicti: nam definitionem aequitati congruam sicut uitia manifesta exigunt, ita obscura suspendunt. quando in luce est facinus, quid spei remanet addicendo? percipite, quaeso, animis et interna aestimatione tractate, qualis sit qui et uirginitatis oculos et lupanaris secreta uiolauit et in utroque sacrilegus nec flagitia ueneratur, quibus inimicam testem adhibuit, et castitatis profligat ruborem, quam indignis adsociat. expostulo a te, humani generis ostentum, qui leuitatem tuam ad erigendum Mineruae simulacrum religionis cultus adduxerit, dum integritatis hostem inlata de loci foeditate monstret iniuria: nec reuerentiam te exhibere Veneriae pollutioni clamat publicata corruptio. nesciunt peccandi terminos qui ad transgressionem sceleris excessuum amore prouocantur: modum in erroribus ignorant qui crimina excelsa moliti sunt. dum Dionem et Palladem, diuersissima numina, peregrinantibus mancipata sententiis in unum fabricata deridens arte coniungis, fecisti religione tua acerbius quod delinquis. res summo digna piaculo, miscere discordantia et in unum colligere, quibus nisi secretum praestiteris, contumelias inrogasti. creditis inueniri hominem de hac mundi gemina conuersatione neutrum tenentem et nec amicum uirtutibus existere nec fidum uitiis inueniri? solent aliquos erigere ad despicatum boni operis patrocinia culparum et qui de sapore laudis alieni sunt de licentiae fruge gratulari. at te quae istarum rerum inueniet sectatorem? meliori ordini manus contrarias adtulisti nec inprobis sinceriter obsecutus colla summitteris. odi, principes uiri, morum suorum remissos iudices, condemno qui per neglegentiam serenorum actuum in

1 dilecti *BT*[1] 4 addicendo *B*, ad dicendum *B* (*m. rec.*) *LTVb* 5 tractare *T*[1] 8 roborem *B*[1] *ut uidetur* humano *L* 9 exigendum *T*[1] 12 pbublicata corruptio /// *L* 15 didonem *B* (*m. rec.*) *b* 17 coniungis (is *in ras.*) *B* 18 acerbius (us *in ras.*) *B* summa *V*[1] 19 collegere *B*[1] 20 inueneri *B*[1] 21 conuersione *coni. Schottus* 23 dispeccatum *B*, despectum *LTV* 25 ad te *B*, adde *B* (*m. rec. s. l.*) *b* inuenit *Sirm.* 26 inp*|bis *L* 27 summiteris *B*, sūmittis *T*[1], submitteres *b* 28 condempno *LTV* in *om. L*

dubium trahuntur: execrabilius tamen detestor qui in utroque deprehensi nulli exhibent stabilem conscientiam. pollicentur enim paenitentiae tempore honestati affectum quos fidem uideris exhibere peccatis. si te, scelestissime hominum, ante Veneris delubra positum stimulasset Mineruae recordatio, utramque potestatem male diligens ingenii tui memoria laesisset? fugisses illius domicilium, cuius aduersariam mente retinebas. qui honor est ibi eius statuam conlocasse, ubi dea pudicitiae potuisset commemoratione uiolari? nesciendo, infaustissime, gradibus ad fastigia execrandi erroris accedere, pene postliminio bellum inter caelicolas excitasti. uident illi oculi semper turpia, detestati iunctos quadam obscenitatis lege conplexus. dum procurante te interest lupanaribus captiuum numen, solus es qui ostendisti seruire humanae libidini superorum potentiam et illis eos constringi locis, quibus fuerint a mortalibus deputati. quam dissona erit in adolendis inpensa sacrificiis? unius oblatio numinis alteri dabit iniuriam. nam dum per prouidentiam tuam simplex puluinar gemina superorum potestas obtinuit et in una aede pudor et luxuria conuenit, neuter deuotionem nostram fauor aspiciet: quas tu habitatione miscuisti, nos propriis habebimus offensas sacrificiis. qualia erunt munera, quae gregatim portanda sunt per incestas et uirgines? una offendenda est hilaritate et lasciuia placanda altera. inter uerbenas et tura hostiarum erit causa certamen et inde efficienda sunt irata numina, unde mulcentur. submoueo sacrilegiis prolixam narrationem: moras, quas in

1 dubitum *L* exsecrabilius *TV* 2 deprȩhensi *B* 3 poenitentiae *BV* honestatis *Sirm.* 4 scelestissimȩ *B* 5 **ueneris (ue *eras.*) *T* 7 fugissis *B*[1], fugisset *T* aduersarium *T*[1]*V*[1] 8 qui' *T* 10 exigrandi *B* accidere *B* 11 postlimenio *B*, postlimio *V*[1] caeliculas *B*[1] 12 obscinetatis *B* 13 cõplexis *L* inũsẽ *L* lupanari *T*[1] 14 nomen *B* 16 dissonaȩ|erit (*alt.* e *add. corr.*) *B* 17 numenis *B* 19 ᵉde *L* luxoria *B* 20 fauore| (e *add. corr.*) *B* 21 miscuisto *L*[1], micuisti *T* habebamus *LTV* 22 segregatim *fort.* 23 incertas *L* lasciua *T*[1] 24 uerbena *B* et tura] sectura *Bb* 25 nomina *B* 26 submouero *TV* sacrilegis *b*

luce reus accipiet, inter supplicia consumat, quia deuenustat referentem et alienorum actuum turpitudo.

XXI.

DICTIO [IN PATREM QVENDAM, QVI CVM FILIVM A PIRATA CAPTVM REDIMERE NON DIGNATVS ESSET, AB EO TAMEN ALI PETEBAT].

THEMA. LEX.

Liberi parentes aut alant aut uinciantur. cuidam duo filii, frugi et luxuriosus. piratas utrique incidere. scripserunt patri de redemptione. pater uero uenditis facultatibus piratas expetiit: cui optio data est, quem uellet redimeret, quia parum pretii detulisset. ille elegit luxuriosum, quia aeger erat, redimere. qui cum reuerteretur, in uia mortuus est. frugi piratas euasit. pater petit ut alat. ille contradicit. actio contra Quintilianum suscepta. ille enim patrem tuetur, nos filium. rogo ne arrogantiam putes, qui legeris.

PRAEFATIO.

Numquid fas est aduersus Quintilianum nisi pro ueritate dicere? aut inmemorem sui loquendi facit auiditas qui tribuit uerba iustitiae? fallentes decet urbanitas, dum peniculo fucata mendacii peregrinum decorem laudanda uerbo tenus sumit elocutio. sine solacio oratoriae artis aequitas adseratur: eligo

2 et] etiam *T* turpitudo] explc̄ *add. B*

XXI. In patrem—petebat *inscr. B (m. rec.) b, om. BLTV* 6 tamen postea *B*; Controuersia octaua *inscr. add. Sirm.* 7 thema —*p. 484, 8* iustitiam *om. b*; THEMA—*l. 16* legeris *om. B* tema *T* 8 *pr.* aut *om. TV*[1], *exh. LV (s. l. m. 1) et Quintiliani Decl. V* uintiantur *V*, uitiantur *L* 9 pyratas *LV* 10 pyratas *LTV* 12 eger *LTV* 13 reuerteret *Sirm.* pyratas *LTV* 14 actio —suscepta *om. L* quintillianum *T ut lin. 18* 17 prefatio—*p. 484, 1* probitas *B exh. fol. 161*[a] *post Carm. II 133, in mg. adn. m. rec.* das laſſ aus prefatio est *T* 19 aueditas *B*[1] 20 orbanitas *B*[1] fugata *B* 21 tinus *B*[1] sumet *B* 22 sine] sane *Sirm.* solatio *LTV* oraturiae *B*

pompam, quam probitas defensa parturiet. procedat contra eloquentissimum uirum caelestium fauore munita simplicitas: de fiducia partium nostrarum oritur quod audemus. uos tantummodo, principes uiri, benignitatem uestram salua aurium animorumque cautione praestate, ne coturnus ille sublimior oris facultate qua praeualet in possessione sua credat esse uictoriam. quid est aliud aduersus eius impetus nos iuuare, nisi peregrinantem reducere post interualla iustitiam?

PRINCIPIVM.

Gauderem, cognitores amplissimi, euasisse me pedorem carceris, uincla piratarum, nisi regresso mihi myoparonum loco pater existeret. quaerit a me alimentum, quem nec auro ab hostibus nec lacrimis liberauit. putat quod illi debeat regressus eius proficere, quem cum potuit non redemit. frustra pastum beneficio legis inploras, qui factis tuis naturae iura soluisti. exhiberi uictum patribus ius decernit: non est tantummodo sacramentum istud in nomine. dicat uel pirata, si pater es. meliorem me fuisse mortuo saepe cum loqueris, numquam ostendis esse, cum iudicas. uiam culparum germani decedentis adtendite: ipse magis genitoris moribus par ⟨f⟩uit qui praelatus est: ego quo omine uitam meam per extraneos ab istis actus exegerim, declaratum est, cum me pater praedonibus sponte dereliquit. ualida sibi uidetur aduersus sobolem argumenta proponere, cum propensiorem gratiam meruisse iactet culpa-

1 brobitas *L* defensa — *l.* 8 iustitiam *om. B* 3 laudemus *T* tantum *Sirm.* 5 coturnorum *L* 8 sticiam *T* 9 principium *exp. B m. rec.*; oratio ad indices *inscr. B* (*m. rec.*) *b* 10 conditores *B* 11 uinclas *B* pyratarum *BLTV et sic postea* regress•o *B* mioparonum *T* 12 existerit *B* alimenta *LTVb* ab *B* 13 liberat *LTV* 14 partum *L* 15 nature tue *T* iusa *uel* iura *B* 16 exhibere *L*, exiberi *B* 17 si pateris *coni. Schottus* 18 loqueres B^1 19 ostendit *L* T^1V uiam] inuidiam *fort.* decidentis *BLVb*, *em. Sirm.* par fuit *scripsi*, paruit *libri* 21 homine BLT^1 act//s *B*, actibus *L* 22 exigerim B^1 cum me] culmine T^1 23 dereliquid B^1 24 pproximum *T*

bilem filium et proximum sepulturae. quaeso, iudices, pronuntiate quid debeam. interim clarum est me et cineribus uitiosi fuisse postpositum. non erubescit quicquam ab eo auctoritate parentis exigere, in quo esse noluit quod uocatur. utinam mihi ad hos usus ualitudinem piratarum catena reseruasset! facerem praebitione indebiti alimenti patrem meum pudore captiuum, ut iniustus arbiter de propriae gemeret iniquitate sententiae. cibus enim, qui ab illo praestatur, cui nihil boni mer⟨u⟩eris, exhaurit: ieiuna sunt saturitate sua uiscera, quae non habent conscientiam beneficii ante conlati. nescio quid de duobus filiis homo ille spei suae residuum putet, qui unum terrae reddidit, alterum passus est in perpetua raptorum dominatione seruari. accipiat, nisi confunditur, quicquid exhausta suppliciis membra demerent. non noui quid senex a debilitato flagitet: interim, quod aduerto, sumus ambo pascendi. quid mihi rationem modicae facultatis adducis in medium? qui unum redimere uoluit, sic substantiam suam uendidit, ne pretium pro utroque sufficeret. quis infelicitatem meam, quis miserias possit exponere? cui post Cilicas et ipsa, quam resumpsit, esse fertur libertas obnoxia? dicite quaesumus, iudices, si et in patria mea debitores pronuntiabimur, quid euasi? addidit creator sanctissimus dolere me, quod emisissent uincla germanum. quasi uero tantum a nobis exigat natura seruitium, ut conpenset erepti fratris hilaritas, quod remansi. amorem debemus carnis sociis absoluti. credite dicenti manifesta: nesciunt intrare de altero gaudia hominem pro se timentem. illud enim inprobati more clamat examinis, ditiorem esse quodammodo a quo aliquid poscitur. talem technam in supplicationibus fucata seruat urbanitas, ut utatur conposita

1 queso *B* 3 potest positum *B* quidquam *B* 5 reseruasit *B* 6 facere *L* 7 proprii *L* 9 merueris *scripsi*, mereris *libri* exauret *B* 13 quidquid exausta *B*[1] 14 demerent (*an* demeruerint ?) *scripsi*, gemerent *Bb*, gemerint *LV*, gem(u)erint *T*, gemuerunt *Sirm.* 15 interea *LTV* qd *L*[1] 17 qui dum *fort.* 18 sufficerit *B*[1] 19 m(i)eserias *B*, miserias meas *LTV* qui *LTV* ciligas *B* 20 resumpsit *B* quesumus *LV* 22 dolore *B*[1]*L* 23 nobis] nobilis *T*[1] 25 debimus *B*[1] 28 tegnam *BLT*[1]*V*, teguam *T*[2] 29 fugata *B*

humilitate pro iaculis, quatenus conmento superbae abiectionis nihil ei relinquat liberum, qui rogatur. licitatum pro ambobus censum testatur, quem pro uno constat expensum: expectat geminam gratiam de beneficio singulari. nescio utrum quaerendum sit quid cogitauerit, cum apud uniuersos liqueat quid fecerit. exhausit partium tuarum defensiones pirata, qui de nobis praestitit optionem: teneat quae sola desiderauit sepulcra de filio pater, qui tantum moriturum redemit. nam qui sano languentem praeposuit denuntiauit se horruisse uicturum. quid de superstite poscas, nescio, habens in consolatione lacrimas, quas emisti.

NARRATIO.

Perpetuo, iudices, honestatis culturam et in aetate peccatis amica seruaui, subtrahens inpensas desideriis puerilibus, unde posset aeui gaudere maturitas. huius rei frugalitate fecimus, ut remaneret patri quod pro luxurioso filio posset offerre. quid de patrimonii exilitate causaris? si par moribus extitissem, usque eo perducta res fuerat, ut neuter potuisset absolui. inaequalis est arbiter, qui proficere uoluit alteri quod nostro pudore condidimus. quantum adserit paterna districtio, causa nobis diuturnae captiuitatis probitas fuit. sanus diligens patri fratrique sedulus, talis reduci non meretur in patriam et, nisi extitissemus una sorte captiui, sorduisset suspicione nostra regressio. aequales calamitate fuimus, sed patris amore distantes. felix luxuriae suffragio iuuenis et ante magnam partem communis exhausit substantiae et ipsi profuit quod remansit.

1 quatinus *B*'*TV* supbae (*supra* p *ras.*) *B* obiectionis *LTV* 3 consta/// *B* exspectat *LV* 5 liqueat quod (q̧ *T*) *LTV* 6 fecisset *B* exausit *B*' 7 sepulchra *BLT* (se *T s. l. corr.*) 8 redimet *B* 9 langescentem (u s. l.) *T* se• *L* uictorum *L* 10 habes *B* (*m. rec.*) *b* consulatione *B* 11 emisisti *L* 13 iudicis *B*' p̄e|catis (c *in ras. m. 2*) *L* 15 possit *B* 16 luxorioso *B*' possit *B* 18 posset *LTV* 22 tales *B*' *ut uidetur* meritur *B* 23 extitissimus *B* suspitione *LT* 24 regessio (r s. l.) *L* 25 luxoriae *B*, luxuria est *LTV* 26 exausit *B*

me miserum et semper paterna iudicatione captiuum! prolusi in pace ante quod pertuli et, dum recti iter teneo, indicio parsimoniae, qualiter inter hostes uiueretur, agnoui. hinc est quod cibo, quem ministrauit feritas illa, contentus uixi inter ultima solacio consuetudinis, non humanitate raptoris. quaero cui me seruauit usus ille frugalior, si aequi obseruantia patrum meretur offensas?

OBIECTIO.

Quid quod barbarus dixisse se perhibet, unius pretium pertulisti? debitum semper accipiunt obiecta responsum. de nulla pependisti auctione sollicitus: aurum quod exhibueras ante preces inimicorum oculis obtulisti. dum sic tibi uniuersa procederent, a nullo potuit ambigi quod sufficeret desideriis tuis unius liberatio. mox tamen ut illa antra repleta squalore mortis intrasti, quid esses electurus, antequam optionem tribueret pirata, cognouit. non descendit ista de amore trepidatio: nihil ostendit ambiguum qui de duobus filiis per omnia signa diligentiae, quasi ad unum uenisset, adnuntiat. post egressum tuum fortiores me artauere custodiae: diuinitati gratias, si libertatem meam et hoc tutata fuerit, quod euasi. tua interim ad inimicos uocem uidetur emisisse sententia: nisi studiose quem relinquo seruetur, elapsurus est. dis ducibus fuga nostra ante oculos hostium locata efficax fuit.

EXCESSVS.

Praeterea, ut est fandi locuples pater et uiuendi diuturnitatę didicit praesentare quod loquitur, callens inponere necessitatem

2 antequam *T* 4 cibum *B* *fort. recte* contẽptus *T*[1] 5 solatio *B*[1]*LT* 7 meritur *B* 9 se| *B* praetium *B*[1] 11 autione *B*, actione *T* exhiburas *B* 13 sufficerit (*corr. m. rec.*) *B*, suffecerit *LTV* 14 scalore *T* 15 quid] squama quid *B* elicturus *B*[1] op***tionem *L*, optionem (˜ *add. m. 2*) *V* tribuerit *B*[1] 16 pyrata (y *ex* i) *B* discendit *B*[1] amore (a *ex* t *corr.*) *B* 19 me *om.* *B* arctauere *B* 20 hoc *T*, hic *BLVb* tutata fuerit *Bb*, tutauerit *LTV* 21 inimicus *B* studiosę *B* 22 reliquo *LV* elapsus *B* *recte fort.* diis *T* 25 locuplex *T*, locuplebs *B* et] in *T* diuternitate *L*[1] 26 loq̃r *T*

mentibus per auditum, dicit omnibus in humanitate degentibus cibum esse communem et ab uno flagitat quod non licet quemquam negare, generaliter allegans deberi uniuersis quicquid terra produxerit. sed quando in communem usum seges triticeam subolem et liquorem uineta fundebant nec uiritim tellus erat distributa cultoribus, nullus inter hostes filium sic reliquit, ut crederetur gemitus praetulisse seruitiis. ignoro, iudices, postquam elegerit lacrimas, de superstite quid requirat. sed metum nobis legis obiectat et quod inter parentes et liberos scriptum est sibi deberi uult qui nihil exhibuit de parente. uoluntatem nostram, dum cogimur, quaerit et desiderat hoc nos exhibere pietati, quod ipse professus est excusantem non posse negare formidini. numquid misericordiae locus est ubi instat imperium? quod non licet subtrahi non possumus dicere liberalitate conferri: clementia nisi ingenua non uocatur: quicquid non dare praeuales, ceu sincerum munus conputa, si dedisti. at frequens nobis naturae iteratio et sanctum creatoris nomen obsistet, quasi usura lucis dono parta caelestium inter illa, quae ab hominibus tribuuntur, possit adscribi. sacrilegium est superorum indulgentiam semen dixisse mortalium: de sola habet libidine testimonium pater crudelis. iungit etiam oneribus meis, dum reposcit solacia destituti, dicens sibi ciuitatem potuisse succurrere, ni redissem. quid aliud uoluntas ista manifestat, nisi ut rursus me pirata suscipiat? si grauis est inempta uisio prolis tuae, certe uel quod soles magno conparare, meum bustum sine pretio possidebis: aetas quidem pollicetur uitam, sed tormentorum magnitudo, quam acerbiorem te digresso pertuli, promittit exitium.

2 comunem *V* 3 quenquam *T* alligans *B* quidquid *B* 5 sobolem *B* (*corr.*) *LTV* licorem *B* uiritem *B*¹ 6 erat *B s. l.* 7 reliquid *BLT*¹ crediretur *B* seruitiis (ii *in ras.*) *L*, serui *B*, serenis *fort.* 8 eligeret *B* superstite (persti *ex* peristote? *corr.*) *L* 15 conferre *LT*¹*V* 16 quidquid *B* praeualis *B* ceu *om. B* sincerum munus *scripsi*, intermunus *LTVb*, inutermunos *B* 17 ad *B* 18 obsistit *B* (*m. rec. s. l.*) *b* 22 honoribus *B* solatia *LTV* 23 succurre *L* 24 pyrata (y *ex* i) *B* 26 conpararē| eum *B* prętio *B* 28 degresso *LT*¹*V* promittet *B*

EXEMPLA.

Deinde protulisti exempla paterno digna proposito: sed interpretatione uiluerunt, quasi aetas cana desideriis tuis formam et non imitationem sanctis praestiterit institutis. quid magni Aeneae humeri ponderis de creatoris fasce senserunt? aut pressit filium corpore, cuius ipse fuit saepe baiulus actione? uis scire quia eripi de hostibus meruit? ante oculos locatum est quod noluit, ne grauaret, credens sibi sepulturam procumbentis Ili ruina praestari, et ne procedentem natum uita digniorem senilia membra retinerent, occasum ciuitatis dixit satis esse pro tumulo. ille praedonibus euadente filio remanere uoluit: remeasti ad patriam tu relicto. quid nobilia Scipionis pro genitore suo facta commemoras? ille pro auctore sedulo dum se optulit, totum dedit, sed non consumpsit uniuersa quae debuit. semper uotorum bonorum est causa consimilis nec discreta sunt studia benignitatis. pronuntiat quid de filio mereatur qui eum ad officia naturae nisi coactum aestimat non uenire. uincula, nisi paream, lex minatur: quid refert? ad hanc me consuetudinem suppliciorum a te procurata formauit diuturnitas, quamuis longa poenarum tolerantia non faciat contumacem. miror tamen, si quod effugi de barbaris pater intulerit: nihil est unde declinentur praedones, si sors ipsa sequatur in patriam: una est, quantum uideo, genetalis soli et peregrinationis aduersitas nec dispar amaritudo redeuntibus et captiuis. nequaquam tamen quid intersit inuenio nec quae potissimum ceruices meas catena nectat inquiro: rigentis ferri nexus incurram aut gulae uectigal exhibeam, una condicio est. ieiunus epulas portabo satiato et, quod est

3 interpretatione *B* 4 imitionem T^1 5 censerunt T^1 6 pressit] pera|esset *B* 7 quia] qua re *fort.* 8 sepulturā* (p *eras. uidetur*) *L* 9 illi *B*, ilii *LTV* procidentem *B* 11 ẽe *ex* ẽ *L m. 2* cumulo B^1 13 commemorem *B* (*m. rec. s. l.*) *b* ille] cum ille *LTV* sedulo] suo *T* 15 bonorum] beatorum *T* 17 nisi *B s. l.* 18 uincla *b* peam *B*, per eam *b* quod *Bb*, qui *T* 20 quanuis *T* penarum *TV* 21 si *B*, nisi *LTV* 22 praedationes *T* sors (r *in ras.*) *L* 23 genitalis *LTV* 27 guilae *B* 28 conditio *LTV* aepulas *BLV*, epłas *T*

deterius, non amanti. quantis oblata a me proiciet alimenta fastidiis? quo deuotionem meam rancore calcabit? homo quem misericordem habere, et dum essem inter extrema, non potui. ex aequo me et germanum meum redemptionem litteris poposcisse denuntiat, paribus absolutionem inplorasse lacrimis, in simili epistulas constitutos sorte dictasse. non renuo, non refuto: habet de hac obiectione uictoriam. illud tamen flagito, quae causa fecerit ut quod, ⟨dum⟩ duo poposcerunt, duobus est debitum, unus acceperit? pro utrisque maria intrasti et liquentis elementi minas, quantum adseris, pietate duce transisti. quis de gemina caritate credat homini cum uno redeunti? numquam misericordia nisi periclitata laudatur: quo pudore cessante effectu praedicatur affectio? numquid semper secretum pectoris innotescit ueraciter claue sermonis? pietas, quae non etiam muta rebus tenetur, ostentum est. inter omnes homines inconuulsa amor radice subsistet, si ualet ista iactatio. lex dicit: "aut alat aut uinciatur". clamat pater: "pastus iste parenti, uel si non redimat, iam debetur". ad has te equidem partes, cum ab officio, cui eras per naturam obnoxius, cessares, armasti: proficit uentoso munimini quod genuinae negatum est turpiter puritati. crede mihi, lex cum parentem locuta est, non tacuit redemptorem: hortata est iussit extorsit uniuersa sufficienter inpleri religiosi operis sacramenta per nomina. calamitas mea sensus tuos ad huius rei intellectus obnubit: redemptio filii, quae est in diligentia necessitudinis, esse nou potuit et in praeceptis. impietatem meam et in liberatione fratris inuidiam, dum Ledaea pignora laudas,

2 quo] qui *B* 3 inter (r *in ras. corr.*) *B* 6 simile *B*[1] constitutus *B*, contitutos *L* re*|nuo *B* non refuto *Bb*, non rerum *LTV* (*sed* renuo ñ rerum *V in spatio uacuo add. m. 2*) 7 habeat *B* (*m. rec.*) *b* abiectione *L* flagitio *B* 8 dum *addidi*, *om. libri* 9 acciperit *B*[1] liquenti *L* 10 moenas *B* 11 caritate *B* 14 innotescet *B* claue (c *in ras. ex* a? *corr.*) *L* 15 homines omnes *T* 17 uintiatur *V* clamet *B* 18 debitur *B*[1] 19 aequidem *B*[1] 20 cessares *scripsi*, cessaris *libri* munumini *L*[1] 21 gemine *T* 24 tuus *BLT*[1]*Vb* 25 obnubet *B* fili *B*[1] 26 et *om. LTV* 27 ledea *LT*, laedea *B* laudat *B*

accusas. nescis quia, si inter illos tuae distributionis processisset aequatio, generasset errorem: nam unum in perpetuo decore lucis, alterum in iugi noctis possessione damnasses. mentior, si alia iudicia tua extitere de filiis. quidnam esse censuisti, cum unum numquam habiturus pirata dimitteret, alium numquam relicturus quasi patre tradente retineret? quicquid post oculos tuos in illa ferali terra sustinui, a te processisse non dubito. spes mihi uniuersa consumpta est, postquam sine me de solo barbarico redemptor abscessit. quas naues ad litora inhumana tendentes non primus inspexi et quicquid uanescente uisione non sequebantur oculi mente conprehendi, quia sagacius inspiciunt aliquid qui promptius praestolantur? quotiens ante aduentum tuum, si quando nos lustrare aerem pirata permisit, in extraneis mihi personis pater occurrit et uidi has, quas sibi amor sine mentiendi dedecore pingit, effigies? his imaginibus diu sollicitata corda feriuntur. heu! quotiens renuenti mihi cibos, quos pirata praestabat, hac barbarus consolatione subuenit: "nil metuas, nil de hac adflictione suspires: si creator tuus superest, parum a libertatis statione seiungeris." ecce aliquando adfuit sors cupitis: alacer mihi aduentum istius et praedo nuntiauit. non longe fuit ab integrae amore clementiae qui redemptorem laetus excepit. non habuimus, iudices, dominos inhumanos: fuerunt qui potuissent et prece molliri: si auri inopiam conpensassent lacrimae, uno tempore utrosque reduxerat: testatus est noluisse fieri quod non est magno precatus inpendio. expendite, quaeso, quid a me iure postulet qui mihi in ultimis nec supplicatione subuenit. adiecisti quod priuilegiis naturae

1 inter] pr *T* processisset ergo *B* 2 in] etiam *T* 3 in] etiam *T* damnassis *B*[1], damnasset *Sirm.* 5 pyrata (y *ex* i) *B* demitterit *B* 7 sustenui *B* 9 *abcessit *T* 10 littora *T* 11 uaniscente *B* sequebatur *L*[1] 13 praestulantur *B* *si *L* 14 mihi *om.* *T* 15 pt̄ *ex* pt̄? *L* *corr.* 16 pinget *B* 17 rennuenti *B*[1] cibus *B* 18 prestabat *B* subu*enit *L* 19 suspiris *B* patrum *B* 21 capitis *B* 24 prece *B* 26 praecatus *B*, imprecatus *V*[1]

munitus sis et quod in me deliquisti non liceat uindicari. sed non habet innocentiae praerogatiuam qui defensionem suam locat in apice. insons actionis luce niteat: citra dissimulationem crimina confitetur qui in hoc tutelam suam aestimat quod praecedit: reos nulla defendit auctoritas: in facinerosis sacramenta nominis euanescunt.

EPILOGVS.

Et hoc, sanctissimi cognitores, ita post custodias latronum alio labore pectoris allegaui, quasi, etsi essem ⟨non⟩ debitor, ualerem exhibere quod poscitur. non considerat spoliata carnibus ossa, dominorum inhumanitate sordentia, et patefacta per carnifices naturae secreta non respicit. in corpore meo in lucem quicquid homo est tormenta protulerunt et penetralia uiscerum instante crucibus barbaro, cum pater mihi dedignaretur adesse, uulgata sunt. modum transit atrocitas, quae uel in debitis exigendis non principe loco uires interrogat. tu cum uideas aetatis in me ualitudinem miseriarum fasce mollitam, cum aeui robur multiplicium calamitatum uarietate contritum, cum et necessitates senectae habeam et inuidiam iuuentutis, non a me desistis poscere quod et hostis remisisset exhausto. tu accipies tributariam functionem, et adhuc me magnitudine nominis et genio parentis incessis, cum miserationem, quam debes cuicumque homini, despicias exhibere uel pignori. superna dispensatio hac intentionem tuam mercede locupletet, ut rursus prolis tuae funera uotiua respicias et qui grauaris de uiuaci praesentia desideriorum summam capias de sepulcris.

2 prorogatiuam *L* deffensionem *T* 4 tutelam] titulam (u *s. l. m. rec.*) *B* suam (u *s. l. m. rec.*) *B* 5 reus *B* facinorosis *T*, facenorosis *B* 7 epilogi *B* 9 non *addidi*, *om. libri* 11 sordentiae *B* 12 respicet *B* 13 protulerunt tormenta *LTV* 14 cruciatibus *LTV* 17 miserarum *T*[1] 18 robor *BLV* 20 exausto *B*[1] 21 functationem *T* 23 debis *B*[1] *ut uidetur* 24 locupletit *B* 25 respicies *L* 26 sepulchris *BLV*; finit *add. TV*; ennodius emendaui meam deo meo iuuante *subscr. B* (*exp. m. rec.*)

XXII.

D I C T I O.

PRAEFATIO.

Copiose quidem egregius adulescens inuentorum suorum diuitias in ordinem digerens uerborum quoque ubertate dotauit et quae pro religione esse credidit digno reuerentia ore deprompsit. sed procul opinionis insidiis cessent malignorum commenta tractatuum. non nos contra Aratorem dictionis pectus opponimus, sed nec erumpentem in lucem laudis palmitem inimica falce truncamus: sed quem uerborum callem sequi debeat demonstrantes, scimus in illo nobis clarius, si eum praeferri contigerit, triumphandum, quia de nostro hausit quicquid deo amplificante de scientia opum largus effuderit.

THEMA. LEX.

De capta ciuitate hostium sacerdotes et uestales uirgines liberi dimittantur.,

Post secundos bellici certaminis euentus inter triumphos et laureas uires habere non potest lex ad resistendum recitata uictoribus. quid gladiis per affectionem mortis egimus, si erit quod post proelia formidemus? iacet ante oculos meos quicquid hactenus minabatur exanimum, et postquam fusa est

XXII. Dictio *om.* ***BLTVb***; Controuersia nona *inscr. add. Sirm.*
4 copiosae ***B*** adolescens ***B*** 5 deserens ***B*** ▒ donauit ***L***, ditauit *Sirm.* 6 relegione ***L*** orae ***B*** depromsit ***B*** 7 insidiis *scripsi*, insidias *libri* 8 tractuum ***B*** non *om.* ***LPTV*** 10 truncamus (tr *in ras.*) ***B*** 11 scimus T^2 *et Sirm.*, sicimus ***BLPT***^{1}***Vb***, sic scimus *fort.* illos ***B*** 12 praeferre ***B*** triunfandum ***B*** nostris *Sirm.* 13 anplificante ***B*** largius *Sirm.*
THEMA] In nomine patris et filii et spiritus sancti thema ***Bb***
15 capta c.] capciuitate ***B*** 16 uirginis ***B*** dimitantur ***BT***
17 secundus ***L*** belli^{ci} ***T***, belli ***LPV*** triumphus ***L***, triunfos ***B*** 19 gladii ***B*** 20 post ***B*** *s. l.* praelia ***B*** oculos**** (tuos *eras.*) ***L*** 21 actenus ***B*** fu*sa ***B***

inimica congressio, nescio quid nobis adferunt defunctorum principum decreta terroris. nescit probatae qualitatem uirtutis expendere qui de cartarum freno superbit armatis. adquiescant istis inertia corda repagulis: ego quicquid mihi licentiam tollebat ense dispersi. illud tantum potest nobis quicumque negare, quod nolumus: illum contentus sum habere terminum, ad cuius me transgressionem desideria non uocarunt. mihi quicquid praeualuero habere lex tribuit. otium et toga denegantes aliquid ferant: mihi totum natura peperit quicquid in procinctu constitutus extorsero. sola nobis scripta iura sunt, nil timere. et haec quidem auribus uestris, quasi bona esset formula, quae obiectabatur, adserui. nutrix tamen uirorum fortium lex, uindex libertatis, patriae munimentum, iubet post certamen heroas suos recidiuam intentionem habere de praemio, et gestis non contenta felicibus, dum tollit sudoris pretium, frangit studia dimicandi. ergone bona sunt praecepta quae, ne boni efficiamur, occurrunt? quaecumque fructum adimant laborum, censores prudentissimi, de aliena nos facultate castigant. numquid aequum est habere ualitudinem sanctiones de externo iure conscriptas? aut uidetur rationi uicinum spem de futura possessione praecidere? quid nobis religionis in sacerdotum personis nomen opponitis? deo duce, quem in illis ueneraris, optinui. cuius intuitu desideras eos de iugo nostrae seruitutis euadere, ipso noueris teneri illos imperante captiuos.

1 nescio (sc *in ras.*) *B* 2 principium *B* qualitem *B*[1] 3 armatus *P*[2]*b* atquiescant *L* 4 istis] is *B* cordis *B* 5 quisque *Sirm.* 6 uolumus *b et fort.* *L*[1], uoluimus *Schottus* contēptus *T*[1] 7 cuius] cupis *B* uocarent *L*[1] 8 tribuet *B* denegantis *T* 10 procincto *B* 12 tamen] uitā en *B* 13 patria emunimentum *B* iubet] iob et *B* 14 aeroas *BV*, eroas *LPT* suus *B* 15 contempta *T*[1] tollet *B* praecium *B* 17 nec *T* quaecum *LV*, quecum *LPT* fractum *B*[1] ademant *B*, adimunt *b* 18 laborem *BLT*[1]*V*[1] concessores *L* alieno *B* 20 extremo *T* iure (e *corr.*) *B* uedetur *B* 22 nomen *om. Sirm.* opponetis *B* ducēcē *L* 23 optenui *B* cuius intuitu *Bb*, tu *LPTV* 24 ipsos *Pb* illos *Bb*, illo *LPTV* inperante *Bb*, inspirante *LPTV*

contra superos nititur qui quoscumque illorum sententia prosternit extulerit: quos festinas eripere nequaquam effecti fuerant hominum, si meruissent ministri esse caelestium. ecce tecum de sapore legis, quasi non habeam quae responsi loco obiciam tela, contendo. quam iustitiam putas in illa iussione, quae ut hostem fulciat socios imperia propagantes addicit? tolle spem praedae, tulisti uota certaminis, et, si defrudatur genius laureati, ad paenitentiam rediet quicquid contemptu lucis expetii. facessat a prudentibus aequitatem huiusmodi, non dico lege, sed tyrannica inscriptione requirere, quae ingrata numinibus, inimica uirtuti, contra fas et iustitiam pugnat mentito colore pietatis. nescis, loquacissime hominum, quam iustus dolor de amissa laboris fruge nascatur. hoc est dicere, quicquid dis ducibus adquisistis, eripimus. uidi urbem inimicam quasi uno incendio senescentem et ipsas caelicolum sedes desertas et spoliatas diuinitate prosterni: et putas remansisse quicquam quod non debeat esse uictoris? quid quod ipsa friuola et inanis constitutio obscuritate confunditur? dicit enim sacerdotes uel Vestales uirgines debere libertate gaudere. credo illos nominat, in quibus domicilium suum esse caeli habitator ostenderit, quos maiores esse hominibus aetherius fauor sua luce signauerit. indicunt eorum reuerentiam quos agnosci uolunt diuina pontifices. uidimus miseros, quos tuetur iste, inter fauillas lapsae urbis de sola expectantes lamentatione praesidium et nil

1 prosternet *B* 3 fuerant effecti *PTb* 5 qua *L* 6 socius *B* inperia *B* addidit *Bb* 7 praede *BTV* tullisti *B* deprudatur *B*, defraudatur *LPTV* 8 penitentiam *BTV* rediret *P*¹*b* 9 expetiit *Pb* facescat *B* aequitatem *om. spatio 10—15 litt. uacuo B* 10 tirannica *L*²*TV*, tyrannicam *B* 11 nominibus *B*, muneribus *Pb* 12 m̃ito *T* 14 diis *T* docibus *B* adquisitis *T*, acquisitis *P*¹*b* uidi] ubi *Sirm.* 15 seniscentem *B*, cinescentem *coni. Schottus* illas *Sirm.* 16 diuinitatem *B*, diuturnitate *b* remanere *LPTV* 17 quidquam *B* uictoris (*pr.* i *in ras.*) *B* 18 fribula *B* inanes *B* 19 uel etiam (etiam *ex* et *corr.*) *T* 21 fabor *B* 22 indicunt *scripsi*, indicit *libri* agnosci (ci *in ras.*) *B* uolũit *T* 23 uidemus *LPTVb* fabillas *B* 24 expectantes *Pb*, expectantis *BT*, exspectantis *LV* nihil *L et Sirm.*

habentes fiduciae de proposito inter turbas captiuitate pressas errare. non illis inerat peregrinus splendor in uultibus, non quae officium nuntiaret hilaritas. nesciunt inter aduersa turbari quibus in saeculi tempestatibus de innocenti conscientia portus occurrit. uidimus adflictiores ceteris trepidantibus quibus nuda nomina, lex ridenda, concedis. qui remansit locus in meritis, si sacramentum istud solo constat in titulo? dici credo aliud** aliud esse pontificem. uidi saepe ante confectas ieiuniis facies directa in iugulum tela cecidisse et retusos ab inermibus gladios rigentem perdidisse naturam. si creditis religiosa dicturo, non fuit templorum minister qui inter quaelibet discrimina humano eget auxilio. scit supremus arbiter possessionem suam noua luce uestire. non latet caelestis illa permixtio et, quamuis humanae fragilitatis tunica uestiatur, effulgorat. quid quod ipsi parati ad famulandum ueniunt qui trahi ad seruitia non merentur? hac extremitate qui indignus est non rebellat. occurrunt ad obsequia quorum mens est digna culminibus et peruicaciam mortalitatis eliminant quos nefas est ad inhonesta constringi. isti tui pericula, si nequaquam absolui mereantur, intendunt. non possunt subtrahi hominibus quos non intellegimus quicquam amplius habere de homine. iuuate me, socii, iuuate consortes et garrulitatem inpugnatoris mei auxiliante ueritate conprimite. agitur res, de qua quid senserit superorum sententia, iam tenemus. addicantur inmeriti, ut bonos habere possimus antistites. instituantur per istos, quos suos esse non conciliatrix fabula, non incerta defensio, sed ipse summi dei fulgor enuntiet.

1 captiuitatẽ praessas *B* 2 erat *LPTV* peregrinus *B*, diuinus *LTV* 5 uidemus *LPTV* tripedantibus *B*, repedantibus *LTV* 6 quis *Sirm.* 7 restat *Sirm.* 9 retūsus *B*, retūsos (˜ *add. m. 2*) *T* 10 rigentem (i *corr.*) *B* credites *B* 12 aeget *B*, aget *L* suprimus *B* 14 umane *B* tonica *B*'*V* 15 effulgorat (u *s. l. m. rec.*) *B* 17 men' (s *s. l. m. 1*?) *V*, m̃ *L* 18 peruicatiam *BLV* 19 isti tui] institui *T* 20 absolui nequaquam *T* 21 quae *B* quidquam *L* 22 homines *LV*, hominibus *Sirm.* iubatem (me *om.*) *B* socii iuuate *om. B* 23 conpraemite *B* 24 sententiam *B* 25 addicantur (ic *corr.*) *B* abere *B* antestites *B* 26 instituantuantur *B* 27 deffensio *T*

XXIII.

DICTIO [IN ABDICATVM QVI PATRE NECATO MATRI QVOQVE INSIDIABATVR].

Postquam, iudices, abdicatus filius in iusti executionem doloris patris factum, matris consensum gladio uindicauit, turbare se aestimat innocentiam cognitorum et aliquid de manifesti facinoris absolutione subripere. nescimus quae in defensione sui uerba commendaticia sceleratus inueniat, ad cuius nos confutationem uulnus ostendimus. malo perseuerantiae perditus filius, postquam necauit patrem, opinionem matris contendit extinguere: dolens quod euasimus pugionem, telo famam insequitur, cui pro sexus uerecundia plus timemus. nos ruptam patri ce⟨ruice⟩m, nos scelerati iter ostendimus. ille contra rem uerba conponit et, ne quod nobis fidum uideatur extitisse subsidium, ad sententiam suam traxit paruulum nostrum, quem fuci nescium fabricata uerborum arte subuertit, faciens et illum perire, qui putabatur esse residuus. quid praestigiis nudam desideras uelare iustitiam? nec odiosus parcere potuit nec quem mentiris amasse percutere. numquid argumentis opus est, ubi factum suum ueritas propria uoce testatur? perdidisti spem defensionis, cum genetricis ferro membra describeres. sed licet procurator formosus et nitidus, nos ad haec inspicienda oculos non habemus.

XXIII. 2 Dictio *om. LPb* In abdicatum — insidiabatur. Controuersia decima *inscr. Sirm.*, Abdicatus matrem necans *inscr. Schottus*, *inscr. om. BLTV* 4 exsecutionem *LV* 5 fa*tum (c *eras.*) *T* gaudio *L* 6 purgare *coni. Schottus* innocentia *Pb* 8 commentaticia *LPV*, commenticia *T* 9 huius T^1 10 patrem] matrem *B* opinionis *B* 12 famam T^2, fama $BLPT^1Vb$ cui] cum *B* 13 ruptam patri ceruicem *scripsi*, ruptum patriae cem *B*, ruptum patri *LPTV* 14 rem *B*, *om. LPTV* conponit et *B*, non penitet *LPTV* fidu| *B* 15 sentenciam *B* peruolum *B* 16 fuca *L* artae *B* faciem *B* 18 resideras *B* parere *T* 19 mentires *B* nunquid *LTV* arguentis *B* 20 propria uoce ueritas *LTV* perdedisti *B* 21 genitricis *LT* discriberes *LTV*, discriberis *B* 22 pcurat *L*

XXIIII.

DICTIO EX TEMPORE QVAM IPSE DEVTERIVS INIVNXIT.

THEMA.

Perfunctus pelago Diomedes tutus in aruis
Naufragium deflet, quod sine limpha fuit.
Quam propter uarios contendens uicerat aestus,
Vxor ad alterius transierat copulam.
Causa querelarum simulato nomine uera est.
Huius uerba, precor, comite uos placidi.

ADLOCVTIO.

O numina, si uobis non eueniunt cuncta disponentibus, diuisa potestas est aut et malorum estis auctores. quod si humanarum rerum quemquam ex numero uestro cura sollicitat, felicitatem mihi redeuntis tribuite aut errorem, quem finistis ingrati. si caelum uocanda piorum possessio, si propter momenta laetitiae mortalibus orata tribuuntur, nolite beneficiis uestris sociare uindictam. cur taliter ad effectum uota tetendimus? ut pararetur caelitum suffragio de occasione prosperitatis aduersitas? reddite, quaeso, propitii incommoda, quae tulistis: restituatur pelagus, ne terreno pereat fama naufragio. secundis rebus proximum est quaecumque accesserint mala nesciri. ignominia, quae me in facie perculit, non tetigisset absentem. uxorem (pro nefas!), nisi ad eam redissem, amisisse non crederer: inflexit statum meum abiurata calamitas. stationi propior fuit liquentis error elementi: portum in genitali solo

XXIIII. 2 Ex—*l. 10* placidi *om. T* tem^pore^ *B*, temporū (ū *ex* e *corr. m. 2*) *L* 3 iniuncxit *B*; Ethica prima *inscr. add. Sirm.* 5 diomedis *B* tuus *L* 6 limfa *B*; sine fonte *uel* sibi lympha *coni. Schottus* 8 copolam *B* 9 querellarum *B* 12 numi•na *B* 13 actores *T* 19 celitum *B* ocasione *T* 21 terrena *V*[1] 22 accessert *T*, adcesserint *B* 24 amissise *B* 25 infelix *L* 26 propior *Sirm.*, proprior *BLPTV*, propriae *b*

perdidi, quem saepe in uasti gurgitis sinibus adquisiui. haecine est domus optata, cuius desiderio periculorum promittebatur obliuio, cum spe sequentis gaudii praesens malorum poterat forma nesciri? cui umquam de miseriarum terminis sunt nata principia aut de perfunctis casibus euenit exordium? aliquando optata contigit non amari? aut accessit ut hominem laederet fuga discriminis? me nouis semper pessima ictibus fortuna perculit: cuius si in deterius uergit mutatio, simplicem nocendi seruet speciem, ne successionibus insolescat. uxorem, malorum comites, habui ad pudicitiam naturae luce transmissam, cui splendor oriundi creuerat institutis, ut gemino defensa propugnaculo nullatenus facinorum crederetur ictibus subiacere nec dura castimoniae obscenitatis euisceratione mollire. illa numquam fuluum metalli quaesiuit ornatum nec pretiosorum candore lapidum niuem corporis imitata est: non ulla habuit decoris adiumenta, dum placuit: sciuit coniugalis iura sacramenti fucatis studiis non iuuari nec obligatum tenuisse coniugem, quando alium praeter eum, qui descendit a moribus, quaesiuit nupta fulgorem. mansit illam educandorum pignorum seruitus libera, dum talem se praebuit, quae et desiderari meruerit et uirum numquam putaret absentem. illa sexum mentis firmitate durauerat, dum in ea muliebris inbecilla consilii de uirili ceperant auctoritate substantiam. iam lapsibus ordinis sui doctrina medicante repugnabat et translata in usus alteros feminarum ridebat excessus. in summa, talis periit, quales solent a maritis lacrimas inpetrare. Circaeo, ut aiunt, poculo a se translata est et in uotum migrauit adulteri.

1 sepe *TV* 2 promittebatur—malorum *om.* *B*[1] *add. in mg. inf. corr.* 3 poterat *om.* *T* 4 nũquam *T*, quã *B* miseria *T* 6 adcessit *B* 8 nocenti *T*[1] 9 seruat *b* ne *om.* *L*, ñ *T*, ne in deterius (in deterius *exp. m. 1*) *V* insoliscat *B* 10 habui] auoi *B* uere (nature *s. l. m. 2*) *T* 11 germino *L* 12 pugnaculo (pro *s. l. m. 2*) *T* 14 fuluum] sublimis *T* 15 nonulla (n *s. l.*) *T* 17 iubari *B*[1] 18 praetere eum *B* discendit *BLV* 19 illa *Sirm.* 21 merueret *B*, meruit *T*; mereret *aut* putarit *fort.* 22 in ea] illa *Sirm.* 23 coeperant *BV*, ceperunt *LPT* 24 repugnauit *B* 26 circeo *BLTV*

sed quid agamus inter anxia et incerta deprehensi? recipiat nos pro remediis exosa nauigatio et lassatae rudentibus manus stuppea rursus uincla meditentur: haereat clauis dextera, ut frenatae puppis per gubernaculum iura moderetur: depictus sideribus axis reddatur aspectui: dispositionis nostrae itinera noctium dirigantur indiciis. sit solacium luminibus meis, si profanati non uideatur terra coniugii: fugiamus patriam, in qua tale effectum est matrimonium nostrum, quod et amisisse pudeat nec aueant uota recipere.

XXV.

DICTIO. VERBA THETIDIS CVM ACHILLEM VIDERET EXTINCTVM.

Intercepta est pio quaesita fraus materna consilio. inuenerunt Achillem nostrum fata et ab alia natura subreptum, nec profuit quod sexum, quem ei origo dederat, astutia conmutauit: feminam diuturnitate non didicit et uiri fortis animum mollis consuetudo seruauit. quis credat inefficacem fuisse prouisionem, quam et dea et mater inuenit? non est praemium inmortalitas, quam nec genetrix transmittit ad subolem nec per eam quod filium casibus furetur occurrit. ut numquam doloribus subducamur, numina sumus? quae est ista condicio, quando de penetralibus uiscerum nostrorum quod leto seruiat exhibemus?

2 et *om. Sirm.* manus rudentibus *LPTV* 3 stupea *PT*[1] uincula *T* hereat *B* dexter aut *LPTV* 4 frenata• *L*[1] pupis *T* per (r *corr.*) *B*, per *V s. l.* 5 itenera *B* 8 admisse (si *s. l. m. 2*) *T*, amississe *V* 9 nec habeant *B*, nec audeant *b* recipere] finit *add. B*

XXV. 11 Dictio *om. LTV* tetidis *BT*, tethidis *L* acillem *B* 12 extinctum] Ethica secunda *inscr. add. Sirm.* 14 acillem *B* facta *L* 16 diuturnitatem *L* 17 in///efficacem *B* prouisionē/// *B* 18 dea *T s. l.* et *om. T* preliumium *L*[1] 19 sobulem *B*, sobolem *LTV* 20 occurret *B* subductamur *T* 21 ista *B s. l.* conditio *LV* 22 petra•libus (tr *ex corr.*) *L* laeto *B*, loeto *LV* exhibimus *B*

caelicolum potentiam aut liceret posteritati conferre quod possidet aut caris decidentibus pro lamentationis termino daretur occumbere. inferiores hominibus sumus quibus similes paremus, in hoc deterius Parcarum ludibrio subiacentes, quia nescimus exitia pignoribus obligatae. superorum maxime, aut prosapiem nostram subduc fortuitis aut nos pro beneficii conlatione summitte. liceat pro caro, si non uincimus interitum, uel subire. stat ante oculos meos orbitas, idcirco deterior, quia illam pro aeternitatis meae sublimitate praesciui. o lugendam numinum felicitatem, cum illud quod de aduersis ignorari non licet non donatur auertere! recordor praeteriti sollicitudinem temporis et curas meas, quibus nequiquam inuigilaui, reminiscor. quid profuit Stygiae paludis auxilio nati corpus armatum, dum illud, quod a nobis sumere debuit, quaereremus a gurgite? in membris prolis nostrae, quem dea tenuit, locus est uulneris. cur non laxioribus digitis lympha se miscuit, ut ex toto exclusisset ictus superis unda sublimior? quid etiam iuuit Chironis elegisse magisterium, qui aetatis lubricum doctrina solidaret? credo diuersis institutionum callibus, ut bellum filio placeret, inuenimus: apud monitorem fortissimum actum est, ut uires, quae sequebantur, consilia non haberent. quis miscendum feminarum latebris uirum saporem uellet haurire certaminis et inde prouideat pignori, unde facit perire quod prouidet? iam duratas spiculis manus ad calathos frangebamus et illos humeros, quos spoliati leonis terga calefecerant, auro distincta uel murice palla claudebat. non facilis transitus fuit, iuuenem nostrum puellam post

1 celicolum *B* licet et *B* 2 decedentibus *T* decendentibus (*sic*) *Sirm.* 4 *an* apparemus? *sed cf. Carm. I, 1, 2* partarum *T*[1] subiacente *B* 5 obligare *PT*, oblegare *b* 6 prosapientie *T*[1] subduc *B*, subtus *LPT*[1]*Vb*, subter hec *T*[2] consolatione *T* 7 summittae *B*, summitti *LPVb*, summite (t *s. l. et* e *ex* i *corr.*) *T* 9 sublimitatem *L* 10 luminum *L* 11 aduertere *T*[1] 12 nequicquam *PT* 13 remiscor *L*[1] 15 qua de ea *T* 16 limpha *PT*, lymphas *BLV* 18 iuuit *Sirm.*, iubet *BLPT*[1]*Vb*, iuuat *T*[2], iuuet *coni. Schottus* chyronis *LV* magistrum *L*[1] 20 munitorem *B* 23 certamini *L*[1] 25 calatos *LV*, calatus *B* umeros *BLV*

gustum laudis imitari, nec astute componitur quod non in tenerae aetatis primordiis imperaui. sed quid transacta recolo, cum animum meum futurae calamitatis pulset immanitas? uideo Troiae fumantis excidia et statu eam manente subuersam: uideo Hectoris proelia acerba Graiugenis, qui idcirco creuit opinionibus, ut suboli meae, dum occumbit, triumphi crescat ad pretium: raptatum quadrigis adhuc bellaturi corpus agnosco, et Achillis mei minui commodis quod ex pondere decrescit extincti: uideo quod irae proficit perire conpendio. sed quid his laudibus pascor orbanda? reliqua silentio tegam, ne ante doloris tempus narratione conficiar. habeat consolationem de taciturnitate aeternitas nostra, quam non habet de natura.

XXVI.

DICTIO. VERBA MENELAI CVM TROIAM VIDERET EXVSTAM.

Etsi grauibus dolorem meum raptor inflammauit incendiis, etsi pertulimus faces iniuriae, debito tamen rogo inmensi auctor sceleris cum coniuncta sibi uniuersitate consenuit. paene felix contumelia est, quae talem meretur etsi cum maximo sudore uindictam. quis respuat suscipere necessitatem triumphi termino concludendam? sapor sequentium amaritudinem rei praecedentis excludit: dulcescit quod doluimus, quia

1 laudes *LTV* astutae *B*, aste (tu *superscr.*) *L* 2 tenerae *scripsi*, tenere *LPTV*, tenera *B*, teneris *b* imperatur (tur *ex* ui *corr.*) *T*, impetraui *b* 3 meum *om. Sirm.* 4 de statu *fort.*, fato *coni. Schottus* 5 haectoris *BLV* graiuienis *B* quidcirco *B*[1] 6 soboli *LTV* occumbit *scripsi*, occumbet *B* (*corr.*) *LPTVb*, occumberet *B*[1] 7 raptum *L*[1] 8 acillis *B* meis *T*[1] ex] de *Sirm.* 9 perirae *B* 10 his] id *T* orbenda *T*[1]

XXVI. 14 Dictio *om. BLV* menelagi *B* 15 exustam] Ethica tertia *inscr. add. Sirm.* 16 ut si *B* 17 facis *B* 19 et talem meritur *B* 20 suscere *B* 21 triunfi termina *B* 22 praecidentis *B* dulcessit *T*. dulce sit *LVb*

doloris nostri paenitet prouocantes. abductae turpiter mulieris occasio nostri extitit mater augmenti: peperit a nobis sequestrata uxor imperium et de adulteri conplexibus nobis edidit patriam, quam tenemus: qui riserunt caelibem uideant superba hostium colla calcantem. habuimus coniugem honestis per longum moribus institutam, alieni ignaram contubernii, quae non optaret desiderare quod non licet. ⟨non⟩ illam usus praecipitauit in uitia, sed scelerati praedonis inpulsu secuta est Paridem uoluntate captiua. numquam ad hoc illam erexit formae conscientia, ut se crederet adamari, quia, ut confidimus, turpissimae sunt moribus quae pulcras se esse meminerunt. talis ultio decuit magna peccantem: funditus procubuit qui sibi uenerandae sumpsit culmen uxoris. talibus utere, adulter, hymenaeis. his te Alecto pronubum sectatur insignibus, et placari nos sic conuenit et Paridem sic perire. dictauimus matrimoniorum iura non sermone, sed gladiis, praesumptionum segetem ultrici falce uastantes. multis ad conseruationem proderit nos perdidisse coniugium. dicite, quae ubicumque accepistis nomen uxoris, si non, quotiens uitia subripuerint, Menelai et nomen et uirtus occurret. quibus non est in studio pudicitia, erit, nisi fallimur, in necessitate: par per omnes disciplina seruabitur, ubi unam formam et uolentes custodiunt et coactae.

1 penitet *BLT* mulieris turpiter *LTV* 2 extitet *B* sequaestrata *B* 3 edidet *B* 4 tenimus *B* reserunt *B* 7 non illam *Pb*, illam *BLTV* 8 inpulsis *B* 9 erixit *B* 10 forma conscientiae *LPTVb* crederit *B* 11 turpissime *LPT*, turpissimis *b* pulchras *LTV* 12 tales *B* 13 cumen *B* 14 ymeneis *LTV*, emineis *B* allecto *TV*, adlecto *B* sectator *B* 15 Paridem] pandem *B* periee *T* 17 segitem *B* 18 perdedisse *B* 19 adcepistis *B* 20 menelagi *B* occurrit *B* 21 puditicia *B* ni *L* et par *Sirm.* 22 seruauitur *B* 23 coacte *B*

XXVII.

DICTIO. VERBA IVNONIS CVM ANTAEVM VIDERET PAREM VIRIBVS HERCVLIS EXTITISSE.

Tandem aliquando qui iudicio nostro responderet inuentus est, qui de inimico nostro, et dum uincitur, triumpharet. Herculeae uires, nisi eliserint, non iacebunt: quem prouidimus, et de casibus est superbus. stat propriis magnus uiribus, sed erit maximus per ruinam. nescio utrum Hercules ualeat par esse, uel si Antaeum non liceat ulla ratione prosterni: at si hosti nostro blanditur aduersitas, nos ad laureas peruenimus. scimus futura, sed conuenit superos loqui quasi humana mortalibus. prouideat Hercules quid eligat esse faciendum. uincendus est congrediente inimico, uincendus est et iacente. qui uenena lusit in cunis, qui pacauit Erimanthi nemora, qui ceruam uelocitate praecessit, optionem habeat quid sequatur: aut hostem periturus deiciet aut, si certamen metuerit, ⟨erit⟩ cum suis cautibus iam sepultus. Lernaeum periculum, nisi fallor, orietur de consummatione certaminis. quis non credat nihil superesse quod peragat, cum humi fusus hostis aspicitur? at nostrae partis intentio de oppressione suscitabitur et augmentandi roboris causam feliciter pro inimico perfuncta res suggeret.

XXVII. 2 Dictio *om.* ***BL*** cum *om.* ***L*** anteum ***B***, antheum ***LTV*** 3 et parem ***L***, pare ***B*** uibus ***B*** extetisse ***B***; Ethica quarta *inscr. add. Sirm.* 4 iuditio ***B*** respondet ***L***[1] 5 triumfaret ***B*** 6 ni se laeserint *b* 7 et *om. b* magnus—nescio *om.* ***B*** 8 hercules ***Pb***, herculis ***BLTV*** 9 anteum ***BP***, antheum ***LTVb*** ad ***B*** 12 hercules ***PT***[2]***b***, herculis ***BLT***[1]***V*** 14 herimanti ***BPTV***, hermanti ***L*** naemora ***B*** 16 petituros ***T*** aut] at ***T*** erit *add.*, *om. libri* 17 caudibus ***B*** Lernaeum *Sirm.*, lyrneum ***LPTV***, lyrneo ***B***, horrendum *b* oriet ***B*** 18 de *om.* ***B*** 19 hostis *om. Sirm.* nostre partes ***B*** 20 oppraessione ***B*** 21 suggerit ***B***

XXVIII.

DICTIO. [VERBA DIDONIS CVM ABEVNTEM VIDERET AENEAM.]

Nec tibi diua parens generis ⟨nec Dardanus auctor⟩.

Quantum docet inclementia, perdidisti testimonium generis, quod opinione mentiris. constat Veneris non esse filium nil amantem: ordo rerum est, ut prosapiem mores adnuntient et, quo quis auctore in lucem uenerit, eius facta sectetur. diua Idaliae nescientem respondere beneficiis non agnoscit. non fama filios, sed conuersationis monstrat aequalitas: si diuersa sit conscientia, uix credenda est esse suboles quae uocatur. te potius Caucasei rigoris praerupta genuerunt aut conceptum in recessibus montium saxea aluus effudit et, ne dira nutrimentis natura mollesceret, eripientes salutem ceteris Hyrcanae tigrides alimenta praebuerunt: nutriuit te illa feritas quae trucidat. nam quid mihi dissimulatione pollicitor? aut quid sperando meliora suspendor? non reddidit fletibus lacrimas, quas eius amore torta fundebam: non gemitus meos propriis mens cruenta est consolata suspiriis. in doloribus meis, quod unicum est remedium, non exhibuit pari dolore collegam, quia pene solus est in anxietate terminus inuenisse participem. sed quae

4 Verg. Aen. IIII 365

XXVIII. 2 Dictio *om.* *BL* uerba — Aeneam *add. Sirm.*, *om.* *BLTV* Didonis morientis ad Aeneam uerba *inscr. Schottus* 4 nec D. auctor *addidi*, *om. libri*; Ethica quinta *inscr. add. Sirm.* 5 inclemtia *B* perdedisti *B* 6 opinionem *B* 8 sectitur *B* 10 mons^r^tat *B* 11 soboles *b*, subolis *B*, sobolis *LPTV* 12 te *om.* *B* caucasei *B*¹*L* riguris *B* au^t^ *B* 14 molliscerit *B* eripientis *libri*, *em. Sirm.* ceteris *B* (*ut Barthius coniecerat*), cytheris *LPTVb* hercanae *V*, hercane *BLT* 15 tigridis *LPTVb*, tygridis *B*, *em. Sirm.* 16 pollicetur *B* 17 suspendor *Bb*, sus^p^tentor *V*, suptentor *L*, sustentor *T*¹ 18 meos *Pb*, meus *BLTV* 19 suspiris *L* 20 exhibuet *B* collegam *P*¹*b*, colligam *BLP*¹*TV* 21 anxietate *B*, etate *LPTV sed in T ante* etate *spatium 3—4 lit.*

eloquar nescio, ⟨nescio⟩ quae relinquam. haec nec dexter Iunonis oculus nec summi tonantis patietur aspectus, ut pro tot inpensis sequestratione consumar nec aliud pietate promouerim, nisi ut merear non amari. heu fides ab uniuersis proturbata mortalibus et quod hactenus numinibus homines iungebat expulsum! suscepi miseranda naufragum et eius dicioni reginam subdidi manente felicitatis sorte captiuam: feci ut ageret dominum profugus imperantis. nunc furore succensa discrucior et quare possessor me deserat ingemisco. ergo Apollinis auguriis uocatus abscedis et sortis Lyciae casum certis et apud te iam manentis praeponis imperiis? scilicet caelestibus crudelitas ista procuratur auctoribus et interpres superorum ad hos hominem conpellit excessus, ut diligentis litora quasi solum hostile diffugiat, ut per tempestates salutem prodat qui solum fugit adfectum. uade, ulterius non morabor. habet uindictam mei uia qua deseror, habebit pelagus in furore iudicium. raucos tumentium procellarum aestus exaudiam: uocabis inter pericula Didonis nomen, quae et fuit portus et praebuit: aut certe, quod timeo, ne dum uindicor me uiuente moriaris, euentum expetitae nauigationis post usuram lucis agnoscam. uide sceleribus indebitam mercedem: perire innocens ante cupio quam merentem.

Durus et indomitus Veneris se semine cretum
Iactat et abiurans conlaudat stemmata diuae.
Edidit ergo Venus fugientem nomen amoris,
Pectoris et rabidi fudit clementia uirus.

1 que *B* nescio *add.*, *om. libri; sed cf. p. 266, 15* 2 summit *B* paretur L^1 3 aliut *B* promouisem *B* 4 fedis *B* 5 nomibus (u, ni *supra*) hominis *B* 6 suscipi *B* naufragium *Bb* ditioni *BT*, dictioni *L* 7 sortae *B* ageret] aduena *add. T s. l. m. 2* 8 imperantis *scripsi*, inperant· *B*, imperant *LV*, imperantem *PTb*, imperator *Sirm.* nun^e *V* 9 et *om. Sirm.* 10 uocatus auguriis *LTV* set *B* liciae *BLV*, licie *T* 11 preponis *B* manentibus *fort.* inperiis *B* 12 actoribus T^1 13 excursus *fort.* littora *B* 14 tempestatis *B* 15 figit *B* auent *B* 17 raucus *B* 18 praebuet *B* 19 certae *B* moriares *B* 20 agnuscam *B* 23 durus — *l. 26* uirus *om. T*

MAGNI FELICIS ENNODI CARMINA.

LIBER PRIMVS.

I.

ITINERARIVM BREGANTIONIS CASTELLI.

Celsior astrigerum Titan conscenderat axem,
  Lampade cum plena totus in orbe paret.
Flammiger ardenti sorbebat flumina Cancro,
  Cum segetem messor falce domat propriam.
Siccatur dum fonte bibens, dum mundus anhelat,
  Iussus in excursum Gallica lustra sequi,
Torrida non timui quae uincunt arua Syenen.
  Puluis flamma sitis dos fuit obsequio.
Quid iubar et ualidos renouas mihi, Musa, uapores?
  Plus erit algentes me superasse uias.
Quicquid plana calent, quicquid sublimia rigent
  Frigoribus, passum dic sine lege poli.
Bellum naturae quod discors fecerat annus,
  Aestatem atque hiemem detulit una dies.

1 cf. Verg. Aen. VIII 97, Valer. Fl. II 444, Alcim. Auit. III 1
2 cf. Ouid. Fast. I 494 quicquid in orbe patet

Cum T plurima carmina omittat, E(scorialensem d III 22 saec. XIII.) et inter recentiores hic illic M(agliabecchianam I 6, 29 saec. XV) adhibui. 1 axe *L* 2 paret] patet *MPb* 3 ardenti• *B*, ardentis *ELM* orbebat *L* lumina *M* 4 segitem *B* donat *L* 5 anelat *BM* 6 excursūs *V*, occursum *Sirm.* lustra] lingua *E* 7 sienem *M*, ueneni *Pb* 9 ualidus *B* 11 frigent *coni. Schottus* 14 aestatem (*alt.* e *corr.*) *B*, aestatim *V*

Indutum nebulis canas superare pruinas
Edocuit uates feruidus imperio.
Presserat aestiuo corpus sub fasce lacerna,
Vestitus tenui tegmine nudus eram.
Cum fugit ex oculis constanti tempore tempus,
Lampada nam Phoebi dux fuit ad glaciem,
Optanti brumam de uoto contigit horror
Quaesitusque calor nil dedit indicii.
Matronas taceo scopulos atque inuia dictas,
In foribus blandas, cetera difficiles.
Inlexit miseros facies depicta uiantes,
Calcatae diras mox peperere neces.
Nominibus propriis nil fallit sacra uetustas,
Tot leti formas sic uocitare uolens.
Scrupea descissis pendebat semita plantis
Nec uisu facilis, credite, callis erat.
Quid labyrintheos, priscorum fama, recessus
Inuoluis linguis, quos timeat relegens?
Illic artificis laudandus constitit error,
Cum torsit rectum Daedalus ingenio.
Hic natura homines per summum portat Olympi,
Quo liquidum tranans ire columba ualet.
Parcite, Pierides, pelagus fluuiale silendo,
Ne reparet sermo fors bona quod pepulit.
Duria nam, Sessis torrens uel Stura uel Orgus

27 cf. Ouid. Met. XV 623 34 Prop. IIII 4, 43

15 inductum *MPb* pruinis *EL* 16 uatis *ELMPVb* 17 praesserat *BV* aestiua *coni. Schottus* 20 iam *fort.* foebi *B* 21 brūmā *L* deuoto *libri* contiget *B*¹ 24 difficilis *libri, em. Schottus et Sirm.* 25 iuuantes *B* 26 calcate *B LV*, calcare *E* neces] niues *coni. K. Schenkl* 27 propariis *L* fallet *B* 28 lẹti *B*, loeti *LV* uolentis *L*¹ 29 de scissis *E* semĩa palmis *M* 31 laberinteos *LPV*, laberent eos *B* 32 inuolues *BELPVb*, inuoluens *M*, *em. Sirm.* quos *scripsi*, quod *libri* timeas *b* religens *B* 34 torsit rectam *coni. Schenkl*, rexit tortam *fort.* 34 dedalus *BELV* 35 olimpi *ELMV* 36 transnans *E* 37 pieridis *B* pluuiale *M* 38 repararet *L* foris *L*, sors *Eb* 39 doria nam sensis torrens ustura *libri, em. Sirm.*

Marmoris Ionii saeuitiam superant.
Dulcia cum uariis succedunt laeta periclis,
  Effectus rerum cor solidare solet.
Nil mihi cum dubiis, prosunt obliuia tristi:
  Ebria lethaeo pectora fonte fero.
Limina sanctorum praestat lustrasse trementem,
  Martyribus lacrimas exhibuisse meas.
Ecce Saturninus, Crispinus, Daria, Maurus,
  Eusebius, Quintus gaudia magna parant.
Octaui, meritis da, Aduentor, redde, Solutor,
  Candida ne pullis uita cadat maculis.
Hostiles laqueos scindat mens conscia recti:
  Hoc semper placeat: quod decet, hoc liceat.

II.

DICTIO DATA DEVTERIO V. S. GRAMMATICO NOMINE IPSIVS EVGENETI V. I. MITTENDA.

Gaudia transcendunt uires, uox laeta superbit:
  Ingenii maciem prospera non metuunt.
Dulcia temporibus famulantur fila secundis:
  Quod felix meruit, nobile carmen erit.
Vox iusti quaestor, legum substantia, nobis
  Ceu Phoebus mittet tympana plectra lyram.
Docta Camenarum coeat pia turba sororum,
  Offerat arguto pollice quod loquitur.
Turgida fatidici uix possint pectora uatis
  Virtutum species enumerare tuas.

51 cf. Vergil. Aen. I 604

40 marmor/// *B* seuetiam *BV*, seu etiam *EMP*^{1}, sonitibus *b* 41 succendunt *L* 44 letheo *BEP*, loetheo *L*, loethaeo *V* 45 lumina *EM* lustrassem *V* 48 quintinus *L* 50 pullis *b*, pollis *BELMP et* (*ex* pillis *corr. m. 1*) *V* 51 hostilis *libri*, *em. Sirm.* laqueos *b*, laqueus *libri* scendat *B* 52 haec semper *fort.*

II. EVGENITI *B* 1 leta *ELV* 5 iuste *L*^{1} questor *LV* 6 foebus *B* 9 possunt *Eb*

Tu decus Italiae, spes tu fidissima recti,
Fax, tuba causarum, purpura nostra, uale.
Luminibus locuples solem te Roma uocauit
Celsa, Quirinali suscipiens gremio.
Eloquio lyncem, tu subdis uoce leonem.
Melle tuo serpens gutturis arma premit.
Fetibus orbatae ferrent tibi munera tigres,
Quae dolor et feritas aure pauente daret.
Te pene demessum ceu florem dextera fati
Dum lacerat, Christus perculit exitium.
Reddita se melius nunc uincit uita beati,
Actibus adseritur quod uenit a superis.
His fretus non legatos neque uerba precantum
Callida fucatis artibus elicui.
Ipse ego, mendicae transmittens uerba Thaliae,
Donum more dei te precor ut tribuas.
Hortulus exigua sociatus parte retardat
Spem solidam, fieri ne merear dominus.
Hanc mihi largiri non spernas, lumen honorum:
Sic uoti compos saecula nostra colas,
Sic te regnantis sublimet celsa potestas,
Sic currant meritis aurea facta tuis.
Amphion Dirceus tetigit quod pectine uixit:
Nulla mori rerum tunc animata potest.
Commoda de Musis numquam fluxere tot annis,
Affectu pretii quas mihi concilia.

23 cf. Verg. Aen. VII 237

11 recti (ec *in ras. ex* a *fort.*) *L* 12 fas *E* 13 liminibus *E* 14 quirinalis *B*[1] 15 subdis *scripsi*, subdes *libri* 16 premet *Sirm.*, premet *aut* premat *coni. Schottus* 17 faetibus *V* orbata *B* efferent *B*, ferent *L* 18 aure] ore *fort.* 19 pene] bene *coni. Schottus* dextra *LP* 20 pertulit *P* 22 superius *B* 23 legatus *libri, em. Sirm.* nec *Pb* 25 taliae *B* 26 domnum *B* 27 sociandus *fort.* 28 feri *B*[1] 31 terregnantis *Bb* sublime *B* 32 curant *L* fata *Sirm.*, saecla *coni. Schottus* 33 anphion *LV*, anfion *B* dyrceus *BE* 34 tunc] res *coni. Schottus*, hinc *fort.*

III.

PRAEFATIO DICTA NEPOTIBVS PROCVLI SVB DIE XV. KAL. MAI.

Exprimit in spicam tellus iam feta papillas,
  Lacte maritatis turgida cespitibus.
Stringitur in prolem sparsus per gramina sucus,
  De guttis faciens progeniem solidam.
Vestitus gemmis protendit brachia palmes,
  De gremio ligni pampinus ecce uiret.
Iussa per augmentum nunc siluam perdere uitis
  Frugibus ut crescat, uulnera conciliant.
Euocat inquirit gaudens infantia mundi
  Nutricem, tepidi quam dedit aura poli.
Ludit per faciem camporum rustica pubes,
  Respiciens duri dulce laboris onus.
Annus reptat ouans tractus per murmura ueris,
  Farcta locuturis mella ferens labiis.
Cum rebus noster balbutit carmina sensus,
  Aurea principiis dextera portet opem.
Blandior ad falcem messor perducit aristas,
  Si rastris segetem pectere continuet.
Nunc stirpem Proculi, dans uernum, suscipe, doctor,
  Ne feruor teneros decoquat in studiis.
Seruentur leges: ceu census littera currat.
  Horum Pindareus flumina uicit auus,
Docta Camenali cecinit qui carmina plectro,

22 Hor. Carm. IIII 2, 5 sqq.

III. SVB — MAI *om.* *Bb* 3 stringitur (*pr.* t *in ras.*) *B* p//olem *B* 5 uestitur *LPV*, uestiuit *E* bracia *B* palmes *P*, palmis *BELVb* 7 uitis *scripsi*, uites *BLPV*, uires *E* 11 per faciem] post satiem *fort.* 12 honus *BEV*, bonus *L* 14 farcta *scripsi*, fracta *BELPV*, tracta *b* 15 balbuttit *B* 17 aristus *L*[1] 20 in studiis *Bb*, inmodicus *EPV*, inmodicos *L* 21 ceu *BE*[1], seu *E*[2]*LPVb* curat *ELV* 22 uincit *E* auos *BELV*, *em. Sirm.* 23 camoenali *L*, caminali *B*

Cuius Apollinei nil tacuere chori.
Phoebus in auxilio repetat mox fortior illum,
Artis nobilitas, Marsya si ueniat.

IIII.

EPITHALAMIVM DICTVM MAXIMO V. S.

PRAEFATIO.

Annus sole nouo teneras dum format aristas,
Natura in thalamis orbe tepente sedet.
Pingitur et uario mundus discrimine florum:
Vna soli facies: gratia, cultus, amor.
Arbuta uitali coalescunt uda uapore,
Ignea concretus semina sucus alit.
Erigitur genio tellus tumefacta marito,
Turgida lasciuis silua uiret spoliis.
Lactans cespitibus in nodum truditur herba,
Vitea gemmatos brachia dant digitos.
In rerum uultu lex iungit pronuba taedas:
Aura poli ut sponsum germina cuncta facit.
Ergo pari uoto lux caelum flumina Nereus
Montes prata ferae gaudia concipiunt.
De te quod uernat sortitur, Maxime, mundus,
Et naturalem dos tua comit opem,
Cui sanguis census genius mens uota superstant,
Musarum primo fulta supercilio.

24 cori *B* 25 phebus *BE*, phoe**bus (ti? *eras.*) *L* fortio *B* 26 marsia *ELPVb*

IIII. EPITHOLAMIVM *B*, EPITALAMIVM *LV* 2 talamis *B* orpe *B*[1] sedit *libri*, *em. Sirm.* 4 una] uerna *cod. Urbin. 61 s. XIIII, recte fort.* 5 coalicunt *B* unda *P*[1]*b* 8 turgida *em. Schenkl*, torrida *libri* foliis *coni. Schottus* 10 gemmatus *L* digitus *B* 11 cultu *Sirm.* iun*git *B* tedas *BLV* 12 sponsi *coni. Schenkl* 14 fere *L* concupiunt *L* 15 de te] dee *L* 17 sensus *Pb* suprestant *B*

Saecula te fidei monumentum nostra dederunt,
Corporis et cordis uirginitate parem.
Vincentem meritis sponsam dat candida uita,
Quae cum te superat, sic tibi palma uenit.
Huic niueis consors adridet flamma labellis,
Alba uerecundas spargit in ora notas.

Adsit, oro, fons loquelae mente uoce pectine
Ars natura Musa Phoebus qua tumet facundia.
Vile nil decet sonare in Maximorum laudibus.
Conterunt plebeia celsum saepe dicta uerticem.

Orbe captiuo Venus alma fusis
Dotibus florum per amoena ludens,
Dum facit uernum pretio et micantis
Sidere formae,
Spreuit aurati decus omne pepli,
Aduenae pompam noluit metalli:
Ditior cultu stetit effugato
Sparsa capillos:
Nobilis si quod bibit arte uirus
Lana, mentito potior colore:
Sic et algentis pelagi lapillos
Nuda superstat.

24 cf. Ouid. Am. I 2, 40

19 munumentom (u *supra* o) *B*, monimentum *Sirm.* 20 corpus *L* 23 consors *B*, concors *ELPVb* 24 alpa uericundas *B* in ora] ignora *L* 25 ALIO METRO *inscr.* *BV*, ALT̃ *L* lequele *L* uoce mente *Pb* pectinae *V*, petinę (c *supra*) *L* 26 foebus *B* 27 decit *B* 28 Phoebeia *Sirm.* 29 ALIO METRO *inscr.* *BLVb* urbe captiua *b* 30 amaena *B* 31 facet *B* praecio et micantes *B* 33 spruit *B* p*epli (l *eras.*) *B* 34 aduene *BL* 35 dicior *L*, dictior *B* cultu e *L* 37 bibit *Sirm.*, bibet *BLV*, libet *uel* licet *recentiores libri* 38 lena *L* potius *b* 39 dic et *B*, dicet *PVb*, decet *L*, cedit *uel* sic et *coni.* *Barthius* capillos *b*

Fulserant raro sub hiante filo
Pectoris gemmae in roseis papillis.
Inuidum membris negitando amictum
Altera lux est.
Proditum risit sine nube corpus,
Carcere inrupto nituit serenum
Quodque seruabat male tuta uestis,
Panditur arte.
Aliger laxo remeabat arcu,
Marcidam damnans otiis pharetram,
Sanguine in nullo madefacta lentus
Spicula gestans.

Tunc sic alloquitur matrem fluitantibus armis:
"Perdidimus, genetrix, uirtutis praemia nostrae.
Iam nusquam Cytherea sonat, ridetur Amorum
Fabula, nec proles nascenti sufficit aeuo.
Frigida consumens multorum possidet artus
Virginitas: feruore nouo sublimia carnem
Vota domant: mundus tenui uix nomine constat.
Primaeui tremulos, fractos imitantur ephebi:
Rara per inmensos saeclorum, respice, campos
Coniugii messis: per flores sola uetustas

44 cf. Apollin. Sid. carm. XXII 430

42 a papillis *B* 43 negitando *scripsi,* dum negat *B,* dum [abigens] negat *V,* dum abiens negat *L,* dum al. abigens negat *P,* abigens *recc.* (*uelut M et Urb.*) 45 riset *B* 46 innupto *B* nituet *B,* munit *Pb,* minuit *coni. Schottus* 47 quodquae *V,* quoque *L* uestes *B*; spicula gestans *add. L exp. corr.* 48 panditur *B,* proditur *LPV,* perditur *M et Urb.* 50 otii *L* faretram *BLV* 51 lentus *coni. Barthius,* laetus *libri* 54 nostre *B* 55 citerea *LV,* cytere *B,* cithara *b* riditur *B* 56 sufficet *B* 57 possidit *B* 59 et mundus *B* 60 fractos *scripsi,* fractis *libri* ephebi *scripsi,* efoebis *BLV,* ephebis *rell.* 61 rasa *L* inmensus *B* saeculorum *B,* Siculorum *M et Urb.* campus *B* 62 mensis *B* florem *Pb* sala *L*[1]

Exerit albentes ieiuna et pallida canos.
Vna fides rerum nulla dulcedine flecti
Et si quid teneros potuit transducere mores
Praeceptis calcare malis: seruatur ubique
Iustitium: culpa est thalamos nominasse pudico.
Tu remissa iaces et tanti nescia iuris
Nuda per effusos respectas membra capillos.
Surge, age, et obstantem properanter discute somnum,
Nec te, quod turpe est, captiuum numen habere
Iura pudicitiae uel lex malesuada putetur."
Talibus arsissent dictis et uiscera ponti.
Colligit in nodum passos lux aurea crines
Et naturalem concludens ueste decorem,
Mutauit formam. tunc quicquid fulget iaspis,
Quae uiret in pretio pasturae ficta smaragdus
Et latet in concis melior custode ueneno,
Alba uenit, niueum sumptura ex corpore lumen.
Palla per adcinctos decrescit splendida lumbos
Et zona teneras conpressit dura papillas.
Adfatur natum: "quem, spes mea, figere temptas?
Quem sequimur? quoue ire iubes? post otia maior
Flamma decet: discant populi tunc crescere diuam,
Cum neglecta iacet. superos nil perdere somno
Ostendant geminis reparata incendia curis.
Maximus ecce, uides, generis spes unica summi,

74 cf. Ouid. Met. III 169

63 canus *libri*, *em. Schottus et Sirm.* 64 fedis *B* 65 quid *B*, quis *rell.* mortes *B* 66 preceptis *LV* 67 uocitasse *uel* cogitasse *uel* animasse *proposuit Schottus* pudicos *b* 68 iacis *B*, iacet *LV* 71 nec te] nece *L* nomen *b* 72 puditititiae *L* mallesuada *B* 73 ponti *B*, ponto *LV*, puncto *Pb* 74 colliget *B* passus *B* 76 mutauet *B* quidquid *B* iaspes *LPV*, iapes *B* 77 ma*ragdus *B* 79 uenet niuium *B* 80 palma *B* plandida *B* 81 tenebras *L* conpraessit *B* papillis *L* 82 fugere temptat *Pb* 83 iuues *B* 84 decit *B* 85 neglicta *B* 86 gemmis *L* 87 uidis *B* summi] mundi *M et Urb.*

Dulcibus inludit per longa obliuia taedis.
Sectatur matrem, quae caelo purior ipso est
Femina, quam scimus mulierem uincere mente.
Hic domuit puerum, mores sortitus auorum:
Quod pudet, heu longo nobis nescitus in aeuo est.
Huius ad abstrusas ueniat mea lampada fibras:
Suspiret cupiat discurrat ferueat oret."
  Haec ait: et subolem fotu conplexa benigno
Mollia mellitis artauit ad oscula labris.
Ille uolat celeri tranans per nubila uento,
Omnia lasciuo socians elementa furore.
Vt stetit et iuuenem formae conspexit in ostro,
"Tune Dionaeum tumefactus despicis?" inquit.
"Huc, Venerem culture, ueni: qui tardius arsit
In multum calet ille rogus, celeresque fauillas
Restituet quaecumque pyrae subducitur arbor."
Deprompsit iaculum, quo diuos fixerat omnes.
Tunc pulcher teretem flexuram pertulit arcus:
Spicula diuerso traxerunt brachia calle.
Pennigeri uulnus praesentit dextera tactu,
Moxque ferit, laeto factum clamore salutans:
"Ille ego (quid trepidas?) semper contemptus adhaesi

108 cf. Verg. Aen. XII 257

89 celo *BLV* 91 *us. 91 ante 90 exh. B* hic *L* domuet *B* mores (s *postea add. m. 1*) *V* sortitus *BV̇* (*corr.*), sortitur *LPV*[1] 92 quos *L* euo *LV* 93 febras *B* 94 suspirat *B* erret *fort.* 95 sobolem *LPV* 96 mollitis *L*[1]*Pb* 97 ille *B*, illa *rell.* cele *B* 98 elementa (el *ex* il ? *corr.*) *L*, dementa *Pb* 99 forma *Pb* 100 ditioneum *B*, dioneum *LV* despicis *L*[2]*b*, dispicis *B*, despicit *L*[1]*PV* inquid *BL* 101 cultore *B* 102 calet ille rogus *B*, ille caret (rogus *om.*) *rell.* celerisque *BLPVb*, *em. Schottus et Sirm.* fabillas *B* 103 pyre *B*, pirae *V*, prae *L* 104 depromsit *B* diuus *B*, cliuos *M et Urb.* 105 tum *Sirm.* pulcer *B* teritem *B* perculit *B*, praetulit *fort.* 106 spicula *scripsi*, singula *libri* 107 pinnigeri *B* uulnus *B*, uultus *rell.* praesentit *scripsi*, praesentet *LPVb*, praesens et *B* tactu *scripsi*, fatum *libri* 108 l̊eto *L* 109 quid *B*, qui *rell.* trepidassem per *B*, trepida semper *rell.* contentus *Pb* adhesi *LV*

Visceribus, fugitiue, tuis. hac uictima matri
Litamus, multis quam tu non suspicis annis."
  Ecce iterum magno rimatus stemmate cretam,
Quam thalamis iungat, cernit sublime puellae
Sidus et adtonitus ad matrem lumina flexit,
Germanam credens: conlaudat nobile furtum.
Sed teneram leuiore ferit puer ille sagitta,
Inque uirum totos exhausit fortior ictus.
Post haec digrediens permulcet pectora dictis.
"Nostra tuas, iuuenis, confortent uulnera uires.
Nam quicumque mea est percussus cuspide crescit.
Haec faciunt multos, si credis, bella nepotes.
Sis felix semperque feras mea munera tecum."

Nunc me Pierio fauore iutum
In laeta, proceres, locate fronte.
Sustentent gracilem per omne carmen
Qui doctum faciunt benignitate.
Quod nunc ingenium premunt pruinae,
Distendat refouens tepore uernum.

V.

ITINERARIVM.

  Ingenii cultor, fons oris, copia linguae
Vmor Castalius ueniat, quo Thracius Orpheus

118 cf. Verg. Aen. V 816

110 fugitibe *B* haec u. mater Sacratur *coni. Schottus in Notis* 111 suscipis *BM et Urb.* 112 uterum *L* magnu L^1 stenmate *B*, sanguine *Sirm.* 114 thalamus *L* cernet *B*, terna *L* 116 feret*** *B* sagata L^1 117 inquae L^1V totus *B*, toto *L* exausit *B*, extorsit *rell.*, contorsit *Sirm.* forcior *BL* ictos *B* 118 permulcit *B* 122 munera *BM et Urb.*, uulnera *rell.* 123 iutum *B*, iustum *rell.* 124 proceros *L* 126 praemunt pruine *B* 128 tepore *scripsi*, decore *libri*

V. ITINERARI. *L*; PADI *add. Sirm.*, VERSVS *add. L* 1 cupia *B* 2 humor *LPV* trachius *BLPV* orfeus *B*

Naufraga diffuso succendit pectora fluxu.
Adsit et arentis coniungat cordis hiatus.
Eridani dicturus aquas nisi flumine largo
Sicca Pegasaeo perfundam membra liquore,
Torrida ieiuno uix stillant uerba relatu.
Vndarum cumulos ut narrem, suggere, limpha.
Quam bene pandit aquas cui blandus murmurat amnis!
Anni tempus erat, quo uernat mitibus uuis
Palmes et autumni dotes proponit in orbe,
Imbribus externis madida cum ueste Lyaeus
Distendit tunicas uuarum carcere musti.
Vberibus pluuiis ⟨ri⟩parum lege subacta
Tunc sibi forte Padus captiuos texerat agros,
Canebant spumis et turgida dorsa minaci.
Currebant stantes per fluctus culmina uillae.
Seruauit raptum pelagus tunc littore tectum,
Et mutans terras mansit fortuna casarum.
Respiceres siluas stationem perdere iussas
Ad flammas propera⟨re⟩ Pado ducente uoraces.
Tunc ego feruenti germanae tractus amore,
Cui natum Parcae demessum pollice diro
Sustulerant uiduamque domum constante marito
Reddebant, turbis peperit quae semper Auerni,
Hanc ut solarer, uel uitam prodere legi.
Regnator Ligurum fluuiorum maximus ille

3 succendat *LPVb* 4 iatus *B* 5 heridani *libri* elargo *L* 6 pegaseo *BLMVb* licore *B* 8 cumulus *B* lympha (y *ex* i? *corr.*) *B* 9 cui] cu *B* amnes *B*, *eras. uid. in L* 10 uuis] amnis (mn *ex* rm? *corr.*) *L* 11 automni *B* dotes proponit *Schottus*, proponit (—et *B*) dotes *libri* 12 inbribus *B* lyeus *BLMVb* 13 discindit *Urb.* tonicas *LP¹V*, conicas *B* 14 riparum *coni. Sirm.*, parum *BLMP¹ Urb.*, petrarum *P²b* 15 tun° *B* captiuus *B* agrus *B* 16 canebant *Sirm.*, canebat *libri* 18 seruauet *B* litore *LMV* tecum *Lb* 19 ca.sarum (s *eras.*) *B* 20 respiceris *B* 21 properare *b*, propera *libri* 22 germane *LMb* 23 parce *B* daemessum *B* 24 uiduam quae *B* 25 turbis *scripsi*, urbis *libri*, uerbis *b*, urnis *coni. Sirm.*, umbris *quondam conieci* 26 uel] et uel *B* perdere *M et Urb.* 27 legorum *B*

Sub iuga transmissus gemuit sub pondere cumbae,
Intumuit rursusque minas flatusque remisit,
Quique polos uicit soli mihi cedere iussus.
Sic pietas elementa domat, sic cuncta cohercet
Cuius grata deo tenuit miseratio mentem.
Ecce iterum madidis contectus nubibus aether
Hausit aquas, quibus omne ruens submergeret aruum.
Non caeli faciem conspexit naufraga tellus
Et stellis uiduae micuerunt dira tenebrae.
Errauit piscis sed non captiuus in aedes
Et populus fluuii per mensas lambuit escam.
Euomuit pelagus hominum penetrale profundum,
Vmida pulueribus clauserunt aequora campos.
Perfunctus primis recidiua pericula uidi.
Ille triumphator tiro ad certamina Nerei
Frigida per liquidas gestabam pectora limphas
Et siccis oculis respexi marmoris iras:
Cum subito absorptum uidit uetus accola pontum,
Risit et abiecti restantia signa pauoris.
Ditia permixto fulgebant arua metallo,
Eridanus claris radiabat comptus arenis.
Nauita me laetus suscepit protinus alno,
Sarcina cui felix dudum concesserat omen.
Indoctus clauum rexit de pondere tutus
Et me festiuis Christo duce pertulit oris.

28 Verg. Aen. VI 413 44 cf. Hor. Carm. I 3, 18

28 gemuet *B* ponde *L* cumbe *L* 29 intumuet *B* rursusquae menas *B* 30 polus uicet *B* 31 cohercit *B* 32 tenuet *B* mente *L* 33 conotectus *B* 34 ausit *B* arbum *B*, aruum (uu *ex* nu *corr.*) *L* 35 naufragat* (a *eras.*) *L* 36 stillis *L*, stilis *B* uidae *B* 37 pisces *B* captiuos *B* 38 lambuet *B*, ambiit *coni. Schottus* 39 euomuet *B*, euomu**it *L* pelagos *B* 40 humida *LPV* puluerebus *B* campus *B* 42 triumfator *B* tyro *libri* cermina *B* 43 liquida *B* lymphas *LV* 44 et siccis *scripsi*, neccis *B*, nec siccis *rell.* 45 absortum *BLPV* uidet *B* adcula *B* 46 obiecti *Sirm.* testantia *b* 48 heridanus *libri* radiabbat *B* comtos *B* 49 mellaetus *B*, malletum *b* aluo *b M et Urb.* 52 ne festinus *Pb* oris] finit *add. B*

VI.

DICTIO ENNODI DIACONI QVANDO DE ROMA REDIIT.

Amica est homini ad genitale solum reuertenti semper hilaritas, dum metus, quoscumque ei peregrinanti mens anxia peperit, quasi praefinitos et caelo grauante dispositos se euasisse confidit. debetur ergo uox serena laetitiae, ne muta gaudia maeroris imaginem sortiantur. cui enim pateat exultantis animi secretum nisi oris claue reseratum? reduces etiam cygnos alis ludere Mantuanus adseruit. quid ego faciam in medio deprehensus abrupto, qui et regressui meo debeo dicendi fidem et proposito tacendi necessitatem? secede, quaeso, ad tempus, officii censura grauioris: numquam te opportune gaudiis miscuisti. prophetarum insignissimi sub legem uersuum uerba redigentes carmine desideria sua et uota cecinerunt: diuino pectora dedicata conloquio plectris ecclesiastica per populos iura diuiserunt. cur ego in ordinis et meriti constitutus infantia aemulari summorum facta non studeam, maxime cum narrandi simulacrum altaris militem ad excipienda quae contra fidem eueniunt bella conroboret? nec dubitabo dicere quod praesenti constat exemplo. didicimus iam quo turbine pro amore fidei hasta iacienda sit, neque nos uirtutis pretio uel titulis mediocris conflictus eleuauit. dicam ergo libens musico stilo gaudia mea, quorum perfectionem maximis promitto me deo adnitente eloquii lituis nuntiaturum. pulsabunt me oblatrantium uenena linguarum, sed

7 cf. Vergil. Aen. I 406

VI. ENNODII *EV* DIA *E*, D̃. *BLV* DE *om. T* 2 hylaritas *EV* peregrinati *ELTV* 3 grauante (u *sup. ras.*) *B* 4 confidet *B* 5 meroris *libri* 7 cignos *libri* mantuanos *B* 11 oportune *libri* 12 lege *b* 14 ergo *L* 15 emulari *BEP* 16 simulcrum *T* 19 iacenda *L* neque] atque *fort.* 20 praetio *B* 22 maximus *L* me *om. T* annitente *LV*, annuente *ET*, adiuuante *b* litu[is] eloq uis (tu *ex* ti *corr.*) *T*, eloquii literis *Sirm.* nuntiarum *L*, iniciaturum *b*

professionis et ingenii exercitiis adgregabo quicquid contra accusati meritum maledictor ingesserit. usus est iste bene nitentis conscientiae opinionis lucro iungere morsus aemulorum et famae conpendia de inuidis aucupari. male pertinax dens liuoris, infringere et qui oblocutionis fomitem de loco gloriae quaeris obmutesce. dic unde fructus eueniat meritis, si iactantiae deputas quod sudore nostro placemus. labor est disciplinae amicus et religioni quadam cognatione sociatus. uelut uda praesegmina peregrinis maritata fomitibus nobilitatem fructuum ramis tribuunt, quam parturientia diu nesciere plantaria, ita dotatus liberalibus institutis bona mentem cura grauidam ad spem germinis melioris adtollit. pelluntur animo consiliorum toxica humanis praeparata necibus: umor suci letalis aboletur, quotiens huiusmodi occupationibus ingenia se submittunt. hinc ad clariora digredientibus diuinorum patescunt secreta librorum, quorum ianuam sensus pulsanti dum reserat, populis se duce peruium facit iter ignoratum, dum fastidiosos eloquii splendore, parum doctos fabricata latinitate et, ut aiunt, artifici rusticitate perducit. quis talem salutis non diligat indicem, non sequatur, qui necessariis dulcia, dulcibus seuera miscendo amare uitae dogmata et uelle cogit inuitos? sed istinc alias. coepti conpleantur honesta uota propositi. apud scientes rerum loquimur: res uirtutis est gaudium continere, secundae diligentiae per elaboratum tramitem luculentae dictionis ostendere, hodie maxime, cum mei portio limen ingressa facundiae dat parenti exultatione eloquentiam, quam negat ingenium, cum donat causa quod natura non praestitit. macte insignium adulescens uirtutum, qui in cano

2 iste est *P*[1]*b* nitentes *B* 4 inuidia *Sirm.* 7 sudore *B*, sudori *rell.* 9 u*da *T*, unda *Pb* et maritata *Pb* 10 tribuant *E et Sirm.* perturientia *L*[1] nescire *T*, nescieretis *L* 11 bonam *EPb* curant *E* 12 atollit *T* pelluntur (unt *ex corr.*) *L* 13 humor *ELTV* 14 laetalis *B*, loetalis *LV* 16 sensus pulsanti *scripsi*, sensu pulsante *libri* 19 perducet *B* 20 radicem *ET* 21 reuera *B* 22 alias (*alt.* a *ex* o *corr.*) *B* cepti *PTb*, sed cepto *E* onesta *B*, honesti *Pb* ꝑpositi *T* 24 facundae *fort.* luculente *B* 25 mei] ei *L* 26 facundae *B* 27 c̃donat *T*, condonat *Pb* 28 adoliscens *B*

flore pomorum numerum monstras, das pellere adflictionis glaciem et ad uernum me dictionis inuitas. nam dum quod tu debes studiis, ego inpendo laetitiae, puto ambo proficimus. simile est enim rudem instituere et ad declamationis affectum reuocare iam desidem.

Post canas hiemes, gelidi post damna profundi
  Tranquillum quotiens nauita carpit iter,
Maeret et infidi desperat prospera ponti
  Quamque uidet faciem non putat esse salis.
Sibilat aura leuis, ualidas timet ille procellas
  Fluctibus et blandas aestimat esse minas.
Lintea si crispant Zephyri pendentia malo
  Et dulci ludit spiritus obsequio,
Confusam uentis naturam perdere leges
  Iurat et antiquum credit adesse chaos.
Gaudia sic tollunt placidis discrimina rebus:
  Nulla fides laetis integra nec dubiis.
Non aliter uariis tenuit quos Roma periclis
  Litoris optati reddidit ad gremium.
Permulcent pelagi numen uenerabile cantu,
  Anchora quod proprium mordet obunca solum.
Flamina sed lassis tenerum factura soporem
  Perturbant mentem militis aequorei.
Arma ratis subigit, remos et lintea uibrat:
  Sic mens naufragium suspicionis habet.
Adueniat siccis qui pressit caerula plantis,

7 Ouid. Her. V 53   10 Ouid. Met. II 299   16 cf. Verg. Aen. I 169

1 monstrans dans *B*   3 debet *T*   5 dissidem *B*, reside•• (~ *add. m. 2*) *T*

1 VERSVS *inscr. T*   hiems *L*   dampna *ELPV*   3 meret *BLTV*   disperat *BLV*   4 uidet *EP*   5 sybilat *LV*   7 zephiri *ET*, zepheri *BL*[1]   mal//o *B*   9 uentis] ueteris *E*   10 cahos *T*   11 sic] si *PTb*   13 tenuit uariis *ELPVb*   14 littoris *PT*   19 subegit *Bb*   linthea *PTb*   20 suspitionis *LPT*   21 praessit *BLV*   cerula *libri*

(Nam portus fessis ille salutis erit)
Qui latices uinxit fundens in pocula saxum,
Qui lapides soluit, qui solidauit aquas,
Quem genetrix fudit saeclis sine semine feta,
Ad matrem iungens uirginitatis onus,
Qui mortem propriae superauit munere mortis,
Dans uitam mundo, funere quam peperit:
Ille per excelsum uideat me dexter Olympum.
Tunc patriam teneam, tunc stationis opem.
Nubila laxati uerrant licet aequora uenti,
Rimosam puppim nil nocitura petunt.
Dulcia conpositis quatiam tunc tympana chordis,
Floribus et pingam carmina nostra nouis.
Vt fatear, doctis constat bene dicere laetum:
Tristia nil capiunt pectora uersiloqui.
Sed redeat uernum, cesset iam bruma timoris.
Stringite quae nectant frondea serta comas:
Cantem quae solitus, dum plebem pasceret ore,
Ambrosius uates carmina pulcra loqui.

VII.

FAVSTO

PRAEFATIO.

Nisi didicissem quod serenitas conscientiae uestrae huius mali scabies abiuraret, inuisum mihi eloquii uber adstruerem.

31 cf. Lucret. V 266, VI 624 38 cf. Ouid Trist. I 7, 2

22 portus (or *in ras.*) *B* fessis] felix *Sirm.* 23 iunxit *EPb* 25 genitrix *TV* seclis *BL* semina *B* 26 honus *ET* 27 proprie *B* 28 quem *Sirm.* 29 olimpum *libri* 30 opus *b* 32 rimose *B* pupim *EPT*, pompi *B* 33 conpetunt (ositis *supra*) *B* quantiam *B*, quae iam *ET* timpana *BPT* cordis *libri* 34 pingã* (˜ *add. m. 2*) *T*, pinguam *EP* 35 dictis (o *supra* i) *V*, dictis *Sirm.*, doctos *fort.* letum *EP* 40 uatis *libri*, *em. Sirm.*

VII. PRAEFATIO (PRAEFAT*O *L* A *eras*) FAVSTO *BELPTVb*, AD FAVSTVM DE CARMINIBVS EIVS *inscr. Sirm.* 1 nr̃e *T* 2 scabiem *Sirm.* alloquii *Pb*

facessat a bonis actibus res amica perfidiae. me tamen nocitum cautela uestra denuntio. suspendistis hactenus ab ingenioli mei ariditate imbrem fructuum nutritorem. deus bone, quam peregrinas in me et ex uestri oris diuitiis adquisitas dicendi opes intellego! adiacet dictis locupletibus, quantum sentio, rubiginosos lingua et sensu hebetes peritiae lima conponere. est uobis quoddam cum hominum factore collegium. ille finxit ex nihilo, uos reparatis in melius. gratias ego refero de suscepto carmine, cum de dilato maeream beneficio. ad Camenalem tamen ignominiam, quibus numquam Gluuidenus deest, uersus adieci et periturae, ut dictum est, cartae prodigus non peperci. legite iucunditatem motura poemata et familiaris mali stupenda, ut aiunt, decora conprimite.

Fluminis in medio succendis uiscera, Fauste,
  Cuius alit magnam carminis unda sitim.
Quis ferat ardorem laticum flammasque fluentis
  Cognatas sicco sorbeat ore potans?
Fonte uaporiferum pariunt tua uerba calorem:
  Aestuet unde iecur, pocula prospiciunt.
Ingenii quisquis festinus tendit ad amnem,
  Non putet ambiguum: sic bibit, ut sitiat.
Nobilis occultum condiuit limpha saporem,

1 perfidi emę *ex* perfidię me *B corr.* 2 actinus *B* 3 areditate B^1 5 op' *T* intelligo B^1L doctis *fort* 6 rubiginosus *B* hebites *B* 7 factorem (a *ex* o *corr.*) *L* colligium *B* fixit L^1 8 reparates B^1 ergo *L* 9 lilato *L* meream *libri* benificio *B* tamen *B*, *om. rell.* 10 gluuidinus *BEPTVb*, gludiuinus *L*, Cluuienus *coni. Gronouius Obs. p. 404*, *cf. Iuuenal. I 79* 11 uersos *B* carthae *B* 12 iocunditatem *ELT* familiaris mali *B*, familiari *rell.* 13 conpraemite *B*

1 VERSVS *inscr. ETV* 4 cognatis *ELPTV* potans] uorans *coni. Schottus*, potens *coni. Valerius Andreas* 5 uaporeferum B^1 6 aestuat *Sirm.* iecor *B* prospi[ei]unt *B* 8 putaet *L* bibat *b* 9 condibit *B* lymfa *BLT*

Conputat et damnum, si minus inde feram.
Lubrica Cecropio confidens lingua coturno
Nil iactet priscos nobilitate seni.
In ueterum morem pangit noua carmina Faustus,
Qui per membra suum desecat arte melos.
Doctus ad incudem uerba infabricata referre,
Quosque facit uersus terque quaterque probat.
Aetas cana refert digitis animasse Myronem
Quod fingebat opus uiuificante manu.
Tu uerbis faciem tribuis, modulamine membra.
Quod natura deo, hoc tibi dant studia.
In uetulum dexter si uertas plectra cadauer,
Primaeuum facias aedificante lyra.
Si flores simules gelidi per plaustra Bootis,
Mox Helicem uernis sibilat aura modis.
Ninguida lustra rosas, fundant tibi frigora mustum,
Feruenti Pallas sidere dona ferat:
Piscis in aetherio quem portas uertice tranet:
Si iubeas uersu, marmora ceruus amat.
Faucibus e mediis inpasto uiscera praedam
Ore potens tollas, quam tenet ore leo.
Iam scio Castalii quo me traxistis amores:
Accedunt culpis munera uestra meis.

Sutilis ad tumidas rapitur mea cumba procellas,
Hibernos passura notos, quam nauita pauper

11 Hor. Carm. II 1, 12   15 Hor. Ep. II 3, 441

10 conputet (e *in* a *corr.*) *B*   11 cicropio *libri*   12 nihil L^1 iacet *L*   senes *Pb*, uiros *uel* feros *coni. Schottus*   14 menbra *B*   arce T^1 16 prob t *L* (*spatio 1 litterae uacuo*)   17 myronem *B*, maronem *rell.*   18 quos *E*   19 tu*** *L*   menbra *B*   modulamina membris *coni. Schottus*   20 hoc—quod *coni. Schottus*   21 plecta *L*   22 primeuum *libri*   aeuificante *fort.*   23 simulis *B*   24 elicem *libri*, Helices *fort.*   25 roras *L*   26 sidere (re *in ras. corr.*) *T*   27 ethereo *PT*   29 inpasti *fort.*   uiscere *Sirm.*   30 potans V^1 31 iam scio] nescio *fort.*   33 cimba *PT*   34 hybernos *EPTb*   natiuita *B*

Rimosam tenui fingens de cortice puppim
Conposuit nomenque dedit sine laude phaseli.
Illa nec Aegeum pelagus nec littora Phryxi
Nec quaecumque ualet trux aequora uerrere fundo
Aeolus agnouit, placidos sed gurgitis alti
Praelegit bene cauta sinus, ubi seruiat Auster,
Non ubi regna petat, quotiens ibi remige lento
Sibilat in tremula discurrens aura carina.
Lintea nam summis dum crispant nexa cerucis,
Quae portant mortes praestant mihi flamina somnos.
Huc uertam puppim, certis mea carbasa uentis
  Commendans, cursus artis opisque meae.
Flecte uiam uelis clauumque ad littora, Phoebe:
  Anchora proscissum mordeat unca solum.

Musa, dictorum caput optimorum,
Herbidam fingens hederis coronam,
Quam per exactos muneras poetas,
  Necte capillos.
Sulcat inmensum pelagus carina,
Nescit ad clauum manus apta ferri,
Quo uocat dextrum regimen per undas
  Artis amicus.
Pergis ad Faustum, trutinam loquelae,
Ore qui uastum ualet ut profundum,

36 cf. Cat. Carm. 4 45 cf. Lucan. III 592. 596 53 Verg. Aen. X 197

35 pupim *EPT* 36 phasili *B*V^1 37 egeum *libri* li•tora (c *eras.*) *B*, litora *ELV* phrixi *libri* 38 uerrere] uenere *T* 39 eolus *libri* 40 cau••ta *L* 43 cirucis *libri*, ceruchis *Sirm.*, carinis *b* 44 p̃rant (p *corr. in ras.*) *T* somnus *B* 45 pippim L^1V, pupim *ET* 46 cursos *B* opisquae *B* 47 litora *LV* focbe *BLV* 48 unca *Pb*, unda *T*, uda *BELV* 49 SAFFICVM *inscr. LPV*, SAFICVM *ET* doctorum *fort.* capud B^1P, capit *T* 50 corona *T* 51 exactus *B* muneras *scripsi*, numeras *libri*, numerans *coni. Schottus* 57 loquillae *B* 58 ualit *B*

Luce quem mundus ueneratur ipsa
Dexteriorem.
Aurium libram tenet in Camenis:
Illius ferrum secat omne uulnus,
Quodquod internis latet in medullis
Carminis aegri.
Si meos uellet modicos thyrambos
Mente, qua cunctum moderatur orbem,
Inter infantum triuiale murmur
Pendere, laus est.

Lux mea, Fauste,
Spesque salusque,
Litterularum
Munera parua
Suscipe laetus.
Sic tua summus
Germina Christus
Lucida seruet.
Porrige dextram
Nominis almi.
Grata Tonanti
Farra piorum.

VIII.

[ENNODIVS OLYBRIO.]

PRAEFATIO.

Non ponit fistulam quotiens rusticum pecus agrestis pastor inspexerit. muta nemora formidolosam solitudinem pariunt,

59 ipse *T* 61 arium *L* 62 illud *L*[1] uulsus *L*[1] 65 uellet *b*, uellit *BELPTV* tyrambus *BELV*, tirannibus *T*, *em. Sirm.*, corymbos *coni. Schottus* 66 modoratur *B* 68 pendere] ponere *fort.* laus sit *uel* laudem *coni. Schottus* 69—80 *binos uersus coniungit in unum T* 71 litterolarum *B* 72 mumera *B*
VIII. ENNODIVS OLYBRIO *addidi, om. libri;* AD OLYBRIVM DE EIVS ELOQVENTIA *inscr. Sirm.* PRAEFACIO *EPV*, OLYBRIO *b* 1 ponet fėstulam *B*, canit fistula *ELPTVb* 2 sollitudinem *L*

et ubique metus est, quando nullus in solacium deserti sonus auditur. sed si aurarum sibilis arborum comae linguae speciem mentiantur et ridente frondium motu appellet hominem iucunda concussio, putabitur ambientibus latera coetibus interesse, nec aliquam aerumnam gemit quem inter secreta sua ipsa natura quibuslibet elementis alloquitur. iuuat tunc exulationis comitem fistulam labiis admouere et flatibus per testudinis rimosa dispersis quandam de spiritu et aura conponere rationem. tunc Palaemonem suum rudens et infabricata lingua conpellat, tunc numerat quantis seruare caulas sit opus excubiis, tunc multiplices luporum insidias quas acuit fames magistra suspirat, tunc in sermonem cadit quicquid efflauerit: huius se solari, huius nititur mulcere collegio. cui talia agenti si quis sermocinantem fidibus citharam doctus admoueat et loquacia fila inrisor urbanus adportet, in ancipiti est quid eligat nuda simplicitas, dum lyrae tactus licet errantibus digitis dulcem et qui animam frangat crepitum reddit. nefas tamen putat, si alieni tractus lepore propositi auitam discat scientiam non amare, ut, dum infrenis ambitus rusticantis doctrinae terminum non metitur, superiorum affectu et ipsa se possibilia intellegat perditurum, cum nescientem quid ualeat mapalium alumnus ipsa paternae institutionis mediocritas quasi externa contemnat. non aliter me, uir amplissime, inter maxima curiae sidera conputande, iubar facundiae, ingeniorum flamma, splendor eloquentiae, dictionum census, per nemorum inuia ad instar pastoralis fistulae quae uiliter narrantur oblectant,

2 specem *B* 3 appellit *B* iocunda *EPTb* 4 con•••cussio *L*, confusio *E* putabatur *L*¹ latera coetitibus *V*, cetibus latera *T*, latera *E* 5 erumnam *BLPTV* 6 aelementis *B*, aliis *b*, *om. Sirm.* iubat *B* 7 festulam *B*, *om. E* 9 palemonem *libri* ridens *B*, rudis *b* 11 famis *B* 12 cadet *B* quidquid *B* 14 fidebus *L*¹ cytharam *B* 15 aportet *T*, opportet *E* elegat *B* 16 lyra et actus *BELT* 17 amam *V*, nimam *EL*¹ reddet *B* 18 lepore] amore *Sirm.* positi *B* ad uitam *E*, amicam *P* (*m. 2 in mg.*) *b* 22 contempnat *BELV*, condemnat *Pb* 24 iurbar *L*¹ 26 instar ad *T*¹ utiliter *L*, uiriliter *Pb*

metuentem citharam tuam, laudantem plectra, quae, ut superius texui, agrestibus digitis meis urbanus adiungis. amoue, quaeso, quam adhibes ad inuitandum me elucubrati sermonis inlecebram. absint, quibus etiam apud peritos uteris, uincula conloquii. conpesce uerborum digitos, quibus soletis renitentum animas ad desideria uestra conpellere. liceat me aut silentio inscitiam tegere aut per stridentem stipulam aliis triuiale carmen adferre: uobiscum fabulari res est meriti ueteris et nouae felicitatis. quod si mei inmemor ego temptauero, adeptus contra utilitatem propriam solis currus, iuste subeo Phaethontis exemplum. de quo quia sermo contigit et forma cautionis accessit, quid facto opus sit subiectum carmen ostendit.

Fama refert, ueterum quae nescit perdere gesta,
Quae loquitur semper quicquid in orbe fuit:
Germina dum lucis Titan dispergit in axem
Et ditat mundum nobilibus radiis,
Vda uaporiferas cohibent dum lora quadrigas
Et nitidum gurges mittit ubique diem:
Vndantes doctis manibus Sol flexit habenas,
Artificem dominum lux bene nota tulit.
Sed Phaethonteo postquam dare regna precatu
Non exploratis uiribus instituit,
Degenerem primis rectorem motibus astrum

2 Ouid. A. A. I 56, Fast. I 284

1 cytharam *LPTb*, cetharam *B* 2 adiungit *E* 3 ·lucubrati (e *eras.*) *T*, lucubrati *E* 4 peritus *B* uincla *PT* 7 insiciam *EPT*¹ 8 tribiale *B* crimen *E* 9 et *V s. l.* 11 faetontis *B*, foetontis *LV*, fetontis *T* 12 trautionis *T*¹

1 ENNODIVS OLYBRIO (VERSVS *add. ELPV*) *inscr. BELPTV* 2 quidquid *B* 3 tutā *T* dispergerit in rem *E* 5 coibent *T* lara *T*¹ 6 gurgis *B* 7 datis *b*, latis *aut* claris *coni. Schottus* abenas *libri* 9 faetonteo *B*, foetontaeo *V*, foetonteo *L*, fecūteo *T* 10 exemploratis *B*

Sensit et excussis currere coepit equis.
Tunc totam sonipes lucem de naribus efflans
Non tenuit legis tempora certa suae.
In flammam cessit splendor, quod luminat ussit
Quodque animat terras exitium peperit.
Tunc et Hyperboreas dum frangit lampade crustas,
Epotis Tanais siccus abibat aquis.
Crystallum fluxit, sed cursus fluminis arsit:
Quod lapides soluit, nexuit Eridanum.
Sic ego rhetoricum temptans transcurrere callem,
Adgredior currus solis et imperium.
Nescio quid uariis inpendam sideris oris,
Nescio quid teneam: cuncta calor superat.
Curia te pollens teretem formauit ad unguem
Et patribus iussit lumina ferre suis.
Tu Phoebum reddis: fumat tibi uictima pinguis,
Pro qua cessissent fulmine caelicolae.
At mihi uix illud transmittunt pauperes horti
Rubra quod acceptum testa refutat holus.
Sum, fateor, cuius destillent uerba relatu,
Quae maciem monstrent pauperis ingenii.
Carmina nulla cano, nec me modulante Camenas
Mansurum dabitur pollicis ore sophos.
Quicquid Apollineo loquebamur pectine, cessi
Oblitus linguae, quam mihi fila dabant.

13 cf. Verg. Aen. XII 115 14 cf. Ouid. Met. II 204 sq. 27 cf. Verg. Ecl. I 43 29 Sedul. carm. I 15 33 cf. Verg. Ecl. I 78

12 caepit *B*, cepit *ET* 13 sonipis *B* 15 quos *T* ussit *T in ras.* 17 franget *B* 18 epotis *Sirm.*, epotus *V*, epotu *BL*, et potu *EPTb* sicus *T* obibat *coni. Schenkl* aquis *Sirm.*, equis *libri* 19 cristallum *BEPTV* 21 e*go *B* retoricum *B*, rethoricum *ELPTV* 22 cursus *L*[1]*Pb* inperium *B* 26 tuis *Sirm.* 27 phebum *BEPT* reddes *B* 28 cessitsent *B*[1] fulmina *fort.* 29 ad *B* pauperes *Sirm.*, pauperis *libri* *orti (h *eras.*) *T* 30 refundat *fort.*; *cf. Sedul. l. c.* olus *L* 31 distillent *Tb* 32 monstrant *Pb* 34 dabir *T* sophos *b*, sophus *ET*, sofus *BLPV* 35 quidquid *B* loquebamur] quibamus *uel* conabar *coni. Schottus*

Rustica per teneras errat mihi dextera cordas,
Confringunt dulces barbara plectra modos.
Ah quotiens uitreis Heliconis fluxit in herbis
Adridens labiis quae facit unda sitim!
Ah quotiens hederis redimitus tempora duxi,
Aonium mulcens carmine concilium!
At nunc per siluas, inter spelaea ferarum,
Agrestem certus ducere militiam,
Grandia per ualidos commendo semina sulcos,
Vt germen uitae destituant lolia.
Lactea ne mentem denudent uerba solutam,
Et dictis mollis dicar et ingenio:
Non mihi per campos discurrat lingua patentes,
Mascula nec lituis dicta feram grauibus:
Ne mea grandisono flammentur corda coturno
Et tumidus scriptis moribus esse puter.
Qui mihi tunc portus? famam petit undique lector.
Sed stabilis pudor est, si taceam, proprius.
Tu caelum teneas, me terris linque quietum,
Qui solum noui, quod bene nil didici.

VIIII.

DICTIO QVAE HABITA EST IN NATALI SANCTI AC BEATISSIMI PAPAE EPIPHANI IN ANNVM XXX. SACERDOTII.

PRAEFATIO.

Sentio quid plerique taciti loquantur in sensibus et adposita cordis aure uocem cordis intellego. clamant enim ista silentia

43 cf. Verg. Ecl. X 52 45 cf. Verg. Georg. I 223

37 dextra *L* 39 a *libri* uitceis *L*[1] heliconis *scripsi*, helicon mihi *libri* 40 sitem *B*, sittim *T*[1] 41 a *ELPTV*, *om. B* dixi *B* 43 ad *B* spelea *BLPTVb*, spelunca *E*, speluncas *P*[2] *in mg.* 50 nec lituis *T in ras. corr.* 51 flam̄tur *ET* coturno corda *T*[1] 52 tumidos *B* 56 dedici *B*

VIIII. INCIPIT DICTIO *BELTVb* NATALE *BL* PAPE *LT*, *om. E* EPIFANII *BET* TRICENSIMVM *B* PRAEFACIO *LTV*

quid sibi alienae professionis homo quaerat ex themate, quid insignitus humilitatis titulis per crepantes ex more uulgi cuneos uocum plausus expectat, quos tumescentibus fautorum bullis aura popularis exsuscitat. olim talia dicunt debuisse conponi, cum adulantibus adulescentiae floribus et pueritiae adhuc in illo et saecularis licentiae uerna riderent, cum reboantibus efferri decuit adclamationibus, tunc cum capi potuit etiam fucatae uoluptatis specie. nunc cur recitet publice quem laus nec decet publica nec delectat? hi meminerint quod ego rem nostri muneris ago, quem in sacerdotis praeconiis constat sentire quae debeam. cui quamuis nunc intempestiuis laudibus reddam modica, tamen maxima post debebo, in cuius ministerio quicquid ualeo praestat inpendi. simul etiam percepi animo quod, si reddenda est de otioso sermone ratio, non minus de otioso silentio. erant enim otiosa silentia, si laetantibus circumfusis omnigenum mentibus solus, cum dare possem, uerba subtraherem, quippe cum etiam in obsequiis caelestibus hymnos deceat adhiberi et credamus exsortem humanitatis dominum hominum meris laudibus demulceri et hoc ab his speciali quodam iure quos donauit lingua reposcere. quid antistes faciat, qui propriis orationibus egit ut possim? scriptum est enim: d o m i n u s d e d i t m i h i l i n g u a m e r u d i t i o n i s , q u a n d o o p o r t e a t s e r m o n e m d i c e r e. oportet nunc, ut censeo, et ad loquendi tempus ostium cordis aperitur. sed nunc non ego in poeticis laudibus ora laxabo. absit a me sentina carminum, quae sicut uera non laudat, sic nec uere laudatur. nunc fauete mentibus certa

14 Cato Orig. I fr. 1 (p. 51 P.) = Cic. pro Planc. 27, 66 22 Es. 50, 4

1 qui[d] *B* ex *T in ras.* temate *libri* 2 insignis *E* 3 cuneo suo cum plausus (c̃ plausus *E*, cȏplausus *T*) *ETV* tumiscentibus *BV*[1] fc̃orum *T* 6 secularis *LV* reuocantibus *B* 8 uoluntatis *L* reticet *ET* 9 delectatur *E* hii *BP* meminerent *B* 10 uri̅ *ETb* 11 nunc *EP*, n̄ *LT*, non *BVb* 12 debeo *L*[1] 13 quidquid *B* 14 si] ei *B* 17 possem *b*, possim *libri* subtrahere *B* 18 •ymnos *L* exortem *PL* 20 quod *Pb* 21 antistis *B* 24 ad l.] alloquendi *ET* 25 hostium *EPT*[1] 27 fauete *Pb*, fauente *BELTV*

dicturo. in quo opere si minora pro ingenii exiguitate non dixero, pro iactantia maiora non fingam.

Vatibus antiquis dicendi maxima uirtus
Illa fuit, doctis si scirent fallere uerbis:
Laus erat in laudem mentitum pangere carmen.
Tunc operi fraus apta fuit: nam more poetae
Seruantes quod crimen habet uetuere pudore
Vera loqui, carmenque fides despexit ubique.
Ars placuit, quam culpa decet: nam doctior error
Extorsit certis metuenda poemata linguis.
Lex docuit sine lege loqui, cum uindicat arte
Quidquid iura negant fandum: retinacula morum
Numina fallaci finxerunt sordida cantu:
Phoebum et ter ternas dixerunt esse sorores,
Castalium laticem, uarias quoque Palladis artes:
Tunc laurus tripodas cortinam tympana plectrum
Narrabant: illos a ueri tramite fugit
Sensus, et errantes uisus delusit imago.
Nunc linguam citharae, quae cantat pollicis ore,
Sperne, fides: magis, ille, ueni nunc, spiritus, oro,
Cuius inexhausto reuiuiscit semper in anno
Quicquid terra creat, gignit mare, parturit aether:
Qui freta diffundit, solidum dat corpus in aruis,
Saxa ciet iussu, metuit quem cautibus horrens
Caucasus, aurito famuli cum fortia sensu

12 Apoll. Sid. carm. XVIII 1 18 Apoll. l. c. us. 5 20 Sedul. carm. I 11 22 Verg. Aen. IIII 366

1 dictura *LT* 2 fugam] FINIT PRAEFATIO VERSVS *add.* *BELPTV*

3 mentium *L* plangere *T* 4 poetas *coni. Schenkl* 7 docet *P* 9 arce *T* 10 quidquid *B* iuta *T*[1] 11 cantu *T in ras.* 12 phebum *libri* ter *om. L* 13 pallades *B* 14 tum *Tb* curtinam *BELPV* 15 fugat *fort.* 16 errantis *T* delusit uisus *libri; em. Schottus et Sirm.* 17 hunc *L* cytharae *BL*[1]*V*, cythare *L*[2], cithare *EPT* 19 inexausto *BLPV* reuiuiscet *B*, reuirescit *coni. Schottus* 20 quidquid *B* 22 quam *T* cantibus *Tb* 23 causas *T* haurito *libri, em. Schottus et Sirm.*

Corda domat: qui cuncta uidet, quem cuncta tremescunt:
Fons uia dextra lapis uitulus leo lucifer agnus
Ianua spes uirtus uerbum sapientia uates
Hostia uirgultum pastor mons rete columba
Flamma gigans aquila sponsus patientia uermis
Filius excelsus dominus deus, omnia Christus.
Hunc precor ut dictis adsit: qui pectora prisci
Vatis ut ingressus Pharaonis tempore regis,
Adiuuit gracili locuturum uoce prophetam.
Se stupuit tunc ipse, reor, bene conscius oris,
Murmuris et soliti, conplentem principis aures
Pondere uoce sono sensu probitate pudore.
Tu famulum, tu, sancte, mone: da soluere grates,
Quas debere iuuat. sanctum conplectimur omnes
Ecce diem, uoluit quo se iubar indere terris
Promptius et radiis animas animare propinquis,
Quo gaudet mundus, cum non sint gaudia mundi.
Cernis adorantem pauidos summittere uultus
Vatis in obsequium? natalis tempora sentit
Festa nec amissis contemnit tristis alumnis.
Iste dies cunctis uitae cunctisque salutis
Causa fuit, ueteris dissoluens uincula noxae.
Christus in hoc tribuit decus et tutamen in aruis
Ausoniis, parili populos qui mente gubernet
Et gentes pietate regat: quibus auctor Olympi
Pollicitus simili regem probitate parauit:
Dexter ut ipse deus solio dat iura corusco.
Proximus hic caelo, cui recti conscia mens est,

25 sq. Anth. lat. 689[a] (R.) et Huemer in Stud. Vind. II 72, III 159

24 tremiscunt *LT* 26 uatis *libri*, *em. Schottus et Sirm.* 27 ostia *BLPV* re*te (i *eras.*) *L* 28 gigas *Tb* pacientia *ELPTb* 30 hunc *scripsi*, nunc *libri* absit *L*[1] peccatora *B* 31 faraonis *BLV* 32 moniturum *coni. Schottus* profetam *BLV* 34 cōplectere *Pb* 36 soluere (lu *ex* di? *corr.*) *T* 37 qas (u *superscr.*) *B* iubat *B* 41 uultos *B* 43 admissis *Pb* contempnit *libri* aluminis *L*[1], alumpnis *T* 45 nox*ę (a *eras.*) *L* 48 actor *ET* olimpi *libri* 50 ut] et *b* iure *T* corusca *L*[1], coruscho *T*

Semper erit, quem iusta probant, quem iudice mundo
Publica uota legunt: fateor, suffragia magna
Contulit, ut sedis gremio frueretur inemptae.
Libera te dominum posuit sibi turba perennem,
Seruitio laudanda suo. pro quantus ubique
Feruor erat! sancto mundi plaudente tumultu
Omnibus idem animus, turbis uox omnibus una.
Sic tamen alterutrum certabant uincere uotis,
Ceu sibi cum diro bellandi cominus hoste
Causa foret: uulgus proprio tunc sanguine uincit,
Pollicitum quotiens fuerit sufferre pericla.
Caspia non aliter cum tigris feta Niphaten
Circuit aut catulos rapiendi format ad usus,
Ardet in absentes, saeuis mortalia mandit
Membra animis hominumque necem petit ore cruento.
Alter in hoc senium teneris miratus in annis,
Alter in antiqua iactabat stirpe parentes:
Alterius contenta parum de sanguine mens est,
Digna referre uiri uirtutum stemmata mille
Commemorat: quanta tituli tunc laude superstant,
Vincuntur quotiens, et morum gloria uictis
Parturit insignem per saecula longa triumphum!
Ille pudicitiam, quae pulchro in corpore uernat
Pulchrior, et casta ridentem luce figuram
Laudibus ad caelum portat: decus illa profecto
Adtulit huic facies, quae multis causa pericli
Saepe fuit: pulchrum satis est mansisse pudicum.
Haec nisi de summo non dantur culmine Olympi.

58 Verg. Aen. III 60 64 cf. Verg. G. III 163 66 Verg. Aen. I 296

54 sedes *B* inempte *BEP*, imemptae *L*, inepte *T* 55 libe*ra (a? *eras.*) *L* 57 tumulto *B* 60 comminus *BELV* 61 uicit *Pb* 63 tegris *B* fetam *B* nifaten *ELTV*, faten *B* 64 catulus *B* 65 saeuit *Pb* mandit *Schottus*, mandet *B*, mandat *ELPTVb* 66 animus *V*[1], animi *Pb* 70 stemmata *Pb*, stimmata *BELTV* 74 pulcro *EPT* 75 pulcrior *EPT* fuguram *B* 78 pulcrum (h *suprascr.*) *B* 79 sommo *L*[1], sumo *T* olimpi *BELTV*

Sicubi contingant uel formae commoda sanctis
Mentibus adcrescant, bello se uincere certant
Tunc homines, funditque decus uel munera terrae
Dextra animae uiuitque sibi, dum deperit illi.
Haec cum multiplici populus narraret ab ore,
Vna fuit cunctis sententia fixa cateruis.
Turba sacerdotum uenerandaque curia saecli
Elegit uoluit meruit suscepit amauit.
  Ecce aliud dictuque nouum mirabile cunctis
Transieram, quod quisque pauet, quod suspicit orbis.
Vix primaeuus erat, tremulis cum limina lucis
Calcantur plantis, cum matris ab ubere raptis
Blandior a tenero sucus subducitur haustu:
Callida mentitum genetrix cum forte saporem
Herbarum querulis infundit dura labellis,
Nesciat ut natus gustu cognoscere matrem,
Vnde subornatum sorbetur lacte negato
Faucibus insuetis ridenda fraude uenenum.
Istius illa fuit, cum signum contigit, aetas.
Nam fulsisse ferunt huius cunabula magno
Lumine, cum tantus micuisset splendor in illo,
Quantus in obsequium potuit tunc fundier aether,
Cum iussus seruire uiro mortalia raptim
Membra leuat lapsu gradiens celer ignis Olympi,
Cornipedum pernix cursus imitatus equorum:
Prospera non aliter puerum tunc flamma pererrans
Circuit inlustrat ueneratur suspicit ambit.
Tum pauidus genitor summisso lumine fatur:

91 Verg. Georg. III 187 92 cf. Verg. Ecl. III 7 95 cf. Verg. Ecl. IIII 60 103 Verg. Mor. 5 104 cf. Verg. Aen. VI 591

80 contingant *Sirm.*, contingat *libri*, contingunt *b* 81 certauit *B*[1] 82 dec'. *T* 83 deperet *B* 86 saecli *scripsi*, saeculis *B*, saeclis *rell.* 89 suscipit *EPb* 90 primeuus *libri* lumina *Tb* 92 succus *ET* austu *BELPV* 93 genitrix *EPT* 94 quęrulis *BL* 95 natus (nat *in ras.*) *V* 97 redenda *L*[1] 99 faerunt *L*[1] cunaltula *L* 100 cū *T in ras. corr.* 101 tunc fundier *scripsi*, tunc fungier *BLTV*, tum fungier *EPb*, confundier *coni. Schottus* 103 labsu *BLV* olimpi *libri* 105 tū *T*

"Summe deum, sancti custos, qui culmine caeli
Omina dextra facis, quae cernis lumine dextro,
Hunc tibi de primis et adhuc reptantibus annis,
Sancte, pater uoueo, quem necdum cassibus artis
Lubrica terrenis innectunt saecula culpis.
Nec faciant: sit, summe deus, tibi munus opimum".
Haec ait et lacrimas quas promunt gaudia fundit.
  Crispinum petit inde libens, quem dicere digno
Non datur eloquio, nec si modo surgat Auerno
Qui potuit rigidas de rupibus Apennini,
Flumina cum starent, ad plectrum ducere siluas.
Helias fuit hic mage: nam quis Helisaeum
Linqueret in terris duplicato munere palmae?
Nutriuit quem lacte pio, quod ab ubere Paulus
Pressit, euangelicis plena est cui dextra papillis.
Salue, sancte parens, semper saluete, recepti
Crispini cineres, ad cuius iura redundat
Quidquid in hoc Christi miramur dogmate dignum.
Tu bene transmissum tibi censum possides, heres.
Res non parua docet triplicatis iuncta talentis:
Monstrat ab occidui reuocatum partibus orbis
Quod supplex captum transmittit Gallia uulgus:
Effera te uiso didicerunt pectora flecti,
Armatum precibus superasti, maxime, regem.
Sic pugnax gladios obtundit uerbere lingua,
Sic ferrum expugnat uerborum lamina fortis.

115—119 Sidon. Apoll. Paneg. in Anthem. carm. XXII 69—73
117 cf. Hor. C. I 12, 9 sq. III 11, 13, Ouid. Met. XI 1   123 Verg. Aen. V 80

108 custus *B*   109 omnia *L*[1]   113 tibi *ex* tim *corr.* *L*
116 modo] Maro *coni. Schottus*   117 regidas *V*[1]   adpennini *B*
118 cum starent] constarent *T*   119 heliseum *BEPV*   120 munere *B s. l.*   palmem *B*   121 ab] ad *B*   122 cui] tibi *b*
123 sancta *T*   125 quidquid *B*   126 tum *b*   possidis *B*, possidet *b*   127 uincta *EP*   129 quo *T*   transmisit *Sirm.*
130 dedicerunt *BP*[1]   131 regni *Schottus in textu*, regum *idem coni.*   133 sic ferrum expugnat *Sirm.*, sic expugnat ferrum *libri*
lammina *BLV*

Nam si fanda ferunt sociant qui maxima paruis,
Sic dominum expectat domitatis uilicus aruis,
Cum bene mollitos incurui dente ligonis
Scribit agros faciemque soli sic pectit aratris,
Vt spumet plenis currens uindemia labris.
Inserit externas peregrino in cespite plantas,
Aduena coniunctis sociatur nexibus arbor,
Truncantur stirpes, demessum falce maritat
Virgultum, tenero lignum mordetur hiatu,
Germine nobilitas consurgit non sua paruo,
Surculus ignoto coalescit munere diues,
Dum madefacta nouo iungit plantaria libro.
Paestanis pariter depingit terga rosetis,
Regius agresti uestitur murice campus.
Lilia pro nitidae funduntur lumine calcis:
Tunc pingit uiolas cythisos colocasia calthas
Cinnama serpillum narcissos balsama costos.
Tunc rediuiua serit quae portat germina phoenix.
Hunc iubet aduenïens dominus discumbere seruum,
Surgit et ipse suis manibus dat fercula mensae.
Sic tua ter denis, animarum cultor, in annis
Halant rura rosas, interpellata nec ullis
Frigoribus marcescit humus, quam uere perenni
Seruat odorato meritorum cespite doctor.
Arbuta siccantur quotiens tua rore negato,

138 Verg. Georg. II 6 146 sq. cf. Verg. Ros. 11, Ecl. IIII 41 sq., II 46. 50 149 sqq. Apoll. Sid. l. c. us. 413 sqq. 156 l. c. us. 410

135 dominum expectat P^2b, expectat dominum $BELP^1TV$ uillicus *ET* 136 molitus *libri*, molitos *Sirm.*, mollitos *proponi posse adnotat Schottus* 137 sic *ex* się *L corr.* 138 uindimia *B* 139 inseret *BEPTV* (*corr.*), indeseret LV^1 ceppite L^1 140 nesibus L^1 141 truncatur (u *supra* a) *B* 144 surculos *B* 146 Paestanis *b*, pestaniis *libri* 147 regios *B* 148 luminae B^1 calces *libri*, *em. Sirm.* 149 cytisos *BLPV*, citisos *ET* culocasia BLV^1 caltas *libri* 150 syrpillum *B* narcissos (u *supra* o) *B*, narcisus *ELPTV* costus *b*, cosmos *B*, cosos *ELPTV* 151 fenix *libri* 152 tunc *Pb* 155 ruro L^1 156 marciscit *B*, pallescit *Sidon.* quem *T* 157 adorato *T* 158 arbusta B^1P

Infundis lacrimis, cophinum quoque congeris illic
Stercoris inmundi: tunc ramis surgit opimis,
Tunc fecunda deo nascendi iura superstat.
Suscipe nunc dexter, uitae lux aurea nostrae,
Gaudia quem faciunt modicum tibi promere carmen.
Cum mea uota deus produxerit ordine coepto,
Fulserit et docilis quem plantat dextera palmes,
Debita post centum reddam tibi fortius annos.
En statui quodcumque tibi nunc scalpere carmen
Nodoso sub iure, pater, quod nexuit artis
Diuersa sub sorte modis lex proxima poenae,
Vsquam ne fallax nutaret syllaba. dixi.

X.

HYMNVS VESPERTINVS.

Nigrante tectam pallio
Iam terra noctem suscipit,
Vt uiua dulci funere
Reconualescant corpora.

Mortis figura blandior
Bustum soporis admouet,
Anhela lucis aestibus
Dum mens tepescit otio.

159 infundes *BLPTVb*, infundens *E*, *em. Sirm.* cofinum *BLV* 161 faecunda *B* superstant *b* 163 quae *EPb* 164 cepto *ELT* 165 palmis *libri, em. Sirm.* 167 sculpere *b* 168 nodo**so (lo *uel* co *eras.*) *L* nexuet *libri*, *em. Schottus et Sirm.* 169 forte EP^1Tb, fronte P^2 *in mg. et Sirm.* pene *Pb* 170 mutaret PT^1b sillaba *ELPT*

X. *Carmina X—XXI solus exhibet B* HYMNI ALIQVOT ENNODII *inscr. B m. rec.;* IN XP̃I NOMINE ^{H}YMNVS MAGNI|FICIS ENNODI (^{H}YMNVS—ENNODI *m. rec. exp.*) HYMNVS VESPERTINVS DICTVS A DOMNO ENNODIO *B* 3 dulce *B* 7 anela *B* 8 tepescet *Bb*, tepescat *scr. Rambach*

Lux Christe uita ueritas,
Ne fusca somni tempora,
Tetris parata umbraculis,
Nos ad tenebras euocent.

Nox nulla nos subdat sibi
In noctis atrae tegmine,
Sed nec caloris ebrii
Mentita pingat corpora,

Verum reatum nesciis
Falsi ministrans criminis.
Tu per quietis munera
Adsiste, custos peruigil.

Hostis procul sit callidus:
Quod laedit, illud dormiat.
Qui dente saeuo mandere
Certat cubantes lectulis,

Hic membra uinctus lugeat
Pulsare sese quos foues.
Madente carne spiritus
Non enecetur naufragus.

Ornet cubile castitas,
Quae prima uirtutum micat:
Viuat fides in pectore,
Quae luce uernat perpeti.

9 Ioh. 14, 6

10 fuscas omni *Bb* 14 noctis] mortis *fort.* 15 calores—pingant *coni. Schenkl* 20 custos *Schottus in Notis*, custus *Bb*, cunctos *Schottus* 23 dentes aeuo *Bb* 28 none (e *uix apparet*) *B*, non *b* necetur *Bb* naufragus *B*, naufragii *B* (*m. rec.*) *b*

XI.

HYMNVS IN TEMPORE TRISTITIAE.

Deus perenne gaudium,
Pax Christe cordis anxii
Portusque fluctuantium,
Quem nec procella, turbidis

Si uerrat ima motibus,
Potest fugare a pectore.
Qui mersa ponto subleuas,
Qui subiugata sarcinis,

Qui dux prophetae naufragi,
Dum uiuit esca beluae,
Dum nescit aequor quod tenet,
Tutum ferino e gutture

Exactor abrumpis cibum.
Diro reductus remige,
Custode saluus pessimo,
Vates locutus te deum

Tunc iussa gessit fortior.
Inmunda lymphis sobrium
Per busta tetris uexerat:
Viuens sepulcra pertulit,

Viuentis urnae prandium.
Secreta coeti prodidit

11 cf. Sedul. carm. I 193 sq.

XI. HYMNVS (H *in ras.*) *B* TRISTITIAE DICTVS A DOMNO (I *s. l. m. rec.*) ENNODIO *B* 4 turbidis (b *in ras.*) *B* 5 uertat *Schottus in mg.* 10 uiuet *B* (uet *in ras.*) *b* aesca *B* 12 tutum—*us. 21* prandium *sustulit Schottus hos uersus hymni XII de S. Cypriano esse suspicatus* totum *B* e *om. Sirm.* 13 abrumpis *scripsi*, abrumpe *Bb* spibum (pibum *exp. et* cibum *scr. s. l. m. rec.*) *B*, cibum *b* 15 saluus *Sirm.*, saluos *Bb*, saluas *Schottus* 16 uatis *Bb* 17 cessit *Schottus* 18 sobrium *B*[1], sobriam *B* (*corr.*) *b*, obuiam *coni. Huemer* 19 tetris *scripsi*, terris *Bb* uexerat *B et Schottus*, uixerat *B* (*m. rec.*) *b* 21 urnae *scripsi*, ornae *B*, ornet *B* (*m. rec. s. l.*) *b*

Testis uerendus intimi.
Sic nos precamur, rex deus,

Maerore fractos ut cibum
De uentre curarum rape.
Viuit medullis quod necat,
Turbantur alta uiscerum.

In fonte carnis ardor est,
Qui mergit urit adficit:
Sed si serenus aspicis,
Pressura gignet gaudium.

XII.

HYMNVS S. CYPRIANI.

Vatis Cypriani et martyris
Cor lingua sensus dignitas
Mortem ferendo proferunt:
Vitale bustum nex dedit:

Mucrone parta lux micat.
Dictis fuit praefulgidus
Et ore diues unico,
Torrentis unda gurgitis,

Inpacta cornu spicula
Sermone uincens promptulo,

23 uerendos (u *s. l. m. rec.*) *B* 24 praecamur *B* 25 factus (o *s. l. m. rec.*) *B*, factos *b*, *em. Schottus et Sirm.* 30 mergitur *b* adficet (f *et* it *s. l. m. rec.*) *B* 31 aspices B^1 32 presura B^1 gignit *fort.*

XII. HYMNVS SANCTI CYPRIANI DICTVS A DOMNO ENNODIO *B* 3 proferunt *b*, pro runt (proruunt *s. l. m. rec.*) *B* 4 uitale *em. Huemer*, uitalis *b*, uitalibus *B* bustum *scripsi*, tum *Bb*, ictum *Sirm.*, hunc *Schottus* 8 undam *Bb* 10 promptulo *em. Huemer*, promolo (i *et* u *s. l. m. rec.*) *B*, promulo *b*, primulo *aut* prouido *coni. Schottus*

Opes uerendi pectoris
Qui iure Christo reddidit.

Nunc munus inplet pristinum:
Orator orat obtinet
Et dura causis temperat,
Facit beatos ex reis,

Peccata rumpens carmine.
Non flamma carcer uinculum
Potest nocere quos iuuat.
Mactare iussus hostias

Lugenda risit numina,
Instante mox periculo
Fugit pericla funere:
Paruas loquendi schemate

Moras remisit ictibus,
Acciuit enses laetior,
Currente leto plus celer.
Proconsul esse saeuior

Nequiuit ille Maximus,
Dum quod minatur munus est,
Nec tardat ira lenior
Christum uolentes uisere.

14 optenuit [obtinet] (obtinet *s. l. m. rec.*) *B* 15 cordis *fort. nisi* causis *pro* argumentis *dixit* 16 beatos [beatos] (o *ex* u *ant. corr.*, beatos *s. l. m. rec.*) *B* 19 iubat *Bb* 21 numina *Sirm.*, munia *Bb* 24 stemmatę *B*, *em. Sirm.* 28 proconsule *Bb*, *em. Schottus et Sirm.* 31 laenior *B* 32 uolentem *fort.* uiscere *Bb*, uisere *Schottus qui* colentes uiscere *in Notis proposuit*

XIII.

HYMNVS DE PENTECOSTE.

Et hoc supernum munus est,
Quod lingua linguis militat.
Quis non tonantis praemia
Per dona eiusdem proferat?

Facit loquendo qui sapit,
Dignum loquatur ut deo.
Infundit ecce spiritus,
Et ora rursus instruit.

Intrat ueterno pectora
Euiscerata nubilo.
In hoc apostolis die
Dum uerba Verbum diuidit,

Sermone mundi praepotens
Et corda mundi contulit.
Summis feratur laudibus:
Habet homo ora gentium,

Thrax Gallus Indus unus est.
Quod blanda ludit Graecia,
Quod saeuit atrox barbarum
Stridor Canopi murmuris,

Quod lingua latrat Parthica,
Pectus repleuit hospitum.
Mundi ad salutem curritur
Nolente mundo tot uiis,

XIII. HYMNVS DE PENTECOSTEN A DOMNO ENNODIO *B*
1 unus *B* 2 lingua linguis *b*, linguis linguis *B*, linguis lingua *Sirm.* 4 praeferat *Bb*, *em. Sirm.* 9 ueterno *Sirm.*, ueterno *aut* perenni *coni. Schottus*, aeterno *Bb fort. recte, nam* aeterno *prima breui non sine exemplo est* *us. 14 et 15 transposuit Schottus* 14 mundis *Schottus* 15 summi *Schottus et Sirm.* 16 habet homo *scripsi*, homo habet *Bb*, sonos et *Schottus* 17 trax *B*

Quot sacra nunc remissio
Paschalis instat gratiae,
Dum mysticam septemplici
Ornat coronam munere.

Augmenta plenitudinis
Opes ministrant diuiti.
Nunc mente uoce psallite:
Hoc nostra debet mens deo.

XIIII.

HYMNVS S. STEPHANI.

Quid Stephano potentius?
Dicas Coronam: martyr est.
Hoc est homo, quod praemium:
Fructus laboris nomen est.

Laus haec breuis prolixa fit,
Si sic uocantur inclyti.
Necis minister, aspice,
De morte uitam conferens,

Hoc dat saluti quod negat.
Felix sub istis ictibus
Fit sempiternus exitu.
Cruore lucem praeparat,

Caelum sepulcri munere,
Hostem ut triumphus effugat:
Ceu palma sic congreditur.
Hic primus intrauit uiam

25 quot *scripsi*, quid/// *B*, quid *b*, quod *Sirm.* emissio *fort.* 26 instat *scripsi*, instar *Bb* 27 misticam *B*[1] 32 debet (b *ex* o? *corr.*) *B*, deo et *b*, uox et *Sirm. et Schottus*

XIIII. HYMNVS SANCTI STEPHANI DICTVS A DOMNO ENNODIO *B* 1 potentius est *Bb* 5 fit *B*, sit *B* (*s. l. m. rec.*) *b* 6 si sic *coni. Huemer*, sic sic *B*, sic *b et Schottus* euocantur *Schottus* 7 nescis *Bb*; *em. Sirm.* 9 salutem *Sirm.* necat *Sirm.; cf. hymn. XXI 13* 15 connititur *coni. Schottus*

Nullis subactam gressibus.
Secreta lustrauit poli,
In ueste carnis abditus
Clamauit: "ecce filius

Consistit in dextra patris".
Dum saxa ferrent impii,
Dum mille leti machinas,
Solus bonorum conscius,

Orabat ex fide loquens,
Ne nescientes noxios
Caelestis ira perderet:
Insons eat uesania.

Reum furor prouexerat,
Per uota currebat labor:
Crucem gemebat carnifex,
Crescente quem subegerat.

XV.

HYMNVS S. AMBROSI.

Caelo ferunt Ambrosium
Nomen honor uel actio.
Nil debet hic facundiae,
Dos omnis est a moribus.

Fortis iuuantem non cupit
Vmbone munitus suo.
In carne nil carnis regit:
Regina mens in corpore

20 Act. 7, 56 25 Act. 7, 60

19 abditus *potius quam* abditas *B*, abditas *b*, abditans *Schottus in textu errore* 21 consistit *B* (*m. rec.*) *b*, consistet *B* 26 ne *om. b* 28 eat *scripsi*, erat *Bb*

XV. HYMNVS SANCTI AMBROSI DICTVS A DOMNO ENNODIO *B* 1 ferunt *b*, perunt *B* haec ambrosium *Bb*; haec *deleuit Schottus et Sirm.* 5 foris *coni. Schottus* iuuantem *B* (*s. l. m. rec.*) *b*, iubantem *B* 7 carnis nil *Schottus in Notis* regit *scripsi*, egit *Bb*, eget *Schottus in Notis*, agit *Sirm.*

Confregit omne lubricum.
Sic uixit ille non sibi,
Sed totus auctori deo.
Adiectus hinc apostolis

Reduxit expulsam fidem,
Dixit triumphos martyrum
Linguae uirentis laureis.
Hic ore praedam sustulit

De fauce serpentis feri.
Qui bella Christi militat,
Nudus timetur ensibus.
Viuit sepultus et iuuat,

Clauum tenens ecclesiae.
Iustina uirus perdidit,
Dat poena uati praemium.
Sedis memento, lux, tuae,

Exorna, sancte, posteros,
Auctore fultos nobili,
Ne dux sereni culminis
In nube tectus horreat,

Qui pastor est antistitum,
Quod fuscat omne summouet,
Gregem gubernat principum,
Magister est docentium.

11 autori *Bb* 14 triumphus *Bb*; *em. Schottus et Sirm.* 19 nudus *Schottus et Sirm.*, huius *Bb* 20 uiuet *Bb*; *em. Schottus et Sirm.* 22 Iustina — *23* praemium *sustulit Schottus* uires *Sirm.* 25 scāe *B* o sancte adorna *coni. Schottus* 26 autore *B* fultos *scripsi*, fultus *Bb* 29 antestit///um *B* 30 fuscat *coni. Schottus*, fucat *Bb*

XVI.

HYMNVS DE ASCENSIONE DOMINI.

Iam Christus ascendit polum,
Necauit ante funera,
Letum sepultus expulit:
Mors mortis inpulsu ruit.

Cantate factum, saecula,
Funus subegit tartarum,
Vicit perémptus exitum:
Sors inde luget pallida,

Praesumpsit unde gaudium.
Escis uorator captus est:
Est praeda raptor omnium.
Iam rete uinctum ducitur,

Iacet catena in nexibus,
Serpens uenena propulit:
Mitis terit superbiam,
Agnus leonem euiscerat.

Plus istud est potentiae,
Quod nostra, Christe, suscipis
Et ueste serui absconditus
Nos ad triumphum prouehis,

Quam si e coruscis sedibus
Fulgore terreres reos.
Deus patet per omnia,
Nullo remotus tegmine:

XVI. HYMNVS DE ASCENSIONE DOMINI DICTVS A DOMNO ENNODIO *inscr.* *B* 2 nec auet *B*; *em. m. rec.* 4 ruet *Bb* 8 sors *B*, mors *B* (*s. l. m. rec.*) *b*; *cf. Carm. II 5, 1* 14 propulit *scripsi*, protulit *Bb*; *cf. Carm. II 7, 2* 15 mites teret *Bb* superuiam *B*[1] 18 scae (xpe *s. l.*) *B* 20 prouehes *B*[1] 22 terreris *Bb*

Sed ut iacentes erigat,
Dignatus esse quod sumus,
Redemit ipse ius suum.
Ouem reuexit perditam

Pastoris ad custodiam.
Leuate portas, angeli:
Intrat tremendus arbiter,
Maior tropaeis hostium.

XVII.

HYMNVS S. EVPHEMIAE.

Quae lingua possit, quis ualeat stilus
Tantae triumphos uirginis eloqui?
Nunc, mente molles, discite, masculi:
Exempla praestat, sumite desides,

Puella fortis cum superat uiros.
Virtus teneri nescia semper est,
Nec iura sexus fractaque mens ei,
Quae corde Christum conciperet semel.

Soluunt caducis pectora uinculis
Quibus repostus mentibus est deus.
Tormenta torsit fortia corpore:
Lassante poena creuit amor crucis.

Si scire posses uincere martyram,
Vesane tortor, parcere disceres.
Flammas flagellum carnifices rotas
Cui crux sequenda est non metuit nimis.

XVII 10 cf. Verg. Aen. I 26

7 redimit *Bb* 28 reuixit *Bb* 29 pastores *Bb* 32 tro- *B*

VII. HYMNVS SANCTAE EVPHEMIAE DICTVS A DOMNO ODIO *inscr. B* 2 triumphus B^1 3 mollis B^1 7 men-, mense *b* 8 conciperit B^1, concipiet *fort.* 10 repositus *b* sses *Sirm.*, possis *B* martiram *B* 16 metuet *B*; *em. m.* minas *coni. Schottus*

Hanc cum caminis igne crepantibus
Iussisse fertur praecipitem dari
Priscus, ueneni fonte nocentior,
(Nam sic feralem tempore sordido

Dixere sanctae uirginis arbitrum),
Huius ministri dum cuperent nimis
Fornacis escae tradere martyram,
Lux tunc Olympi luce serenior

Opus remouit saeua uolentium,
Cum uoce monstrant qui gladium simul:
"Nos hinc precamur dirige tartaro,
Nam nostra sanctam non uiolat manus".

Turgescit illi felle iecur calens:
Mox saxa fossas uerbera bestias,
Maius uenenum blanditias parat,
Quibus uirago fortiter obstitit.

XVIII.

HYMNVS S. NAZARI.

Angusta uitae tempora,
Paruis coacta terminis,
Mors sancta donat crescere:
Aeterna fines praeparat.

De fruge casuum uenit
Quo surgat humanum genus:

20 ferinum *coni. Schottus* 23 aescę *B*, escam *fort.*, aestu *coni. Schenkl* 25 remouet *B*; *em. m. rec.* 27 praecamur *B* 29 turgiscet *B corr. m. rec.* iecor *Bb*

XVIII. HYMNVS (H *add. in mg.*) SANCTI NAZARI DICTVS A DOMNO ENNODIO *inscr. B*

In stirpe Nazarius bona
De morte lumen addidit.

Nerone felix principe,
Diuersa perpessus mala,
Lustrauit orbem non graui
Pauore cordis algidus:

Sed ut profanis inderet
Quo calle conscendant polos,
Verus magister actibus
Exempla, non uerbis dedit.

Nam ductor ille fortis est,
Qui bella uiribus docet.
Quem dicta militem trahunt,
Si dux gerendis abstinet?

Ventosa linguae hortatio
Quod forma praestat non habet.
Sed magna postquam semina
Scribente terram sarculo

Glebis refudit optimis,
Mediolanum mox petit,
In qua triumpho nobili
Carnis ruinam reppulit.

Qui sede non digna iacens,
Vatem tremendus mox monet,
Vt clara rursus munera
Mundo refusus adderet.

principes *b* 12 pauor et *Bb* alcidus *Bb* 14 conlant *B* polus *B* (l *in ras.*) *b* 19 trahant *Bb* 22 auet 29 caede *Sirm.*

XVIIII.

HYMNVS S. MARIAE.

Vt uirginem fetam loquar,
Quid laude dignum Mariae?
Det partus ornet exigat:
Quod clausa porta, quod patens

Exposcit, ipsa suggerat.
Sint uerba ceu miraculum,
Quid, mens, requiras ordinem?
Natura totum perdidit:

Hoc est salus, quod uincimur.
Cum sola uirgo degeret,
Concepit aure filium,
Stupente factum corpore:

Turgescit aluus spiritu.
Quod lingua iecit semen est,
In carne Verbum stringitur.
De matre cunctus noster est,

De patre nil distans deus:
Vtrisque partus integer,
Qui gignit et quae percipit.
Nil maior ille seruulis,

Sed nec minor creante fit.
Fons dicta clausus accipit,
Fons membra clausus egerit:
Nec rima cessit arctior,

11 cf. Hymn. II p. 128 (Mone)

XVIIII. HYMNVS SANCTAE MARIAE DICTVS A DOM.NO (I *eras.*) ENNODIO *inscr. B* 1 foetam *Bb* 8 notum *fort.* 13 turgiscet (e, it *s. l.*) *B corr. m. rec* 15 iecet *B*; *em. m. rec.* semen// *B* 17 cnil *B* 19 qui g. et quae percipit *scripsi*, quae g. et qui praecipit *Bb* 20 seruolis *B*[1] 22 adcepit (accip it *s. l.*) (accipit *m. rec. s. l.*) *B*, accepit *b* 23 egeret *B*; *em. m. rec.*

Et uera proles emicat.
Dic, mater et uirgo, precor,
Quisquamne claudit exiens?
Arctantur exta fetibus,

Vinclum pudoris natus est.
⟨Quae lau⟩de Christi dignior
Quam sunt superna crederis,
Nostri memento praepotens.

XX.

HYMNVS S. MARTINI.

Cum gesta Martini loquor,
Nil laude dignum transeo:
Diuisa uirtus omnibus
Vnum coacta praetulit.

Labore magno martyr est
Victore carnis spiritu:
Hoc est triumphis proximum,
Si bella calcent intima.

Perdente uires corpore
Res fixa constat laureis:
Sublimat hostem mentium
Qui uota membrorum facit.

Hic fontis ignem nesciens
Calore feruebat dei:
Vndis uapore iunctus est,
Christo dicatus actibus.

27 claudet *B*; *em. m. rec.* 28 foetibus *Bb* 30 quae laude *scripsi*, de *B* *uerba* de xp̃i dignior — prepotens *exp. m. rec. B*, *om. edd.* 31 crederis *scripsi*, crederes *B*

XX. •YMNVS SANCTI MARTINI DICTVS A DOMNO ENNODIO *inscr. B* 12 facet *B*; *em. m. rec.* 14 feruebat (eba *in ras.*) *B* 16 decatus *B*[1]

Qua ueste nudum texerat,
Hac rex nitebat aetheris:
Sordente panno adquiritur
Quo fulget astrorum globus.

Quam iusta commutatio!
Astrum rependit indigens
Et regna mendicus parat.
Mox sacra uitae contigit,

De plebe lusit daemonum,
Iussit fauillis surgere:
Vixere tactu funera.
Flagella passus est libens,

Quibus coronam nexuit.
Conpulsus ad antistitem
Votum repugnans induit,
Quod sancta conpleuit fides.

XXI.

HYMNVS S. DIONYSI.

Dionysio Christus dedit
Quot bella, tot uictorias.
Exul piorum ciuis est,
Vrbis supernae particeps.

Constantius uatem loco
Quondam tyrannus expulit.
Non cessit iste turbido,
Creuit periculis fides.

20 quo *b*, quod *B* 25 demonum (e *in ras.*) *B* 28 est (s *corr.*) *B* 30 antestitem *B*' 31 uoto r. innuit *fort.*

XXI. •YMNVS SANCTI DIONYSII DICTVS A DOMNO ENNODIO *inscr.* *B* 2 quod *B* 5 uatem (ua *corr.*) *B* 7 turpido *Bb*

Hoc sancta dat professio:
Te poena tradit prosperis,
Optata mercaris malo.
Persiste, tortor adiuuans,

Lux haec negando ceditur.
O quam beata aduersitas,
Si sic triumphant exules!
Nihil uerendo martyre

Confessor ille distitit.
Dispersa mors quos adficit
Ad uota mortis euolant.
Nil lenta perdit coctio:

Intrat latenter abdita.
Vitale funus maeror est,
Velox medela transitus.
Risit furorem principis

Fide manente cursitans:
Fixus per orbem ducitur,
Qua sol coruscat acrior,
Negans bibendi copiam.

A te, tremende, sumimus
Ceu nostra quae remuneras.
Tu mitte sanctum poscere,
Quod ipse nobis conferas.

9 dat *scripsi*, dic *Bb* 13 *cf. hymn. XIIII 9* 16 uerente *coni.* *Schottus* 17 distitit *scripsi*, destitit *Bb* 18 adficet *B corr. m. rec.* 20 perdet *B* 23 medella *B*[1] 24 riset *B corr. m. rec.*

LIBER SECVNDVS.

EPIGRAMMATA.

I.

EPITAPHIVM HOMINIS BONI.

Gente bonus, probitate nitens et nominis auctor
  Sic iacet angusto, dic dolor, in tumulo?
Spes domus inmensae modico contecta sepulcro est,
  Artantur paruis culmina cespitibus.
Quid decus in pueris, quid praestant limina uitae?
  Non expectatis mors uenit ordinibus.
Quid iuuat hunc, teneris senium quod praetulit annis?
  Funeribus iunxit funera multa suis.
Occidit, heu, iuuenis, qui tersit crimina uitae
  Tempore culparum uiuificante deo.
Aspice, primaeuos metuis qui forsitan annos,
  Aetas uincentem non tenuit puerum.
Exemplum terris linquens, ad sidera raptus
  Confessis rectum quam bene monstrat iter!
Bis denas hiemes, totidem transcendit aristas,
  Quem subito ex oculis sors inimica tulit.

15 cf. Claud. (VIII) De IV. Cons. Hon. 372

I. EPITAFIVM *BLV*, EPITAPHV̄ *T* NOMINIS *ET* BONI VERSVS *LV* 1 mente *Eb* actor *T* 3 sepulchro *BLTb* 5 lumina *b* 9 occidet *B* tersit *scripsi*, texit *libri* 10 uiuicante *T* 11 primeuos *libri* metues *B* 13 *post* exemplum *8 litt.* (linquens?) *eras. L* 14 iter (i *postea add.*) *B* 15 hiems L^1 16 quem] cum *fort.* mors *MT* tulit] finit *add. ELV*

II.

EPITAPHIVM HABVNDANTI V. I.

Numquam morte perit meritis post busta superstes,
Funera sublimem non capiunt animam.
Sanguis honor genius probitas constantia census
Interimunt multis dotibus exitium.
In commune, bonus non sentit damna sepulcri.
Fila legunt Parcae quae dederant miseris:
Pendula lassantur quae plebem stamina portant:
Fortia contingunt licia nobilibus.
Cana uenerandi renouabant saecula mores,
Inque uicem templi pectora munda tulit.

III.

DE EPIGRAMMATIS PER ARMARIA DOMNI FAVSTI FACTIS.

Consona diuersis finxisti carmina libris:
Suscipiat gaudens littera quod tribuit.
Nescio qui tantum non laudet, Fauste, pudorem,
Cum reddis si quid lecta dedere tibi.
Depositum perdit mens recti nescia semper:
Ad mores redeunt haec documenta probos,
Si tamen admittis dexter mea uerba, fatebor,
Qui pollet magnis paruula iuste fugat.
Laudentur tereti quos pingis carmine, uates,
Mascula rhetorico schemate lingua tonet:

II 9 cf. Mart. VIII 80, 2 III 5 cf. Carm. I 1, 51

II. EPITAFIVM *BLV* ABVNDANTI *LV*; *inscr. om. T* 1 superstis *B* 2 sublimen *L* capit *L* 3 census] uirtus *b* 4 dotibus] *cf. p. 130, 13* 5 sentet *B* 6 parce *EPT* 9 uerecundi renouabunt *b* III. FACTIS VERS (VERSIBVS *E*) *ELV*; *inscr. om. T* 3 tandem *b* fausto *ELV* 4 lecta *Bb*, leta *ELPTV* 8 pollit *B* iuste (with iure written above) (iure *s. l. m. 2*) *T*, iure *coni. Scholtus et Sirm.*, rite *b* 9 teriti *Bb*, terethi *ET*, terre et *P* quod *P* pinguis *PV*[1] uatis *BTb* 10 masculi *V*[1], mascul* (r *eras.*) *L*, maccła *T*, macula *E* rethorico *ET* stemmate *libri defensum a Barthio Aduers. p. 901*; *em. Sirm.*

Ceu Paulus Christum docuit hominemque deumque,
Quo praestat cunctis gaudeat eloquio.
Attica per Graios ditentur dogmata sensus
Et nostrum stupeat Graecia docta decus.
Moralis strictis, narrentur physica certis,
Historiam monstrans indicet historia,
Comica per limam numerentur, fortia plausu:
Conueniunt operi lucida dicta tuo.
Non ualet haec alter: sed Faustum dicere summa
Laudis erit semper, si bene nota loquor.

IIII.

[DE PLAVSTRO QVOD EPISCOPVS DONARAT.]

Antistes summus, plaustrum, te, nobile, donat.
Pandit iter magnis, omina dextra facit.

V.

EPITAPHIVM RVSTICAE.

Rustica, perpetuae non te sors pallida uitae
Sustulit, interitum nec tibi morte dedit.
Purior aetherias graderis sine carne per arces.
Sic uitam castae funera nobilitant,
Quod, mirum, uiduata tibi sic constitit aetas,
Coniugis ad natum cum bene ductus amor.

13 graicos *L*[1] docmata sensos *B* 14 grecia *BLPTV* docta] nr̃a *T* 15 narretur *b* fisica *LPV*, fesica *B* 16 istoriam *E*, ystoriam *LPV*, storiam *B* ystoria *LPV*, storia *B* 17 plausus *T* 20 laudis *scripsi*, ludus *libri* IIII. DE—DONARAT *om. libri, add. Sirm;* VERSVS *inscr. ELTVb* plaustrum *scripsi*, plaustro *libri* V. EPYTAFIVM RVSTICAE *B*; *exh. hoc carmen Corp. Inscr. Lat. tom. V. nr. 6266 ex Alciati codice Dresd.* 1 perpetuo *b* sores *L*[1] 3 aethereas *LV*, ethereas *PT* gradieris *EL*[1] carne *B s. l.* 4 sic] nam *Alc.* caste *EPT*, castam *b* 5 quid *T Schottus et Sirm.* sic *T*, sit *BELPV*, sat *Alc. et Sirm.*, si *b* consistet *B* 6 nutum *coni. Schottus* com *B* iunctus *Gruterus 1059, 2* *post us. 6 quattuor uersus*

VI.

EPITAPHIVM MELISSAE.

Corpore deuicto moritur quicumque superstat:
Dant leti legem crimina sola homini.
Nil tibi, uirgo, perit: carnem mens pura refudit,
Quae numquam mundi uixit in obsequiis.
Funera busta rogi scelerum stipendia cessent:
De uita ad uitam transitus iste placet.

VII.

[SERPENS AENEVS IN CRVCE.]

Occisor mortis, dux uitae, planta salutis!
Aspice: nam serpens ecce uenena fugat,
Et quod supplicii species et mortis imago
Iam fuerat miseris, est mihi certa salus.

VIII.

VERSVS IN BASILICA SANCTI XYSTI FACTI ET SCRIPTI QVAM LAVRENTIVS EPISCOPVS FECIT.

Antistes genio pollens probitate pudore
Ornauit donum meritis et lumina uitae
Ad pretium iungens operis haec templa locauit.
Lapsa per incertos non spargit fama recessus:
Sed ueteris facti uiuit lex aucta per aeuum,

uacui in L; cf. quae ex codice Laudensis Mommsen l. c. addit manu posteriore ibi adiecta ex 'candido lapide':

HIC · REQVIESCIT · IN · PACE RVSTICA R̄ f
QVAE VIXIT IN SAECVLO ANNOS PLVS MINVS LX
DEPOSITA DIE III EID IANVARII PROBO VC C†

VI. EPYTAFIVM *B*, EPITAPHVM *T* 1 carcere *b* suprestat *B* 2 loeti *LV*, legi *E* homini] boni *PTb* 3 parit *T* refutat *coni. Schottus* 5 scaelerum *B* *post us. 6 spatium 26 uersuum uacuum in V, 22 uersuum in L* VII. SERPENS—CRVCE *om. libri, add. Sirm.* 2 nam *in* nunc *corr. V m. 1*, nant *L*, nunc *Pb* serpentes *L*[1] VIII. XVSTI *E*, SYXTI *B*, SIXTI *T*, XYSTI EPISCOPI *V* 1 antistis *B* 2 dominum *b* meriti *B* 3 operas *E* 4 sparget *B* recessos *B* 5 tecti u. lux *fort.* uiuet *B* acta *ET* euum *BEP*

Cum dexter capiat Laurenti munera Xystus.
Sic manet officium, quod sanctis contigit olim.
Obtulit hic templum, ueniens quod consecrat ille.

VIIII.

ITEM IN BASILICA SS. QVIA ARSERANT AEDIFICIA QVAE PRIVS IBI FVERANT ET SIC FACTA EST.

Vilia tecta prius facibus cessere beatis,
Si splendor per damna uenit, si culmina flammis
Consurgunt habitura deum, si perdita crescunt
Ignibus innocuis, si dant dispendia cultum.
Qualis erit reparans crepitantibus aucta ruinis?
Laurenti, tua bella gerens incendia uince.
Sordida marcenti latuisset terra recessu,
Si status faciem tenuissent antra uetusti.
Sed postquam superi flammas misere secundas,
Ad lumen cineres traxerunt ista colendum.
Huc oculos conuerte pios, qui cuncta uapore
Praedicis mundanda, pater, rebusque docendos
Instrue, ne uerbis titubet mens nescia recti.

X.

VERSVS IN DOMO MEDIOLANI SCRIPTI.

Aedibus ad genium duo sunt concessa per aeuum,
Si niteant crustis aut domini merito.

6 cum *scripsi*, quam *libri* munere *coni. Schottus* syxtus *B*, x̊ (c over x) *T*, christus *EPb* consecret *Pb* VIIII. ITEM] ITEM IN ALIO LOCO FACTOS *BELTV* SCŌS *T* 2 si — si] sic — sic *P²T²b* 3 deum *B s. l.* si] sic *MP²Tb* 4 innocuis sic dent dispendia cultum *T in ras.* si dent] fide at *E* 5 acta *EMT* 6 tu *fort.* uice *P*, uite *EMT*, uitae *b* 8 siue status *coni. Schottus* uetusti *B*, uetusta *rell.* 9 misere// *B* auxerunt *fort.* 11 pauore *T* 12 predicis *BEP* 13 necessaria (nescia above, dotted beneath) *B* X. SCRIPTI VERSVS IN DOMO MEDIOLANI *V* 2 si niteneant *L* cristis *B*[1]

Herbida pasturam simulantia saxa uirentem
Iniciant oculos nobiliore dolo:
Fallat opus tamen arte, regat natura figuras,
Viscera dum lapidum fingit imaginibus:
Candorem roseo perfundat doctor ab ore,
Depingat sparsis congrua membra notis.
Aurum culmen ebur tabulas laquearia gemmas
Non datur humanis plus rutilare bonis.
In pretio crustis fors et sine lege iocatur.
Moribus ut constes, crede, laboris erit.

XI.

[IN BASILICA APOSTOLORVM NOVARIAE.]

⟨Antiquum⟩ ecce nitet templum, quod sorduit ante,
Cui faciem ueterem lux noua conposuit.
Perdidit antiquum quis religione sacellum,
Numinibus pulsis quod bene numen habet?
Di, quibus hoc patuit, possessas linquite sedes.
Quod fecit Victor, uictor ubique tenet.
Addidit ad cultum merito successor et actis,
Qui morum nomen hinc, Honorate, geris.
Nubila uiperei qui gestat corda ueneni,
Non datur ut faciat culmina pulcra deo.

XII.

[ITEM IN DOMO MEDIOLANI.]

Accipe de cuius biberit domus arta fluentis,
Atria quod superet porticibus modicis.

5 fallat *scripsi*, pellat *libri* 6 pingit *fort.* 7 ab ore] arbore *L*, a robore *B* 10 humanus *T*[1] 11 crustis *scripsi*, cautis *libri*, gratis *coni. Schenkl* foris *L*, sors *Tb* 12 constet *Pb* eret *B*[1] XI. IN—NOVARIAE *inscr. Sirm.*, VERSVS IBIDEM *inscr. BLTV*, VERSVS IEDEM *E* 1 antiquum *Pb*, *om. rell.* ante] lauacrum *add. cod. Cheltenh.*, uetustum *add. P*[2] *in mg.* 3 relegione *L* 4 luminibus *Pb* 5 di *ELV*, dii *B*, de *MPTb* placuit *coni. Huemer* 7 accidit *Baronius* successus *T* 8 Honorate] in honore *coni. Schottus* XII. ITEM—MEDIOLANI *inscr. Sirm.*, *om. libri* 1 aspice *Sirm.* biberet *B* arca *MT* 2 superat *LV* medicis *L*

Pontificis summi studio constructa renidet,
Laurenti proprium possidet ista diem.
Splendida per census consurgunt tecta ruinam,
Occasum nescit quod uenit a domino.
Vix caries senium comitata hoc deterit umquam,
Gloria factoris quod bene condiderit.
Fabula de magnis numquam tacitura reseruat,
Quod uincens aeuum nomen ad astra ferat.

XIII.

Ille fuit rigidi semper seruator honesti,
Terribilis culpis supplicibusque pius,
Quem numquam flexit uitium, miseratio semper,
Iudicium facie certus ubique dedit.
Crimina corripuit uultu, conpuncta refouit,
Conscia secreti detulit ora tui.
Hunc utero genetrix caelestem fudit in aulam,
Vbera subducens tradidit uberibus.
Cana uenerandum stupuerunt saecula uatem:
Moribus ante fuit quod gerit officio.

XIIII.

Qui possessa diu felix habitacula liquit?
Quae creuit domino sic uiduata domus?
Aulica suscipiens moderamina raptus inemptum
Quod pretio mentis quaeritur obtinuit.
Nunc locus inriguo retinet quod sorbuit haustu,
Prospera custodiens faucibus hausta semel.

XII 10 cf. Mart. IIII 75, 6 XIII 1 cf. Lucan. II 389

3 summo *V*[1] renitet *B*[1] 5 coruerunt (*uel* considunt) t. ruina *coni. Schenkl;* census ruina *expensa magna significantur* 7 deteret *fort.* 8 condideret *B* 9 de] quod *T* tamquam *E* tatitura *T* XIII. 1 rigidus *b* 2 piis *T* 5 uultus *Pb* refouet *B* 6 tui] reis *coni. Schenkl*, suis *fort.* 7 utero] ergo *Schottus* 9 reseruandum *uel* triumphantem *uel* et honorandum *proposuit Schottus* secula *B* 10 geret *B* XIIII. 1 liquid *B* 2 creuet *B* 3 suspiciens *B*[1] inemtum *B* 4 queritur *BELP* 6 custodit *coni. Schottus* hausta *scripsi*, acta *BELV*[1], aucta *PV*[1]*b*

Extemplo quisquis successit mansor et heres,
Ingresso dextrum contulit ista pedem.
Quid praestet consors ad uitam discite sanctam,
Si reddunt mundos tecta dicata uiros.

XV.

Da, pater omnipotens, per saecula longa, precamur,
Spes ut certa piis hospitibus ueniat:
Candida ne meritis fuscentur stamina nostris,
Neu metis sistat palma parata meis.
Surgat qui propriae genetricis fotus in aluo
Ad gustum uitae per tua dona uenit.
Tu mea uel tenui perfundis corda sapore,
Tu testem linguam sanguinis esse facis.
Celsa tenebroso frondescunt arbuta luxu,
Quae nullis strinxit falcibus agricola.

XVI.

Eloquium certus naturae constitit index,
Perfecti fontem quaerere qui sitiat.
Libertas semper studiis reseratur honestis,
Infabricata latet nobilitas tenebris.
Captiuum uenis seruasset terra metallum,
Ni daret inuentor quod uocat in medium.
Scrutator fuluum concessit pallidus aurum:
Qui polit ingenuum, sic facit esse suum.
Hactenus Ionium perlustrans remige pauco,
Ad portum cumbam flecte, Thalia, meam.

XVI 7 cf. Lucan. IIII 298

7 successit (it *in ras.*) *V* 9 quod prestet *B* sanctam d. uitam *Sirm.* dicite *Pb* 10 sic *E* mundus *E*[1]*L* XV. 2 ut] et *Sirm.* hispitibus *B* 4 neu] sed *coni. Schottus* distet *fort.* 5 fortus *T*[1] 6 uenet *B* 7 perfundes *B* 8 *post us. 8 lacunam esse opinatur Schenkl* 9 frondiscunt *B* 10 nullus *T* XVI. 1 indix *B* 2 querere *BE* 4 tenebris] studiis *Sirm.* 5 reseruasset *LV*, resonasset *E* 8 ingenuum *scripsi*, ingenium *libri* hic *coni. Huemer* 10 cimbam *T* flectet *EL* talia *BPTV*, alia *EL*

XVII.

SVPER REGIAM TRICLINII IN DOMO.

Nauita per postes suspendit munera ponti,
In foribus propriis flumine parta gerens.
Venator portis adponit missile ferrum,
Vestibulum galea comitur armigeri.
Discitur in ualuis ars uirtus nomen origo.
Nos frontis signo credimur esse dei.
Sic nostrum pande studium, dux littera recti,
Vt domus ingenium non taceat domini.
Qui gestas Latium satiatus pectora rorem,
Aspice serpentes hic Heliconis aquas.

XVIII.

IN MISSORIO QVOD HABET LORICATVM IVVENEM SVPER EQVVM TENENTEM VICTORIAM IN MANV.

Ecce tenet uictrix pennatum dextera numen:
Venit et ad reditum non habet arma uiae.
Pugnacem gestans sonipes per terga minatur,
Aduena cui terror ridet in arte bonus.
Discat Hyperboreis famosum germen in aruis
Naturae genium, cum simulacra uidet.

XVIIII.

DE LEONE MARMOREO QVI AQVAM MITTIT IN DOMO.

Aspice deposita blandum feritate leonem:
Ore uomit limphas pectoris obsequio.

XVII. 3 cf. Verg. Aen. XII 278 XVIIII. 1 cf. Ouid. Fast. IIII 103

XVII. VERSVS SVPER *ELT* 2 flumine *Pb*, flamine *BELTV* parca *T*, pasta *E* 3 porcis *T* apponit *E*, adponet *B*, apponet *LV*, apportet *T*, apportat *Pb* 4 comixtur *L* 6 credimus *LPb* 7 sed nos triumphans studium *B* 8 domnus *L*[1] 9 quid *T* 10 serpentis *LPTVb* eliconis *BPTV*, eliconus *E*, eliquonis *L* aquas] opus *Pb*, opes *coni. Schottus* XVIII. VERSVS IN *BELPTVb* QVI *T* LVRICATVM *ELV* 1 tenit *B* dextra *L* 2 abet *B*[1] 3 sonipis *B*[1] 4 aduena—bonus *add. in mg. B* ridet] *cf. carm. II 98, 3* XVIIII. VERSVS DE *Bb* IN MARMOREO *b* EMITTIT *E* 2 uomet limfas *B*

Vnda fluit rostro, dens mortis pocula mandit,
  Naturam perdens belua nos satiat.
Effera dum uitreos effundunt guttura fontes,
  Dira salutiferis corda lauantur aquis.

XX.

IN BAPTISTERIO VGELLO VBI PICTI SVNT MARTYRES QVORVM RELIQVIAE CONDITAE SVNT IBI.

Conditor Armenius, supero qui dignus honore est,
  Hic peperit fontem uiuificantis aquae.
Plena salutiferis gestemus uiscera limphis:
  Ne sitiat potans contulit unda semel.
Rapta sepulturis animauit corpora pictor:
  Funera uiua uidens mors eat in tumulos.
Illorum tamen iste locus conplectitur artus,
  Quos paries facie, mens tenet alma fide.

XXI.

DE SCVTELLIS SEPTEM HABENTIBVS FERAS VEL DIANAM.

Delia ceruus aper tigris leo bucula pardus
  Adportant mensis fercula, docte, tuis.

XXII.

DE CONPOSTILE HABENTE SEPTEM GAVATAS.

Diuersis dapibus confinia proxima seruat,
Dum claudit uariis fercula multa uiis.
Limitibus certis quod iunctus diuidit ordo,
Vnus in argento quam bene uenter habet!

4 fluet *B* landit *uel* bandit *V*[1], *nandit *L* 6 dira] atra *coni. Schottus* saluteferis *B*[1] labantur *B* XX. VERSVS IN *BELPTV* BAPTESTERIO *B* VGELLO *Bb*, AGELLO *ELPTV*; FACTOS *add. libri* MARTYRVM *EL* CONDITE *BE* SIBI *T*, *om. Pb* 1 honoreẽ (*alt.* e *add. m. 2*) *L* 3 saluteferis *B* limfis *B* 5 animauet *B*[1] 7 inte *L*[1] XXI. EPIGRAMMA DE *libri* 1 tigres *B* bocula *ELPTV* 2 apportat *ELPTVb* mersis *T* docta *b* XXII. EPIGRAMMA DE *libri* COMPOSTILE *LTV*, POSTILE *Eb* GAVATES (*pr.* A *ex* V *corr.*) *B* 2 laudit *L*[1] 3 uinctus *E* 4 abet *B*[1]

XXIII.

DE EO QVI VT FILIVM MATRI RECONCILIARET FVRTVM FECIT.

Quis rogo per facinus crimen conpescuit umquam?
Amplector sanctas, quae dant bona semina, fraudes,
Augmento rumpunt dum iurgia saeua perito.
Qui natum matris per culpam reddit amori,
Hunc odiis constat missurum semina pacis.
Ordine peruerso fallax concordia pugna est,
Cum belli facies tribuat mentita quietem.

XXIIII.

DE EO QVI DICEBATVR MERETRICIS FILIVS ET ASELLIONIS ESSE.

Di, prohibete minas, quas partus nuntiat horrens,
Quem lupa sordenti conceptum fudit asello.
Coniugis ille cibus satiauit uiscera prole,
Edidit et pecori subolem fera, prodiga legis.
Quid faciat rumpens naturam conuena discors?
Vnde sequenda petat natus, quis dicere possit,
Quem stultum genitor, furem dedit inproba mater?
Nobile degenerans tenuisset culmen ab istis.
Sed uitiis proprium te norunt, crede, parentes,
Elinguem trepidum iactantem fraudibus aptum,
Gutturis inmensi, sorbentem quicquid ubique est,
Qui semel adsuetas humano sanguine fauces
Pandit et ad uiles non uertit rostra iuuencos.

XXIII. Carmina 23—28 *om. b* VERSVS DE *B* 1 cremen *B*[1] 3 aumento *B* 4 reddet *libri, em. Sirm.* XXIIII. VERSVS DE *B* ASELLIONI *L*[1] 1 di] de (e *corr. in ras.*) *B* horres *L*[1] 3 ille cibus *BELV*, ille quibus *T*, illepidus *coni. Schenkl* saciauit *ELPTV* 4 sobolem *ELTV* 5 natura *ET* conuenit *T*[1] 7 stultom *B*[1] 9 sed] sic *fort.* 10 et linguem *T* 11 gutturis—est *add. B corr. in mg. inf.* qui*quid (d *eras.*) *B* 12 quid *L*[1] adsuetus *B* 13 non uertit *LTVb*, non uertis *BE* rostra] terga *Sirm.*

XXV.

DE CAVCO CVIVSDAM HABENTE PASIPHAEN ET TAVRVM. EX TEMPORE.

Pasiphae, niueum linquens nec in arte iuuencum,
Diffusis collo manibus petis oscula supplex,
Pulcrior et certis inludis ficta puellis:
Candidus argentum superat bos luce coloris:
Viuit amor taurus mulier sine corpore uero.

XXVI.

DE EO QVI NVMQVAM NISI IN DEPOSITIONE FILII PAVIT.

Praeparat in fletu qui fercula lauta uocatis,
Annua per lacrimas celebret sollemnia magnas.

XXVII.

ALITER.

Numquam stante domo pascit, mihi credite, tantos,
Qui tumulos natis et mensas conplet amicis.

XXVIII.

ALITER.

Conuiuae miseri, luctus deposcite multos:
Prandia tot uenient, funera quot fuerint.

XXV. VERSVS DE *B* TAVRO (R *ex* C *corr.*) *T* HABENTẼ *T* PASIPHAE *V*, PASIPHE *ELT*, PASIFAE *B*, PASSIPHĔN *P* 1 pasifae *B*, pasife *T* liquens *E*, liq̃s *T*, lingues *B*, linques *LVb* 2 petes *B*[1] 3 pulchrior *LV* Cressis *fort., sed* certis *pro* ueris *dixisse uidetur* 4 argumentum *L*[1] bus *B*[1] 5 uiuet *libri, em. Sirm.* uiro *T* XXVI. VERSVS DE *BELPTV*, DE *cod. Par(isinus nr. 8071 saec. X fol. 57*[r]*) et Vind(obonensis nr. 9041 cf. Wiener Studien I 61)* QVIME *B* NVMQVAM (QVAM *s. l. m 2*) *L* DIEPOSITIONE *Par.* FILI *B* PAVET *B* 1 preparat *B* praeparat—magnas *om. T* 2 solennia *Vind.* XXVII. ALITER *om. T* 2 timulus *L*[1] nati *Par.* conpleuit *Par.* XXVIII. 1 conuiue *EP*[1]*T Par.*, conuiuae (o *s. l.*) *Vind.* luctu *ET* deponite *cod. Salmasii* 2 ueniunt *P* funera *T in ras.* quod *BL Par.* fuerint aliter *T*

XXVIIII.

ITEM DE CAVCO HABENTE PASIPHAEN ET TAVRVM.

Blanditur mulier, sentit bos, membra mouentur.
Attulit ars formas: quis dedit his animas?

XXX.

ALITER.

Et fictus rigidam seruat, Venus inproba, mentem
Taurus, ut admotis suspendat rostra labellis.

XXXI.

ALITER.

Si tibi sunt animae, pictor, quibus inseris artem,
Mollior in tauro claudatur spiritus, oro,
Fortia si miserae non dantur corda puellae.

XXXII.

DE EO QVOD MESSALA CONSVL ENNODIVS IN COGNOMINE DICTVS EST.

Consulis ad genium nomen pro stemmate iunxi:
Dans lucem fastis, sum trabeis potior.
Quid, palmata, tuo tantum de murice uernas?
Plus fucante dedit purpura nostra tibi.

XXXIII.

DE OBLOQVENTE SIBI ADVOCATO.

Inprobe, quid fractis confundis singula uerbis?
Depingit mores obruta lingua tuos.

XXVIIII. ITEM VERSVS DE *BELPTV* TAVCO *T*, CAVCO (*sup.* C *ras.*) *B* HABENTĒ *B* PASIPHEN *P*, PASIPHĒ *T*, PASIPHAE *LV*, PASIFAE *B*, PASIPHE *EL* TAVRVM] ALITER *add. T* 1 bus *B*' 2 ars] has *Pb* qui *Pb* his *scripsi*, hic *libri* XXX. 2 admotis] ad mortis *BE*, admonitis *b* XXXI. 1 inseres *B*, miseris *E* 2 tauri *b* ore *b* 3 misero *Pb* XXXII. EPIGRAMMA DE EO *ELPTV*, EPIGRAMMA *Bb* MESSALE *L* 1 stemate *ELPTV* uinxi *EP* 4 fucate *coni. Schottus* dedit *L s. l.* XXXIII. VERSVS DE *Bb*

Accipis exposcis praesumis renuis ardes.
Tristia blanda simul, fortia fluxa facis.
Ira pauor rabies patientia tempore in uno:
Tot facies gestas pectoribus uacuis.

XXXIIII.

VERSVS SCRIPTI VGELLO, VBI FILIVM ARMENI ANGELI CHRISTO OFFERVNT, QVI PAENITENTIAM EGIT.

Suscipit oblatum, ueniam cui contulit Iesus.
Post culpas animae sunt holocausta dei.
Perge, puer, teneros superans bene conscius annos.
Vectores meruit candida uita pios.

XXXV.

DE EO QVI GALLIS IPSO PRAESENTE OBLOCVTVS EST, CVM ESSET DETRACTOR VENETVS.

Inludis Gallis, Veneti male tincta propago.
Nil candoris habes: mens tibi quod genus est.
Despicis insontes, maculatae uernula terrae:
Sed natos Rhodani nix probitatis habet.

XXXVI.

EPIGRAMMA IN SVBSCRIPTIONE.

Quod tibi naturae dederit lex germen, amice,
Hoc mihi fons tradat uiuificantis aquae.

3 rennuis *BLTVb* ardis *B*, ardens *PT*, arces *fort.* 5 pacientia *ELV* 6 uacuas *B* XXXIIII. VERSOS SCRIBTOS *B*, V̂S SCRIP̂B *L*, VERSVM SCRIPTVM *E* VGELLO *B*, VTELLO *b*, AGELLO *ELTV* OFFER̃ *L* QVI *om. L* PENITENTIAM *LTV* 1 ihesus *B*, ih̃s *L*, Isus *uel* Eisus *coni. Schottus* 3 annos] animos *L* 4 uictores *BPb* meruit] iuuit *Pb* candita uia (dita uia *in ras. m. 2*) *L* apios *B* XXXV. VERSVS DE *Bb* OBLOQVVTVS *B* VENTVS *L*, VENENIS *T* 2 abes *B*, habens *b* 3 dispicis *B*, despicit *T* malaculatae *B* 4 rodani *BEPT* uis *Pb* XXXVI. SVBSCRIPT̃I *ELTV*, SVBSCRIPTIS *P*, SVBSCRIPTO *Sirm.*; subscriptionem *intellegit candidatorum baptismi, qui nomina antequam baptizarentur scripto signare iubebantur; epigramma ad Paterii patrem directum uidetur, cf. p. 467, 7* 1 german *B* 2 tradit *b*

XXXVII.

IN DOMO ANTE ORATORIVM.

Commoda de damnis mercaris, gaudia planctu,
Si tibi de Christo est indubitata fides.

XXXVIII.

ANTE OLEARIVM.

Hoc est quod nitido membrum conpletur oliuo:
Nil potius sanctas conuenit ante fores.

XXXVIIII.

ANTE HORREVM.

Horrea parua licet, sed mens est largior illis.
Non parcens opibus diuitias merui.

XXXX.

ANTE SCALAS.

Adueniant animum reserantes teste figura,
Quo semper uotum proditur indicio.

XXXXI.

ANTE CELLARIVM.

Nulla penum laxat mentis pressura sinistrae:
Effluit extensis quod spatiis latitat.

XXXXII.

ANTE COQVINAM.

Non mihi diffusae dant prandia celsa coquinae,
Nec plures uenter concutit artifices.
Fercula pauca damus numerum uincentia cultu,
Gloria nec mensae damna salutis habet.

XXXVII. *Carmina quae secuntur excepto CL. om. T* EPIGRAMMA IN *BLV* ORATOR̃ *LV*, ORATORVM *EP* 1 dampnis *EL²PV*, lampnis *L¹* pla^n^ctu *B* XXXVIIII. ORREVM *L* 2 diuicias *B* XXXX. 1 figura] *littera* S *i. e.* salue *indicari uidetur* XXXXI. 1 taxat *coni. Schenkl* 2 defluit *E* extensis *scripsi*, expensis *BELTV*, expendens *b* XXXXII. 3 fer*cula *L* 4 olera *P* dampna *ELPV* auet *Bb*

XXXXIII.

ANTE CANAVAM.

Sobria cella, cadis uinum quae seruat onustis,
  Corpora confirmat gressibus acta suis.
Infundant multis irarum pocula flammas,
  Mitescunt nostro bellica corda mero.

XXXXIIII.

IN INGRESSV HORTI.

Respice, qui gressum sinuas per amoena uirecta,
Vt discas cultis lucem praeferre diserti.
Adridet germen, quod linguae pingitur ostro:
Ver habet in bruma qui flores carmine gignit:
Per glaciem zephyros exalant uerba tepentes.
Ebria fulgenti maduerunt murice dicta,
Omnibus in rebus sermonum purpura regnat:
Oris ad imperium submittunt colla chelydri.
Algida cum roseo iuuenescant sanguine corda,
Primaeuos gelidis ostendit littera membris.
Vertit ad obsequium naturae munera doctus,
Aetates species mensuras tempora formas.

XXXXV.

INTRA HORTVM SVPRA LIMEN.

Conlaudet spatiis hortorum commoda lautis
  Plurima cui satiant iugera culta famem.
Ditior extentos superat dos larga minorum:

XXXXIIII. 1 cf. Verg. Aen. VI 638, Sedul. I 53 XXXXV. 2 cf. Tib. I 1, 2

XXXXIII. 1 quae *scripsi*, quod *libri* honustis *BEPV*, honustus *L* 2 apta *Pb* 3 infundant *B*, infundunt *ELPV*, infundis *b* multum *b*, multas *coni. Schottus* 4 mitiscunt *B* nostro] inde *E* bellisca *B* XXXXIIII. INGRES*SV (V *eras.*) *L* 1 uireta *Eb*, uirete *P* 2 preferre *LV* 3 adfidet *B*¹ lingae *B* 4 abet *B*¹ 5 zeferos *B* 8 chelidri *LP*, celydri *B* 9 iuueniscant *B*, iuuenescunt *Pb* XXXXV. SVP̃ *EL* 1 ⟨c⟩oncludet *E* lautus *V*¹ 3 dictior *B*

Nobilitas uera est, quae nitet in modicis.
Venit ad inclusum postponens Gratia campos,
Prodidit angustis quid faciat studium.
Vernat in ingressu uiridanti porticus umbra,
Cui fudit genium uitifer ipse deus:
Exornans magnis foliorum texta racemis
Aestiuis iungit commoda frigoribus.
Lilia nam laurus oleas commixta rosetis
De cultu proprium fecit habere diem:
Serta triumphantis frontem quae monstrat amictum,
Contulit ad fetus aurea terra suos.
Largus opum poscat maioris praemia uoti:
Hoc satis est nobis, quod sine fraude libet.

XXXXVI.

DE MVRENA INL. ⟨F.⟩ FIRMINAE QVAE IN SEPTICIO CLAVDITVR, ITA TENVIS EST.

Spiritus exhausto uolitat praelubricus auro:
Candida lassatum uix tangit membra metallum.
Adflixit pondus pretium fornacis anhelae.

XXXXVII.

ALITER.

Aurea per nebulas dissoluit fila magister:
Cluserunt dociles flamina fulua manus.

XXXXV. 15 cf. Verg. Aen. XI 338

5 uenet *B* campus *ELPV* 7 uiridanti *B*, uiridantia *ELPV* 9 filiorum *B*[1] racimis *B* 10 iungit *scripsi*, iunget *libri* 11 commista *P*[1]*b* 12 habere *scripsi*, auere *libri* diem] deus *coni. Schenkl collato Matth. 6, 28* 13 triumfantis *B*, riumphantis *L* frontem—amictum *scripsi*, frondem—amicum *libri* que *L*[1] monstret *ELPb* amico *b* 14 ad foetus *b*, adfectos *BV*, affectos *LP*, affectus *Sirm.* 15 premia *BLV* XXXXVI. EPIGRAMMA DE *BELPV* MVREM *L* F. FIRMINAE *scripsi*, FIRMINĘ *B*, F. *EV*, SFS *L* SEPTACIA *B* ITA *B*, ET *ELV* TENVES *B* EST *B*, R̨R̃ *LV*, RERVM *EP* 1 exausto *B* 2 laxatum *fort.* 3 praetium *B* anelae *B*, anele *P*, anile *b* XXXXVII. ALITER DE IPSA *BLVb* 1 nubilas *Pb* dissoluet *B* 2 cluserunt *scripsi*, lauserunt *B*, luserunt *rell.*

XXXXVIII.

ALITER.

Contulit hic uentus pretiosi membra metalli:
Quod finxere timent nec capiunt oculi.

XXXXVIIII.

ALITER.

Est nihil, et teneo: conuincit dextera uisum.
Stringitur artatis digitorum nexibus aura.

L.

DE EO QVI FICVS MVNERE ET TESSERAM SIMVL MISIT.

Damnati fructus mittit tua tessera ligni.
Haec hominem dira spoliarunt pabula primum,
Et nudis, serpens, post fraudem sorte minaris.
Parce, precor, donis: casus et damna reserua.
Quid nocitura putas insontis poma saluti?
Ante ferax leti tunc mortem depulit arbor,
Fixa triumphigeris cum ramis uita pependit.

LI.

DE ADVLTERO ET MOLLE.

Omnia Memphitis retinentur saecula textis:
Seruiuit numquam Laurentius ante Neroni,
Nec timuit ualidas uicit qui corpore flammas.

LII.

A L I T E R.

Vir facie, mulier gestu, sed crure quod ambo,
Iurgia naturae nullo discrimine soluens,
Es lepus, et tanti conculcas colla leonis.

XXXXVIII. 1 praetiosi *B* XXXXVIIII. 1 cum uincit *Pb* L. EPIGRAMMA DE *B*, EPIGR̃ DE *V*, EPIGRAMA DE *L* 1 mittet *libri, em. Sirm.* tessera] dextera *Sirm.* 2 spoliauerunt L^1 4 dampna *ELPV* 6 laeti *B*, loeti *LV* 7 triumfigeris B^2L, triumfegeris B^1, triumphigenis *b* LI. EPIGRAMMA (EPIGR̃ *LV*) DE *BLVb*; *titulum proximo epigrammati praefigendum esse censet Schenkl* 1 memfitis *B* testis *E* LII. 3 es — leonis *om. EP*

LIII.

ALITER.

Exige mendaces, populorum uxorcula, barbas,
Ne minuant quaestum mascula labra tuum.

LIIII.

ALITER.

Respice portentum permixto iure creatum,
Communis generis, satius sed dicitur omnis.

LV.

ALITER.

Ludit in ancipiti constans fallacia sexu:
Femineum patitur: peragit cum turpia, mas est.

LVI.

IN BAPTISTERIO MEDIOLANENSI.

Mundior excocti fulgescat luce metalli
Munera disponit qui dare digna deo.
Ante uaporatis Laurenti uita caminis
Constitit, ut blandum nobilitaret opus..
Marmora picturas tabulas sublime lacunar
Ipse dedit templo qui probitate nitet.
Aedibus ad pretium sic mores conditor addit,
Vellera ceu Serum murice tincta feras,
Qualiter inclusas comit lux hospita gemmas,
Nix lapidis quotiens pulcrior arte rubet.

LIII. 2 questum *BELPV* LV. 1 l.udit *B* 2 femineum *b*, feminaeum *B*, feminacum *ELV et Sirm.* LVI. VERSVS IN *Bb* MEDIOLANENSI FACTOS *Bb* 2 qui] si *coni. Schottus* 5 pictoras *B*

LVII.

DE IOVINIANO QVI CVM HABERET BARBAM GOTHICAM LACERNA VESTITVS PROCESSIT. EX TEMPORE.

Barbaricam faciem Romanos sumere cultus
Miror et inmodico distinctas corpore gentes.

LVIII.

ALITER.

Romuleam tegetem nox oris nubila fuscat:
Oppressit uestes tenebroso tegmine uultus.

LVIIII.

ALITER.

Nobilibus tollis genium, male compte, lacernis,
Discordes miscens inimico foedere proles.

LX.

IN BASILICA SANCTI CALEMERI QVANDO REPARATA EST.

Libera captiuum meruerunt culmina lumen,
  Adridet facies nubila nulla gerens.
Hic nuper astrigeri dos proxima uenit Olympi,
  Laurenti uatis ducta ministerio,
Aedibus et uitae cuius nunc una figura est,
  Ceu solis radiis forma color similis.
Euge uetustorum reparator, perge, nouorum
  Conditor, et uultu clarus et ingenio.
Abiurant priscam te praesule tecta senectam,
  Aduena casuris porrigitur genius.

LVII. VERSVS DE *BELVb*   IOV^{NI}IANO *V*   GOTICAM *EL*, COTICAM *Bb*   LVCERNA B^1 EX TEMPORE FACTI (FACTVS *Bb*) *BELPV*   1 cultus BP^2, cultis LP^1V, cultu *E*   2 in modico *libri*   gentes guttas *V*   LVIII. 1 tegitem *B*   2 uestes] ueteres *E*   cultus *E*   LX. VERSVS IN *Bb*   CALYMERI *BLVb*, CALIMERI *EP*   3 huc *fort.*   super *coni.* *Schottus*   olimpi *EPLV*   7 neuorum *L*   9 senectam] figuram *Sirm.*

LXI.

DE QVODAM VETERI INIMICO STVLTO ET BENE PASCENTE.

Prandia lauta paras, sed linguae sordibus horres.
Si deses pastor fercula concilias,
Ambitiosa fames lassato prodiga censu
Cornibus insultat, si taceat dominus.

LXII.

DE EODEM QVIA OPES PAVPERVM VORABAT.

Visceribus miserorum et sanguine pauperis aucte,
Tantorum mortes cur tibi sunt epulae?
Tubera perdices grus turdus turtur echinus,
Non explent uterum corpora mille tuum.
Infaustus multis, tibi felix diceris uni,
Heres quod misero uenter erit proprius.

LXIII.

DE EODEM.

Artubus humanis Polyphemus uixit et atro
Sanguine distentos delicias habuit.
Tu reddis similem scena redeunte furorem,
Cui pastum tribuunt agmina debilium.

LXIIII.

DE EO QVI VT AMICOS EIVS AD SE TOLLERET PASCEBAT.

Mergeret ut diuos in mortem, pabula serpens
Contulit et uitam munere dira tulit.
Sic quicumque meos paradisi uere labores
Demulcet, casses conuiuii patitur:

LXIII. 1 cf. Verg. Aen. III 622. 627

LXI. 1 linguae *scripsi*, lingua *libri* sordidus *B*[1] 2 deses *scripsi*, dedis *L*, desis *rell.* 3 famis *B* laxato *coni.* *Schottus* cessu *EL* LXII. EODEM] EO *EP* OPES *om.* *BE* PAVPERIVM *E* 2 epulo *BP* 5 felix *in ras.* *L* LXIII. 1 polyfemus *LV*, polyfimus *B* 2 distentus *b* 3 reddis *b*, reddes *BLPV*, reddē *E* similem *om.* *E* schena *BELPV*, caena *b* LXIIII. 4 demulcet] *cf.* *Auson.* *Mos.* *393* cases *L*[1] conuicii *uel* consilii *coni.* *Schottus*

Illic discedit quem pectore gessit amicus:
Fit dominus cari gutturis hospitium.

LXV.

DE DEFENSORE CALLIDO.

Nesciris uotis et cordis nube recedis
Ex oculis: praesens quaereris in facie,
Tuque per ambages nulli spectabilis esse
Calles, mellifluis toxica dans labiis.
Hoc uolo quod non uis, iurans te nolle quod optas,
Concutis et uariis pectora saeua modis,
Hydram uerticibus, formis superare Prometheum
Doctus, ut ad priscos fabula non redeat:
Bella cies, spoliis crescis, Defensor, ademptis.
Ad nomen currit praeda superba tuum.

LXVI.

PRAEFATIO TOTIVS OPERIS POETICI QVOD FECIT.

Dum mea multiplices mens anxia sustinet aestus
Et reddor uitrei mancipium pelagi
Cumque procellosus refluentis portitor undae
Africus ut captas me rotat exuuias:
Pierius menti calor incidit, indiga serti
Tempora mox cinxit laurus Apollinea,
Tunc hederae uiridis rubuerunt fronte corymbi,

LXVI. 2 cf. Hor. carm. IIII 2, 3 5 Stat. Theb. I 3

5 ilico *fort.* pector° *B* amicos *L*[1] 6 domitum *uel* dominus *coni. Schottus,* dominum *libri*; homini carum *fort.* LXV. DEFENSIONE *L*[1] CALIDO *B*[1] 1 nesciris *P*[2] (*in mg.*) *V*, nescires *BELP*[1] recedens *Sirm.* 2 presens *B* 3 espectabilis *L* 4 calles *E*, callis *LPV*, calis *B* 6 concutes *B* modi *B* 7 promitheum *B* 8 priscus *B* 9 ballacies *L* crescis *P*, cresces *BELV*, crescens *b* 10 numen *fort.* superna *LV*, supera *E* LXVI. PREFATIO *B* QVOD FECIT *L s. l.* 2 mancipuum *L* 5 incidet *V*, incedit *BELP*[1] 6 cincxit *BLPV* 7 robuerunt *B*

Castalii mellis murmura blanda bibi.
Continuo ponens marcentes pectore curas
Conplector laudem carmina laetitiam.

LXVII.

DE EO QVOD VINDEMIARVM TEMPORE SCRIPSIT.

Musta cadis famuli dum condunt nostra fideles
Et ludunt praelo calcibus intrepidis,
Dum tingunt rosei plantas de sanguine Bacchi,
Scinditur et teneras uua gerens tunicas:
Otia Niliacis non passus carmina biblis
Sulcaui, tumulo ne tenear moriens.
Ebria lapsantis confessus uerba Thaliae,
Sum uacuus culpa, si pedibus titubet.
Ieiunos deceat lex artis syllaba rhythmus:
Nulla Camenarum iungitur ad Bromium.

LXVIII.

DE QVODAM GLVTTONE QVI OPVS EIVS INPERITVS CARPEBAT.

Nescio cur sancto non parcas, stulte, labori,
Dum morem seruas dentibus insiliens.
Mandere nos pergis, sed uenter commoda nescit:
Flamina nam uacuis stringis imaginibus.
Escarum gurges nil ruptis murmure buccis
Suscipit aut cassis motibus exuberat.
Phasiacam uolucrem pisces uel sumina carpens,
Vda uaporatis guttura pasce cibis:
Me ieiuna iuuat sine ructu pangere dicta:
Regifico luxu fercula te satient.

LXVII. 2 cf. Mart. I 18, 2   5 cf. Sedul. carm. I 6   LXVIII. 10 Verg. Aen. VI 605

9 marcentes *P²b*, marcentis *BELP¹V*   LXVII. VINDIMIARVM *B*   1 du *V*   fideles *b*, fidelis *BELV*   2 prelo *EP*   3 bacci *BELV*   4 uba *B*   7 labsantis *B*, lassantis *Pb*   taliae *BLV*, talie *EP*   8 tibutet *L¹*   9 rhythmus *coni. Sirm.*, remmus *libri*   10 carmoenarum *L*, caminarum *B*   LXVIII. GLVTONE *EL²*   5 gurgis *B*   rumptis *B¹*   6 aut** (em *eras.*) *L*   castis *Sirm.*   exsuperat *coni. Schottus*   7 fasiacam *libri*   captans *b*

LXVIIII.

DE EVNVCHO TRIBVNO NOMINE PEREGRINO OMNIA PERAMBVLANTI.

Testibus adseritur gens census uita, Tribune,
  Antiquum quotiens linquimus hospitium.
Tu, quem lustratis transmisit gentibus error,
  Nulla domus pleno nec tenet ampla die,
Vis dici locuples sublimis pulcher amicus,
  Aestibus ignoti missus ab Oceani.
Inrita dicta uolant, adsertor non uenit ullus,
  Nulla fides sexum detegit aut patriam.
Mendicus uetulus timidus confusus anhelus,
  His, uerum perdens, utere nominibus.

LXX.

ALITER DE EODEM.

Tutus falsa loqui poteris sine teste, Tribune:
  Ventus habet linguam ponderibus uacui.

LXXI.

ALITER DE IPSO QVIA NVSQVAM STAT.

Instabilem faciunt naturae damna Tribunum:
  Auolat hinc rursus, uincula ni teneant.
Tolle, miser, modicam zephyro ueniente saburram:
  Radix nulla tuo est utilis auxilio.

LXXII.

ALITER DE IPSO.

Eunuchus turpem poscit per conpita uictum:
  Semina telluri non habet unde ferat.

LXXI. 1.3 cf. Verg. Georg. IIII 195

LXVIIII. PERAMBVLANTE *b* 2 antequum *B*[1] 4 ampla] ula *fort.* 8 detulit *P*[2] *in mg.* 9 anhelus *b*, anhelos *LV*, nelos *BE* LXX. 2 abet *B* uacuam *coni. Schottus* XXI. NVSQVAM (S *in ras. corr. ex* N?) *L* 1 dampna *EPV* zaphyro *L*[1], zefero *B* LXXII. 1 competa *ELPVb* 2 tel- uris *E*

Grandia proscissis rus seruat germina membris,
  Fetibus et messis multiplicata redit.
Incassum sectus proscindit uomere terga,
  Ni findens spargat triticeam subolem.

LXXIII.

DE EO QVOD CVM IPSE GALLOS PARENTES HABERET ANSERES AMABAT COMEDERE.

Hic uolucrum pugna est, ubi Gallo caeditur anser:
  Dat poenas ueteris proditionis auis.
Mactatus quondam uocis capis, inprobe, quaestum:
  Romanis uitam qui dederit moritur.

LXXIIII.

DE VARIETATE CLERICORVM.

Qui ponti facies, numerum qui nouit harenae,
  Femina quem iurans fallere nulla potest,
Astrorum plebes quae calles spectat amantum,
  Cynthia cui certis cornibus innotuit:
Non ualet hic uultus retinere nomina mores,
  Quos mutat clerus tempus in exiguum.

LXXV.

DE MALO HOMINE QVI EQVOS AMABAT.

Gaudet equis recti dissuasor, prodigus aequi,
Nomina qui digna studio superante caballis

LXXIIII. 1.3 cf. Cat. VII 3.7 sq. LXXV. 1 cf. Hor. A. P. 162. 164

3 serua *L* 5 proscendit *B* 6 fendens (i *supra* e) *B*, fidens *LPVb*, fundens *E* sobolem *ELPV* LXXIII. QVOD] QVI *EP* (H)ABERET *B* RANSIRES *B* 1 ceditur *ELP* 2 anis *b*, aues *libri* 3 questum *LV* 4 dederat *coni. Schottus* LXXIIII. VARITATE (E *supra* I) *B* 3 plebes quae *coni. Schenkl*, plebem qui *libri* 4 cinthia P^2 *in mg.*, quintia *BEL* (in *ex* m *corr. L*) P^1V 5 retinere et *Sirm.* et nomina *uel* per omnia *proposuit Schottus* 6 quod *EP* LXXV. 1 et prodigus *libri*, et indigus *b*; et *deleui* equi *BEP* 2 nomina (a *in ras.*) *L* digna *scripsi*, dignis *libri*

Subtrahit, opponens ad sancta uocabula clunem
Sed procul est pecudes quod censet mentis iniquae:
Propositum perstat generis, quod stemmata fundunt.

LXXVI.

DE CALLIDO QVI DEFENSOR DICEBATVR.

Aspidas ut capiat tectis fraus hospita technis,
  Sub ludi specie mortis imago latet.
Vmbra lacessitas producit callida pestes
  Et bellum blandis principiis geritur.
Credite, non aliter Defensor proelia tractat,
  Qui accusat ridens, qui perimit placidus.

LXXVII.

DE DOMNI AMBROSI EPISCOPI ACTIBVS ET VITA.

Egit quod docuit meritis et honore superstes
  Ambrosius uates moribus ingenio,
Roscida regifico cui fulsit murice lingua,
  Vere suo pingens germina quae uoluit.
Serta redimitus gestabat lucida fronte,
  Distinctum gemmis ore parabat opus.
Instituit populos gestu probitate pudore,
  Fouit respiciens perculit admonuit.
Vocis ut officium postrema pericula poscunt,
  Sic teneras culpas qui tacet insequitur.
Succinctus gladiis, clipei de pondere tutus,
  Pectora claudebat textilibus chalybis.
Ensis habet uires uitiorum sector et hostis:
  Vipera non tangit squamea terga uiri.

3 subtrahet *B* 4 pecudes *B*, pecudis *ELPTVb* 5 praestat *EP*^{2} (*in mg.*) *b* LXXVI. 1 obsita *fort.* technis *b*, thegnis *B*, tegnis *LPV*, regnis *E* 2 lidi *B*^{1} 3 pestis *B* 5 defensor iustinus *B* 6 perimet *B* LXXVII. DE VITA ET ACTIBVS DOMNI AMBROSII EPISCOPI *ELPV* 2 uatis *B* 4 pingens (ens *in ras.*) *L* 5 redemitus *B* sertaque gestabat redimitus *coni. Schottus* 6 gemis *LV* 7 populus *B* 9 uotis *EV*^{1} 10 tacit *B*^{1} 12 chalybis *b*, calibis *ELPV*, calebis *B* 13 uotiorum *B*^{1} 14 frangit *E*

LXXVIII.

DE SANCTI SIMPLICIANI EPISCOPI SVCCESSORIS EIVS.

Ambrosius linquens uiduatae munia plebis
Transtulit ad curam, Simpliciane, tuam.
Successoris ope spoliati uiscera regni
Creuerunt merito temporis alterius,
Ac uelut annosam zephyris parcentibus ornum,
Ne metuat bellum, longa quies solidat.
Tiro tamen felix cana ad rudimenta uocatus
Non flexit priscum degenerans apicem.
Nil timuit gelidis anima feruente medullis.
Pontificis uirtus floris habet senium,
Aequora qui tecto pressit terrena patenti,
Moribus et cultu sidera cum tetigit.

LXXVIIII.

DE BEATI VENERI SEQVENTIS.

Forma pudicitiae iuuenis sectanda Veneri
Venit, nominibus nil famulata suis.
Fortia marcebant uetulo sub iudice membra,
Aetas praesentem perdiderat puerum.
Sublimis postquam conscendit fulcra cathedrae,
Cana tener populis dogmata disseruit.
Aurea fluxerunt locupletis schemata linguae,

LXXVIII. 5 cf. Verg. Aen. X 766 12 cf. Zingerlii *Ouid.* I p. 32

LXXVIII. DE S̃C̃O EPISCOPO SIMPLICIANO SVCCESSORE EIVS *ELPV* 3 ope *scripsi,* opes *libri* spoliati (ti *ex* ũ? *corr.*) *L* 4 ulterius *fort.* 5 zephiris *EPV*, zeferis *B* parentibus *Eb* 7 tyro *libri* felix *ex* flex *corr. L m. 2* 10 abet (b *ex* u *corr.*) *B* 11 tecta L^1 12 molibus *b*, moribus *BELPV* LXXVIIII. DE BEATO (BEAT̃ *V*) VENERIO (VENERI *L*) SEQVENTE *ELV*; *carmina 79. 80. 82. 83. 87 sumpta ex 'Sylloga antiqua Alciato et Fontanae uisa' Mommsen publicauit in Corp. Inscr. lat. V 2 p. 619* 1 for*ma (f *eras.*) *B* iuueni *Alc.* sectando V^1 4 prodiderat *Font.* 5 concendit *L* fulchra *L*, pulcra *B* 6 docmata *B* disseruit populis dogmata cana tener *Alc.* 7 luxerunt locupetis L^1 stemmata *LPVb Alc. et Font.*, stemata *E*, stimmata *B*, *em. Sirm.*

Sol uitae nitidum reddidit eloquium.
Aluus ut ecclesiae tumuisset semine Verbi,
Non deerat pastus lactis apostolici.

LXXX.

DE VENERABILIS MAROLI SVCCESSIONE.

Marolus, extremae potator Tigridis undae,
Qui iubar in madidis uiderat hospitiis,
Quem labor in proprio Syriae solidauerat axe,
Orditur uatem dotibus innumeris,
Peruigil intentus ieiunus prouidus ardens:
Quod morem tenuit sat fuit officio.
Os tenerum quotiens gustus contingit honesti,
Transit ad affectum quod fuit imperii.
Terra potens olim patribus fundata beatis
Nobilibus mundum partubus inradiat.

LXXXI.

DE CVLTORE DEI MARTINIANO EPISCOPO.

Mens niuei lactis, species manifesta columbae,
Astutia serpens, Martiniane, uale.
Lubrica te dubii dum poscunt flamina uulgi,

LXXX. 1 cf. Apollin. Sid. carm. VII 479 LXXXI. 1 cf. Matth. 10, 16

8 *us. 8. et 9. om. Alc.* sol uita enitidum *B*, soluit aenitidum *L*, soluet et enitidum *Font.* 9 alius *Font.* tumuissed *B*, sumisset *Font.* 10 parcus *Pb* et cibus haud deerat lactis apostolici OBIT. PRID. NONAS. MAIAS ANN. P. S. CCCXCV *Alc.* LXXX. SVCCESSIO *EL*; MAROLO SYRO *inscr. Alc.* 1 undae] orae *Sirm.* Tigridis extremae potator Marolus undae *Alc.* 2 magicis *Alc.*, manidis *Font.* 3 al. imperio *Font. cod. in mg.* quemque suo labor in Syriae *Alc.* solitauerat *Font.* 4 dotibus innumeris conspiciendus erat *Alc.* 5 ieiunus *om. EV* 6 more quod hic tenuit *Font.; cf. carm. II 13, 10* officio atque omni maior honore pater *Alc.* sad (d *ex* s? *corr.*) *L* 7 sic fuerat quoniam teneris eductus ab annis *Alc.* 8 effectum *EPb et Font.* qui dedit imperio *Font.* ad maiora senex transiit imperia *Alc.* partibus *Font.* DEP. IX. KAL. MAIAS ANN. P. S. CCCCI *subscr. Alc.* LXXXI. 2 uita astu *coni. Schottus*

Inueniunt pauidum, ne mereare legi.
Vnus erat mundo contraria iudice narrans,
Qui ut caperet regnum uincere non meruit.
Protinus ad magni perductus limen honoris
Exul caelorum ciuibus inseritur.
Post geminas sanctis construxit mundior aedes,
Lumine quas clauso iussit habere diem.

LXXXII.

DE VENERABILI GLYCERIO EPISCOPO.

Suffusus minio perque optima facta rubescens
Virginei uultus Glycerius sequitur.
Puram sanguineo maculat dum rore figuram,
Picta genas facies simpliciter placuit.
Candentem crocea gestans aspargine frontem,
Laeta uerecundis tinxerat ora notis.
Indeptus sceptrum, tribuit quod testis imago,
Purpura quem mentis prodidit imperio,
Hinc abiit: populus paruo uix tempore felix,
Sed rursus magni missus ad obsequium.

LXXXIII.

DE SANCTO LAZARO ANTISTITE.

Lazarus ut diri premeret pede culmina mundi,
Vocibus adcitus trux uenit in medium,
Quem frons laeta parum uitiis depinxerat hostem,

4 merear elegi *B*, merear eligi *P* 7 limen] culmen *Pb* (*sed b in mg.* limen) 9 contruxit *L*[1] 10 abere *B* LXXXII. GLYCERIO PONTIF. *inscr. Alc.* 1 omnia *Alc.* 2 Glycerius uultus sic oculosque tulit *Alc. qui us. 3 et 4 om.* 4 gen[as] *B* 5 crochea *B* aspergine *b et Alc.* 7 s[c]eptrum *B* testis] gestat *Alc.* 9 hinc *Bb*, hunc *LPV Alc. et Sirm.*, huc *E* abiit *scripsi*, auo et *libri*, habuit *Alc.*, habuit et *Sirm.* populos *LP*, populo *V* paruo uix] modico sed *Alc.* felix (elix *in ras. m. 2*) *L* 10 quae nimis excellunt ocyor hora rapit OBIIT $\overline{\text{XII}}$ KAL. OCTOBR. ANN. SAL. $\overline{\text{CCCCXX}}$ *Alc.*

Mulcantem culpas luminibus tacitis.
Respiciens lapsus detersit nubila uitae:
Curam saepe dedit uulneris obsequio.
Non latuit tectis facinus qui gessit in antris:
Absens criminibus tortor ubique fuit.
Innocuis placida uernabat luce serenus,
Ceu speculum noxis iniciens faciem.

LXXXIIII.

DE AMICO DEI EVSEBIO PONTIFICE.

Eusebius Ligurum successit finibus hospes,
Ignotae tractus plebis amicitia.
Graius erat, socio Titan quos respicit ortu,
Flammigero limphas uertice decutiens.
Mitis conpositus largus pius integer audax,
Crederet ut damnum non dare perpetuum.
Fleuit pauperiem miserans, adrisit habenti,
Gaudia cum cunctis tristitiamque gerens:
Hunc index operis locuturo nuntiat orbi
Fama uirum, gentes de statione trahens.

LXXXV.

DE GERONTIO VIRO SIMPLICI EPISCOPO.

Ecclesiae postquam parta est tibi sella, Geronti,
Funera decessor non timuit moriens.
Te reparante redit, patitur sors pallida letum,
Viuit post obitum discipuli pretio.

LXXXIII. 4 multantem *b et Alc.* tacitus *E*, tacitum *Alc.* 5 lapsos *fort.* 6 dedit] tulit *Alc.* 7 *us. 7—10 om. Alc.* sectis *Font.* 8 tortor] suter *Font.* 9 placida] plena *Font.* serenum *Font.* CCCCXLIX. PREIDIE EID. MART *subscr. Alc.* LXXXIIII. 1 hospis *B* 3 gratus *Eb*, graccus *P* socios *fort.*, roseo *coni. Schenkl* sitan *L* hortu *B* 4 limfas *B* 5 intiger *B*[1] 6 dampnum *ELPV* 8 adrisi *L*[1] auenti *B* 9 *us. 9. et 10. om. Pb* indix *B* loquitur enuntiat *fort.* LXXXV. 3 partitur *L*[1] loetum *LV*, laetum *B*

Agricolis iunctus coluisti germina uitae
  Nec serpens lolium pabula laeta tulit.
Qui dedit in medium quem lex iubet optima uictum
  Emit terrenis fructibus ille polum.
Errorem mentis pressisti lege laborum:
  Otia non passus uirtutibus ueheris.

LXXXVI.

DE VENERABILI BENIGNO EPISCOPO.

Exere quae posuit mens nomina certa, Benigne,
  Quem quisquis uocitat testis erit meriti.
Cana fides hominem dum narrat, detegit actus,
  Nil loquitur casu pignoris adtonitus.
Praescia uenturi non errant uota parentum,
  In uerum uertunt blanditias subolum.
Ante patres censens sedit plaudente senatu,
  Praelatum sanctis extulit ille caput.
Pollice sed diro ceu flos succisus aratro est:
  Spes decus et genius de foribus cecidit.

LXXXVII.

DE BEATISSIMO VIRO SENATORE EPISCOPO.

Qui uicit trabeas solium cinctumque Gabinum,
  Consulibus praestans ecce Senator adest,
Ingenium uelox, sermonis cura rotundi,
  Virtutum pretium, forma pudicitiae,

LXXXVI. 3 cf. Verg. Aen. I 292 5 cf. Verg. Aen. VI 66 9 cf. Verg. Aen. VIIII 435 LXXXVII. 1 cf. Verg. Aen. VII 612

5 agriculis *B* 7 in *L s. l.* 10 uiribus *uel* artibus eueheris *coni. Schottus* LXXXVI. ^{VE}NERABILI *B* 5 erant *B* 6 ueram *b* sobolum *B*, sobolum *ELPV*, sobolem *b* 8 prelatum *B* 9 duro *Pb* 10 floribus *B* LXXXVII. 1 Qui —*carm. LXXXVIII* EPISCOPO *om. B* 1 uincit *Sirm.*, modo *b* solio *Alc.*, solitum *Font.* 3 ingenii *E*, ingenio *Alc. Font.* cultus sermone uerendis *Alc.* 4 *us. 4. 5. 6 om. Alc.* norma *coni. Burmannus Anth. II p. 53*

Abdita librorum, mysteria clausa prophetae
Qui dedit in lucem schemate quo uoluit.
Orbis ad extremi missus secreta uerendis
Curauit studiis quod fuerat lacerum.
Tunc oriens uictum peregrino lumine fassus,
Haesit ad aspectum lampadis alterius.

LXXXVIII.

DE DOMNO THEODORO VIRTVTVM OMNIVM VIRO EPISCOPO.

Tu lux certa tuis, spes tu fidissima rerum,
Vatis apostolici tu, Theodore, uigor,
Virtutum cumulus, substantia lucida ueri,
Monstrat aceruatis quem labor in studiis:
Praescius accinctus fortis tranquillus amicus
Conpositus simplex, tu bonus et sapiens,
Fatidicus: semper tibi conscia corda futuri:
Deprensum fluxit te reserante malum:
Quem timuere feri calcantes culmina mundi,
Dilexit spernens dura supercilii.

LXXXVIIII.

[DE LAVRENTIO EPISCOPO ADHVC SVPERSTITE.]

Restat quem longo seruet rex inclitus aeuo.

LXXXVIII. 1 cf. Verg. Aen. II 281

5 mysteria] mileni *Font.* 6 *us. 6 om. Font.* stemate *P*, stemmate *ELPVb, em. Sirm.* 7 moribus extremam missus ad orbis humum est *Alc.* orbis] orcus *Font.* secreta] seuera *Font.* 8 *us. 8 om. Alc. Font.* 9 tunc se *Alc.* fusus *Font.* 10 expectum *Font.* luminis alterius *Alc. Font.*; PVBL. SAL. ANN. $\overline{\text{CCCCXCIII}}$.V KAL. MAIAS *subscr. Alc.* LXXXVIII. 1 spe*tu* (*ex* spectus? *corr.*) *L* 2 teudore *LPV*, te sudore *E* 4 quam *Sirm.* 7 fastidicus *B*[1] tibi] tu *Sirm.* 8 depresum *L*[1], deprehensum *BP* 10 dira *b* LXXXVIIII. *Hunc uersum cum praecedentibus coniungit L, falso, nam de Laurentio tum uiuo sermo est; nescio quod signum adpinxit B; inscriptionem addidi, om. libri* 1 seruat *B*[1]

XC.

[AD DEVTERIVM.]

Imperii custos, uocali pollice cordas
Per numeros animans, tibi fila loquentia carmen
Verberibus plectri, doctor, seruire coegi.
Cyrrha potens Phoebo, laticis pia turba sereni
Tu mihi semper eris, qui pectora clausa remotis
Inseris officiis et dextro numine conples.
Deprecor, exactam fauturus suscipe uocem,
Extortis pretium donans te iudice dictis.

XCI.

DE MARMORIBVS OPERE SARSORIO.

Visceribus lapidum permixta lege coactis
  Naturam faciunt artificum studia.
In solidum fractis riguerunt marmora membris,
  Partibus in crustam colligitur genius.
Vnam de uariis speciem conponere frustis
  Qui potuit saxum duxit in obsequium.

XCII.

IN MISSORIO VBI IMAGO IPSIVS EST.

Diuitibus pretium est Ennodi forma metallis.

XCIII.

IN CONCA IPSIVS.

Parturit unda sitim, quam splendens conca ministrat.

XC. 1 cf. Tibull. II 5, 3 et Zingerlii *Ouid.* I p. 105

XC. *Inscr. om. libri;* ad Deuterium *uersus directos esse Sirm. recte suspicatur* 1 ingenii *fort.* 3 quoegi *B* 4 chyrra *BLVb*, cyrra *E*, tyrra *P* phebo *BEP* 8 p̄retium *B* te] tu *L* XCI. EPIGRAMMATA (EPIGR̄ *LV*) DE *BELPV* OPER̄ *V*, OPERV̄ *EL* ARSORIO *ELPV* 4 frustus *L*[1] XCII. IN] DE *Vb* XCIII. 1 sitem *B* splendes *L*

XCIIII.

DE EQVO QVEM ACCEPIT HVNISCO.

Belliger algenti sonipes nutrite sub axe,
  Per Tanais medium pectora sicca ferens,
Cana pruinosis mandentem gramina lustris,
  Virtus lege poli quem sibi percoluit,
Post domitas gentes, post flumina tanta cruoris,
  Alter te dominus, sed manet ipse labor.
Linque precor lituum, cantus passure beatos:
  Captiuus pacis mitteris obsequiis.
Nil tibi cum bellis: commendant bucina letum:
  Quid iuuat expertas semper amare neces?

XCV.

EPITAPHIVM SANCTI VICTORIS NOVARIENSIS EPISCOPI.

Nomine proposito meritis certamine Victor,
Despicis oppressas maculato semine terras.
Tu carnis uitiis possessor corporis expers,
Lubrica subiectis domuisti saecula membris,
Tranquillus patiens corrector prouidus acer.
Hic reddens tumulis cineres, ad celsa uocatus
Spiritus aetheria congaudet lucidus arce.
Busta supercilio miseratus cernit Olympi,
Vnde triumphati respectans funera mundi,
Cassibus exutis concedes praemia membris.

XCIIII. 9 cf. Ouid. Fast. I 253

XCIIII. EOQVO (E *supra* O) *B* ACCEP̑ *L*, ACCIPIT *B*[1] 1 sonipis *B* 7 beatus *BELVb*, beatis *P*, *em. Sirm.* 9 cum] cō *L* commendat *Pb* buccina *EPb* laetum *BLVb* 10 iubat *B*[1]
XCV. EPITAFIVM *BEP* 2 dispicis *B* simine *L*[1], sanguine *b* 3 possersor *L* expers (ers *in ras.*) *B* 4 subiectis (is *ex* a *m. 1 corr.*) *V* 5 correptor *Sirm.* 7 arte *E* 8 olimpi *LPV*, olympum *b* 9 un^{de} *B* 10 concedis *fort.* membris finit *B*

XCVI.

DE ROMANO QVODAM QVI MAGISTER VOLVIT ESSE.

Index naturae studium tibi non uenit ullum,
Littera nulla colit brutae commercia linguae:
Numquam discipulus, ualeas dic unde magister?

XCVII.

DE ANV QVADAM.

Algidus in uiuo moritur dum corpore sanguis,
Annorum glacies cum siccat pabula uuluae,
Seminis et custos refugit cruor utilis inguen,
Marcida cur iuueni sociaris, Galla, marito?
Pignoris in thalamis periet fiducia iuncto.
Nam subolem laxis mendacem uiuere rugis
Insimulans, epulis das prolem feta cloacae.
Adtulit hoc uenter, quod coniunx iungat ad ora.

XCVIII.

DE ANVLO FIRMINAE INL. FEMINAE.

Nil fallit simulans: quod finxit dextera uerum est.
Inmobilis stantem fugitat lepus arte molossum,
Insertus rabidis ridet furor aureus ursis,
Gestandus manibus saeuit leo blandior ira.
Cognoscit dominam genius famulante metallo.
Mitigat illa feras, dum plebem pascit egentum.

XCVI. 2 cf. Ouid. Trist. V 10, 35 XCVII. 4 cf. Auson. Epigr. 13

XCVI. DE QVODAM ROMANO QVI VOLVIT MAGISTER ESSE *ELV* 1 indix *B* no L^1 XCVII. ANNV *B* 3 custus *B* refugiaruor L^1 inguin *B* 4 sociares *B* 5 pariet *b*, peccet *E* 6 sobolem *ELV* 7 cloace *BELPV* XCVIII. INL. F. *L*, *om.* *Bb* 1 fallet *B* 2 immobilem *b*; in mole stantem *uel* immotum stans effugiat *uel* ante molossum stans *proposuit Schottus* molosum *ELV* 3 rapidis *E*

XCVIIII.

[DE ALBINO.]

Aspicis Albinum titulos post busta dedisse,
Funera qui meritis uiuacibus iugulat.
Inclite, cui, princeps, dum subdis iura magistri,
Vere sepulturae contigit ille locus.

C.

[DE CANE VENATICO ET AGNA.]

Creticus hic sollers quidam uocitatur homullus,
Naribus argutus, gressu celer, ore timendus,
Inpauidus presso signans uestigia rostro:
Quo ceruus capreae lepores lupus ursa uagatur,
Inuenit, et tepido capitur fera prouida lecto.
Luditur agnellae post proelia tanta uolatu:
Molle pecus uolucrem praeuertit fraude molossum.

CI.

DE SCVTELLIS.

Tot Iouis inlecebras, tot crimina uiua figuris
Dum bene depingit, uitiosa est dextera fabri.
Argenti pretium est facinus retinere uetustum,
Ne purum superet, quod furtis Iuppiter egit.
Nil licet aetati, scelerum monumenta resurgunt,
Admonet exemplis qui culpas format auitas.

C. 3 cf. Ouid. Met. I 536

XCVIIII. *Inscr. om. libri, add. Sirm.; cum praecedenti carmine coniungunt BE* 1 titulus *B* 2 uicacibus *L*[1] uigilat *b*; uiuidus euigilat *coni. Schottus* 4 uere] iure (*an* inde?) *fort.* C. *Inscr. om. ELPV, add. Sirm.*; ALIVNDE *inscr. B* 1 solers *BL*[1] homullis *coni. Schenkl* 2 celero redimendus (*pr.* d *ex* t *corr.*) *B* timendus] rotundus *b* 3 rustro *L* 7 molosum *B*[2]*EP* CI. 1 figura *L*[1] 2 detera *L*[1] 4 ne stuprum pereat *fort.* 5 nil (i *ex* u? *corr.*) *B* monimenta *E*

CII.

[ALITER.]

Si tantas facies tunc sumpsit diuus adulter,
Se primum falsis lusit imaginibus:
Quid non mentito uiolasset corpore numen,
Cuius forma suo gaudet adulterio?

CIII.

[DE PASIPHAE ET MINOTAVRO.]

Laesa Venus non est: naturae uincula constant:
Bucula Daedalei cessat mentita laboris.
Ingenio uiuens nil mugit uacca biformis,
Fictaque nec uerum coitum dant ligna iuuencae.
Ecce iterum tauro mulier summittitur uxor:
Humanas pecudum suspirant pectora flammas.
Vasta iugum ceruix rursus capit aerea colli:
Qualiter adstricto sudauit marcida loro!

CIIII.

[DE DEVTERIO GRAMMATICO.]

Forma caput facies Deuteri cuncta magister,
Innumeris doctor dotibus ille cluit.
Excuset linguam genius perfectus ubique:
Quod fari nescit, displicet inde malis.
Grammaticam iactant artem nescire magistrum:
Hoc melius simplex moribus instituit.

CII. ALITER *om. libri*, ALIVD *inscr. b*; *cum praecedenti carmine coniungunt BELP* 4 formo *L* sua *V*[1] CIII. *Inscr. om. libri, add. Sirm.* 1 lesa *BE* 2 bucula (*alt.* u *corr.*) *B*, bocula *LV*, pocula *EP* dedalei *libri* cessant *B* 3 uaca *BE*[1]*P*[1] 4 fictaquae *B* uirum *B* coetum *libri*, *em. Sirm.* dat *b* lingua *L*[1] iouince *B* 5 summittetur *B* 6 pecodum *B* 7 iagum *B* rursus capit *scripsi*, cursus cepit *BL*, cursu scepit *V*, cur suscepit *P*, cur suscipit *Eb*, cur suspicit *Schottus*, cursus capit *Sirm.* erea *E*, area *rell.* CIIII. *Inscr. om. libri*, *add. Sirm.*, ALIVD *inscr. b*; IN DEVTERI IMAGINEM *proposuit Schenkl* 1 formas *B* capud *L*, apud *B* 2 cloit *B*, °luit *L* 3 excuset *scripsi*, excusit *B*, excussit *ELPVb* 5 magistris *L*[1]

Oratoris opus lapidosaque culmina Tulli
  Non tetigit: celsum rhetora nullus amat.
Discipulis satis est uultus tacitique uerenda
  Caluities: Phoebae lumina plena uident.

CV.

IN NATALEM INFANTIS ARATORIS.

EX TEMPORE.

Iure colis proprium natalem, pulcher Arator.
  Qui si non coleres, numquid arator eras?

CVI.

DE QVODAM INCERTI PROPOSITI ET VITAE TVRPIS.

Tot rebus fallax quid garris, pica biformis,
Semiuir et tremulo qui uexas turpia lumbo?
Quod tibi propositum, qui sexus constitit umquam?
Quid non mentiris, uir femina, sancte profane?

CVII.

VERSVS MISSI AGNELLO VIRO SVBLIMI.

EX TEMPORE.

Lucidum tinxit maculante fuco
Quisquis affectum, ferat inde linguam
Iudicis Christi facibus perustam,
          Ore sepultus.
Scindit urguens foedus omne fraude uiuax perpeti,
Aegre portans quicquid ordo flagitat serenior.

7 opes *coni. Schottus* 8 aetigit *B* retora *libri* 9 caluia et *B* febae *B*, phebe *EPb*, phobe *L* CV. EPIGRAMMA IN *BELVb* NATALE *BL* INFANTI *Bb* ARATORI *B* EX TEMPR̃ *L*, VI TEMPORE *Bb* 1 coles *B* pulcer *BP* 2 quod si *b*, quis (si *om.*) *B* coleret *B*, colores *L*¹*P* numquam *ELPV* CVI. 2 turbia *L* 3 constitit (*pr.* it *corr.*) *L*, contigit *Sirm.* 4 scancte *B* CVII. 1 succo *P*, fusco *E* 3 iudicib. *V*¹, iudiciis *L* cristi *B* 5 urgens *ELPVb* foed' *L*, fedum *E* uixuax *L*, minax *b* 6 quidquid *V* senior *L*¹

Linque, quaeso amice, mores plebe dignos ultima,
Sanguinis callem secutus serua quod depectus es.

ENNODIVS AGNELLO.

Ante imperium diligentiae uestrae ualitudinem suam iniuncta tenuerunt. nam ne cui haec darentur uel legenda uel transcribenda praemonitus, obuias poscentibus manus opposui: nunc uictus tui caritate transmisi. facies meum pudorem in statione esse, si relegas, in profligatione maxima, si transcribas.

CVIII.

Vincula soluit amor, quae quondam nexuit alter:
Non nisi per legem cedit lex prisca sequentem.

CVIIII.

[DE VERSIBVS SVIS.]

Numquam frugiferis per saecula longa thyrambis
  In me fluxerunt commoda Castalii.
Tristia ieiunis pangentem carmina labris,
  Spes noua, quid stimulas, gurgitis Aonii?
Sed si mutato Parcarum stamine gaudes,
  Exhibe cornipedem nunc, Pegasea, mihi,
Qui ferat aligerum per gramina roscida corpus
  Nec teneras flectat uestigiis segetes,
Sublimem ualidum formosum passibus aptum:
  Qui si contingat, mox mihi, Musa, places.
Mitteris ad largum locupletem poscere parua:
  Ni gaudens redeas, dic mihi, Musa, uale.

CVIIII. 8 cf. Verg. Aen. VII 808 sq.

7 dignus *libri*, *em. Sirm.* 8 despectus *Eb* 4 transscribenda *V* 6 religas *B* 7 transscribas *V* CVIII. ALIVD *inscr. b* CVIIII. *Inscr. om. libri, add. Sirm.*; AGNELLO *rectius inscriberetur, cf. 192, 3 sq. 213, 20* 1 longa] cuncta *E* tyrambis *libri*, corymbis *coni. Schottus* 3 ieiuni *EV*, ieiunii *L* spargentem *ELPVb* 6 pegasea] Musam *sic appellare uidetur, nisi forte* nunc *delendum et* Pegason ecce mihi *scribendum est* 7 germina *b* ruscida *BLV*, rustica *P* 8 uestigiis] uel pedibus *coni. Schottus* 11 poscera *L*

CX.

DE CASTELLO HONORATI EPISCOPI.

Pontificis castrum spes est fidissima uitae.
  Cui tutor sanctus, quae nocitura petant?
Hic clipeus scutum est: procul hinc, Bellona, recede.
  Quod meritis constat, proelia nulla grauant.
Conditor hic muros solidat, munimina factor.
  Nil metuat quisquis huc properat metuens.

CXI.

DE HORTO REGIS.

Dextera bellipotens uulgatis plena triumphis,
  Qua cecidit quicquid fugit ab obsequio,
Disperso celsam solidas quae sanguine famam,
  Cui peperit laudem mitis et arma tenens,
Postquam praelargo rubuisti scammate campi,
  Arua colis pingens germine purpureo.
Virgultis proprio dispensas murice poma,
  Das plantis fructum nobilitate tua.
Vilior en cespes iactat se diuite ramo,
  Dum ligni morsus semina clara fouet.
Demessus ferro floret tibi surculus alter:
  Nuda maritatis dos nitet arboribus.
Gramina cultorem praenoscunt, muta locuntur:
  Quod tetigit princeps uer habet in glacie.
Gestit terra potens, monstrat cui creuerit arbor:
  Fetibus et genio panditur hic dominus.

CX. 1 cf. LXXXVIII 1

CX. VERSVS DE *libri* 1 fides summa *B* 3 scutum *scripsi*, uotum *libri* 6 huc *Bb*, hoc *ELPV* CXI. *Carmina 111—151 non exhibet E* HORTV *B*, ORTV *LV* 1 dextra *L* 2 quidquid *L* 3 qui *Sirm.* 5 robuisti *Bb* scammate *Sirm.*, stemmate *B* (*s. l. m. rec.*) *LV*, stemate *M*(*agliab.*), scemate *U*(*rbin.*), stymmatae *B* 6 coles *Bb*; colens pinges *coni. Schottus* purporeo *B*[1] 8 paantis *L*[1] 9 an *MU* cespis *B*[1] 13 prenoscunt *LV* multa *LMU* 14 tetiget *B*[1] glaciae *B*, glatiae *L* 15 gestit *BMUVb*, gestu *L et Sirm.* 16 fe*tibus *B*

Peruigil Hesperidum quae seruas iugera serpens,
Aurea ieiunis munera das epulis.
Quis siluae subolem carpat custode ueneno?
Morte nemus tutum, credite, nullus adit.
Hic commune facis, pietas, quod sola parasti.
Visceribus plenis nescit obire fames.

CXII.

DE CAECO QVODAM ET LVXVRIOSO.

Orbe pereffosso fluuidum de lumine uulnus
Pestifer ostentans ora sepulta geris.
Caeca per innumeros facies portatur amicos:
Qui te conspiciunt iure dolent oculis.
Ebria marcenti locupletas flumine menta,
Circumfers crasso sordida labra fimo.
Oscula nulla petas, madidam suspende mephitim:
Te propter cupiam perdere quod uideo.
Quis putet ex oculis flammas coalescere turpes?
Nil uidet, et rectum seruat iter scelerum.

CXIII.

DE EQVO SVO SENE.

Fixior annoso sonipes moderamine noster
Nunc iuuenem blando sustinet obsequio.
Mollia grandaeuus summittit terga sedenti:
Aetas constantem gressibus esse facit.

17 hisperidum *B*[1] 18 das *scripsi*, dant *libri*, dans *Sirm.* 19 subulem *B*, sobolem *LMUV* 20 tuum *L* 21 faces *Bb* piaetas *L* 22 obire *scripsi*, abire *libri* famis *B*[1] CXII. ET LVXVRIOSO *LMUV*, FILVXORIOSO *B* 1 pereffoso *L*, per effuso *Bb* fluuidum *B corr.* molumine uulnorum *L* 2 geres *Bb* 3 amicus *Bb*, amictus *coni. Schottus* 4 oculi *fort.* 6 circumfers *uel* circumferr *B*, circumfert *b*, circumfer *MU* 7 mifitem *LV*, mifidem *in* infitem *corr. B*, in uitem *b* 9 coaliscere *B*[1], calescere *Cheltenh.*, recalescere *fort.* CXIII. SVO] SVO DOMNI *Bb*; SVI DOMNI *fort.* 1 filixior *L*, flexior *Sirm.* 2 sustenet *B*[1] 3 grandeuus *LV* 4 aestas *B*[1] gręssibus *B*

CXIIII.

DE FLAGELLO INFANTIS ARATORIS.

Quae capiunt mundum iunxit mens docta flagello,
  Exornans censu nobilitante plagas.

CXV.

ALITER.

Argenti atque auri uapulat quicumque metallis,
  Gaudia cum fletu miscet auara suo.

CXVI.

ALITER.

Dentibus argenti fuluum concluditur aurum:
  Contemnat nullus uerbera pulcra pati.

CXVII.

EPITAPHIVM DOMNAE MELLISAE INLVSTRIS FEMINAE.

Sanguine mente opibus facie uirtute pudore,
  Optatur qualis femina, sola fui.
Hoc tantum mundi quod lex est corpore gessi,
  Exornans casta prole pudicitiam:
Quae uictrix fortem tenui per blanda maritum,
  Melle meo uertens iura, Seuere, tua.
Quos genui, celsa coniunctos stirpe reliqui.
  Quod uotum est sanctis, coniuge praemorior.
Nil mihi decessit, maneo post busta superstes:
  Felices numquam mors nocitura petit.

CXIIII. VERSVS DE *Bb* ARATORES *Bb* 2 nobilitate *MUb* CXV. 1 auri] aliter auri (aliter *uncinauit corr.*) *B* uapulat argenti atque auri *coni. Schottus* CXVI. 2 contempnat *B*[1]*LUV* pulchra *LV* CXVII. EPYTAFIVM *BLV* DO|MNĘ *ex* DÕ|NĘ *L m. 2*, DOMINAE *Bb* MELESAE *B*, MELLESAE *V*, Ł MELLESE *L* 1 sanguini *B* 2 quales *B*[1] 3 tantum] tactum *B* 6 iure *L*, *an* dura? 7 quod *Bb* styrpe *L* 8 coniugi *L*[1] 9 sup**stes (re? *eras.*) *L* 10 felicem *LMUV*

Et nomen dulce est, de factis Mellisa dicor.
Moribus hoc fluxit iure datum propriis.

CXVIII.

DE QVODAM STVLTO QVI VIRGILIVS DICEBATVR.

In tantum prisci defluxit fama Maronis,
Vt te Virgilium saecula nostra darent.

CXVIIII.

ALITER.

Si fatuo dabitur tam sanctum nomen homullo,
Gloria maiorum curret in obprobrium.

CXX.

ALITER.

Captiuo stultus congaudet stemmate uatis.
Non est Virgilius, dicitur iste tamen.

CXXI.

ALITER.

Externo quotiens uocitaris nomine, demens,
Si tibi sunt sensus, prospice ne uenias.

CXXII.

ALITER.

Cur te Virgilium mentiris, pessime, nostrum?
Non potes esse Maro, sed potes esse moro.

11 Mellisa *scripsi*, mellesa *LMUV*, mellosa *Bb*; dicta Melissa *coni. Schottus* 12 propriis] FINIT SOL *** EGER *add. B*, *exp. m. rec. et in mg. adscr.* Ich weiss nit was CXVIII. *inscr. om. B*, IN INCOGNITVM *inscr. B* (*m. rec.*) *b* 1 maronis *V in ras.* CXVIIII. 1 fautuo (uo *ex* eo *corr.*) *L* tam *om. LMUV* humullo *B*[1] CXX. 1 raptiuo *coni. Barthius* stemate *LV* uates *Sirm.* 2 ducitur *coni. Barthius* tamen* L CXXI. 2 ueneas *coni. Barthius*, uocitent *coni. Schottus*; *falso cum sensus sit*: noli uenire alieno nomine uocatus CXXII. 2 moro] baro *coni. Barthius*; μωρὸς at esse potes *proposuit Schottus*

CXXIII.

IN CVBICVLVM SVPER CODICES IN ORDINE POSITOS.

Iste callis est, supernam qui parat potentiam,
Lux pudoris, esca mentis, fax medela claritas.
Mundi faece qui fucantur hunc tenere nesciunt.
Liber extat, hoc quicumque colla loro uinxerit.
Sanguinis uenam nitentis comit iste sarculus.

CXXIIII.

ADVERSVS CLAVDIANVM DE MVLABVS.

Hic uolucrem Rhodani torrentis respice natam
 Sermonum frenis subdere colla tuis.
Iussa uolat uerbis et uerbis iussa quiescit,
 Cuius captiuum est auribus arbitrium.
Vincula sentiret, ni uocis stricta lupatis
 Perderet auditu luxuriam generis.
Cum stimulos clamor mentitur, clamor habenas,
 Obsequium linguae libera membra ferunt.
Non opus est loris, sed nexus certa loquendi
 Dura catenati rostra ligat pecudis.

CXXV.

DE ASINO ET EQVA.

Visceribus propriis externos fundere partus
Cogitur et generis subolem lactare ferini,
Iurgia naturae magno distantia calle.

CXXIIII. cf. Claudian. Carm. m. XXII (LI)

CXXIII. VERSVS IN *BLVb* CVBICVLO *LV* POSITVS *B*; METRVM (METR *V*) TROCH (TROCAICVM *B*, H *superscr.*) *add. LV et alia man. B* 2 medella *B*[1] 3 fece *BLV* faece mundi *coni. Schottus* 4 exstat *LV* 5 comet *Bb* sarculis *U* CXXIIII. EPYGRAMMA (EPIĞ *LV*) ADVERSVS *BLV* CLAVDIANON DE MVLABANT *L* 1 rodani *B*[1]*LVb* 5 sentiret *scripsi*, nesciret *libri* uoces *Bb* 6 luxoriam *B*[1] 7 stimulus *Bb* abenas *LV*, auenas *Bb* 10 catenatae *uel* pecoris *proposuit Schottus* legat *Bb* CXXV. AEQVA *B*[1] 2 subulem *B*, sobolem *LV*

CXXVI.

ALITER.

Edidit ignotum genetrix male conscia partum,
Naturae fraudes, nobiliore dolo.

CXXVII^{a}.

ALITER.

Discrimen generis iunxerunt foedera partus:
Ingenii stirpes permixta lege coacti.

CXXVII^{b}.

ALITER.

Hic mulus geminum pecus est, sed corpore simplex.

CXXVIII.

DE VECTATIONE SVA NOCTE IN AESTATE.

Astrorum populus necdum de lumine solis
Perdiderat lucem, gremio sed noctis adultae
Fundebat rutilos madefacto aspargine crines:
Cynthia per croceas fulgebat lactea bigas,
Rescindens quicquid descripserat orbita fratris:
Vernabat tacitus splendor de munere noctis,
Torrida frigoribus confringens tempora Cancri:
Cum me curarum cupientem spernere fasces,
Ruris amoenati facies depicta uocauit.
Cornipedem scandi, qualem uix Cyllarus aequat,
Mollibus aetherias qui uincit cursibus auras,
Inmobilis currit cuius per deuia sessor,
In statione uolans pedibus constanter adactis.

CXXVIII. 4 cf. Verg. Aen. VII 26

CXXVII^{a}. 2 stirpes *scripsi,* stirpem *libri nisi quod* styrpem *B exh.*; *cf. c. II 59, 2* CXXVII^{b}. ALITER *om. et cum praecedentibus uersibus coniungunt LV* 1 HIC MVLVS *pro titulo exarauit B* (*m. rec.?*), *om. b* CXXVIII. VERSVS DE *BLVb* 1 populus *Bb*, polus *LMUV* 3 madefacta *Sirm.* aspergine B^2*LVb* crines (e *in ras.*) *B* 4 cyntia *B* 5 rescendens *Bb*, resplendens *uel* escendens *proposuit Schottus* discripserat B^1*V* 7 torrida (*alt.* r *in ras.*) *B* constringens *b* 8 ponere *fort.* 9 amenati B^1*LV* 10 cornipidem B^1 *ut uid.* 11 uincet *B* 12 immotus *coni. Schottus* curret *Bb*

CXXVIIII.

IN BASTERNA VXORIS BASSI VIOLAE.

Quam uaga constantem retinent haec tecta decorem!
 Mittitur a domina quicquid habent pretii.
Nam rutilat fuluum Violae de luce metallum:
 Possessor radios spargit ubique suos.

CXXX.

EPITAPHIVM EVPHEMIAE.

Obruit haec tumulos, uiuit post funera factis,
 Quae mortale nihil moribus inseruit.
Euphemia tuos tellus conplectitur artus,
 Sed mens est niueis quam bene iuncta choris!
Occidit exitium: sors tunc durissima seruit,
 Cum superat fatum nescia uita mali.
Haec thalamis fecunda fuit, uiduata pudoris
 Exemplis natam fecit amare deum.

CXXXI.

DE SPATHA IN FVSTE.

Vtimur incluso per fraudes ense bacillo:
 Mors ligni tunicis quam bene tecta latet!
Subsidium portas, quod cunctis terror haberis:
 Pacificum est nobis quod negat obsequium.

CXXVIIII. VIOLAS *Bb* 2 ad omnia *Lb* quidquid *L* habet (n *supra* e) *L* CXXX. EPYTAFIVM *B*, EPITAFIVM *LV* EVFEMIAE *BLV* 1 hanc *MU et Schottus in Notis*; *falso*, *nam* obruit *significat* sepeliuit *i. e.* deuicit tumulus *BLMUVb*, *em. Sirm.* uiuet *Bb* 3 eufemia *BLV* ///tuus *B* 4 neueis *B*' 7 faecunda *potius quam* foecunda *B* pudoris *scripsi*, pudori *libri* CXXXI. SPATA *BLMUV* 1 sense bacello *B* 3 quod] quo *fort.* terror, ab aere *coni. Schenkl* 4 nobis est *Bb* negat *B*, necat *rell.*; *cf. carm. 111, 2*

CXXXII.

DE BOETIO SPATHA CINCTO.

Languescit rigidi tecum substantia ferri,
Soluitur atque chalybs more fluentis aquae.
Emollit gladios inbellis dextra Boeti:
Ensis erat dudum, credite, nunc colus est.
In thyrsum migrat quod gestas, inprobe, pilum.
In Venerem constans, linque Mauortis opem.

CXXXIII.

DE OSTOMACHIO EBVRNEO.

Sollicitata leui marcescunt corda uirorum
Tormento: fas est ludere uirginibus.
Frangunt Marmaricis elephas quod misit ab aruis,
Per micas sparsum mox solidatur opus.
De poena tenerae discunt cum fraude iocari:
Nam ridere necis munere femineum est.
Angusta norunt res mille includere capsa,
Omne ebur hic, mulier, pectoris arca tui est.

CXXXIIII.

DE AVE PER PADVM SVPER SPVMAS SEDENTE ET TRANSEVNTE.

Riparum frenos naturae uincula surgens
Forte Padus tumido gurgite transierat.
In spumam fluxas cogens durescere limphas,
Squamea praeualidis dorsa ferebat aquis.

CXXXII. SPATA *BLMUV* CINOTO *Bb* 1 languiscit B^1 2 adque B^1 calibs B^2*MU*, caleps B^1, calips *LV* 3 emollet B^1 gladius *Bb* 5 tyrsum *BLMUV* gestas *MU*, gestans *BLVb* 6 uenirem B^1 desere Martis opem *coni. Schottus* CXXXIII. STOMACIO *Bb*, STOMACHO *LV*, STOMACO *M*; *em. Schenkl in Ausonii Cent. nupt.* 1 sollicita *L* laeui *B* marciscunt B^1 3 elifans *B*, elephans *b* 4 miscans *L* 5 poene L^1 tenere *BLM*, temere *B* (*s. l. m. rec.*) *b* 6 nescis *Bb* munera *fort.* 7 melle *Bb* includera *L* 8 haec *Bb* CXXXIIII. *Carmina 134—36 solus exh. B* SPVMA^8 *B* 3 fluxus *b* duriscere B^1 limfas *B*

Ales ut in tenero fidens tunc constitit orbe,
Otia dans pinnis, tuta premebat aquas.
De proprio pelagus calcanti suggerit alnum,
Humida cum siccam cumbula portat auem.

CXXXV.

DE SEPVLCRO MAIORIANI IMPERATORIS.

Cum perstat grauior, bustum fortuna per iram
Contulit exuuiis, Maioriane, tuis.
Pyramidum indignis ⟨ingentes⟩ prospice moles,
Vilia principibus linque sepulcra piis.

CXXXVI.

DE EQVO PADANO.

cf. Archiv f. l. Lex. IV 601

Cornipedes cuncti, quos gignunt bellica rura
Quosque cruentatis diluit unda toris,
Algida qui Tanais domuistis dorsa profundi,
Quorum praeualidas ungula calcat aquas:
Ecce Padanus adest sonipes, cui iudice recto
Cedant Aemonii quos fouet aura poli.
Ille pruinosis qui mandit gramina lustris,
Et merito et forma dispar utroque uenit.
Molliter incedit membris formosus honestis,
Oblectat uisum dulcis in obsequio.
Nil iam Phasiacam conlaudet fabula prolem,
Nec peregrina ferant nomina celsa caput.

5 constitit *B* (*s. l. m. rec.*) *b*, consistit *B* 7 alnum *B*, aluum *B* (*corr. rec.*) *b* 8 hu//mida *B* conbula *B* CXXXV. 1 praestat *Bb*, *em. Sirm.* periram *B*, petitum *B* (*s. l. m. rec.*) *b* 2 exubiis *B* ///tuis *B* 3 pyramidum indignis ingentes *tentaui*, nunc indignis pyramidum (prramedum *B m. 1*) *Bb*, pyramidum nunc indignis en *coni. Schenkl*, n. i. p. fors *Io. Sauarus*, n. i. p. iam (*uel* tu) *Baronius* moles *Sirm.*, mole *Bb* CXXXVI. DE EQVO BADEO ET BALANE *B*, *sed in mg. em.* PADANO *m. rec.* 1 coruipedis *B*, cornipedis *B* (*corr. rec.*) *b*, *em. Schottus et Sirm.* 2 diluet *B* thoris *B* (*m. rec.*) *b* 3 tanaes *B*[1] domuistis (*alt.* i *corr.*) *B* 6 demonii *Bb*; *em. Sirm.* 7 mandit *scripsi*, mandet *Bb*, mandat *Sirm.* 11 fasiacam *Bb*

CXXXVII.

DE PRINCIPE P. P. EBRIOSO QVI VITEM TENEBAT.

Verus honor uitem tribuit, sed munera uitis
Ieiuno non dant ligna ministerio.

CXXXVIII.

ALITER.

Vt sceptrum princeps, sic gestat dextera uitem:
Vtribus exornet diua corona caput.

CXXXVIIII.

ALITER.

Vitifer hic siccus matrem conplector erilis,
Vberibus pressis quae mihi uina negat.

CXXXX.

ALITER.

Heu quotiens calidis uites sine fruge labellis
Inlusit, nudo nomine me refouens!

CXXXXI.

ENNODIVS HONORATO PRINCIPI.

Terrarum culpis uitium potator obumbras:
Ebrius esse nequis uina uomens Ligurum.
Dum replet madidus feruentia pectora Bacchus,
Indicunt ualidam pocula nostra sitim.

CXXXVII. EPIGRAMMA (EPIGRAMA *B*[1] *ut uid.*, VERSVS EPIG̃ *LV*) DE *BLV* P. P. *B*, P[s]. P[s]. *LV*, QVODAM *B* (*s. l. m. rec.*) *b* TENEBAT IVVANTE *b* 1 uitis *Sirm.*, uites *BLMUVb* CXXXVIII. *hoc epigr. om. b* 2 uitibus *coni. Schottus* CXXXVIIII. 2 praessis *B* CXXXX. 1 callidis *B* uites *Bb*, uitis *LMUV* labellis *MU*, labelli *BLVb* 2 mundo *b* uina fouens *coni. Schottus* CXXXXI. 1 potator *Sirm.*, potatur *V*, putator *L*, putatur *BMU* 2 ebreus *L*[1] est *L* neques *B* uomen *L*, mouens *MU* 3 faeruentia *L* bachus *B*, baccus *LMUV* 4 pectora *MU* nr̃am *L* sitem *B*

CXXXXII.

DE EPISTVLA DOMNI AMBROSI CONTRA SYMMACHVM DE ARA VICTORIAE, QVANDO PETENS CVLTVM IPSIVS VICTVS EST SYMMACHVS. FACTVM SVBITO ET MISSVM DOMNO FAVSTO PRAEF. P.

Dicendi palmam Victoria tollit amico.
Transit ad Ambrosium: plus fauet ira deae.

CXXXXIII.

VERSVS DOMNI FAVSTI.

In Ligurum terris potorem qui uocat errat:
Numquid uina bibit uina bibens Ligurum?

CXXXXIIII.

VERSVS MESSALAE.

Suscipe uersiculos, Ennodi proxime, nostros,
Vt librum nobis reddere non desinas:
Ne foedes cultum, dum reddere, Maxime, non uis,
Quae pridem nobis es quoque pollicitus.

CXXXXV.

DOMNI ENNODI.

Si te, Messala, studiis mihi pandere uelles,
Non deerant libri, quos tibi, dulce, darem.
Mens iniusta nimis quod spernat tollit amanti,
Nec gratum est munus quod fugit ingenium.

CXXXXII. EPIGRAMMA FACTVM DE *BLVb* DOM̃ *B* AMBROSII *B* (*corr. rec.*) *LV* SYMACHVM *L* FACTI *Bb* ET *om. Bb* MISSI *B*, MISIT *b* PREF̃. P̃. *BLV*, *exp. B* (*m. rec.*), *om. b* 1 uictorie *L*, uictoriae *V*¹ tollet *Bb* CXXXXIII. DOMNI (i superscr.) *B* 1 terri *Bb* potorem *b*, putorem *BLMUV* 2 bibit *L*, bibet *BMUVb* CXXXXIIII. BOETIO VS̃ *L* MESSALE *BLMV* 2 non renuas *coni. Schottus* 3 fędes *B*, fedes *L*²*MUV*, fides *L*¹ CXXXXV. DOMINI ENNODII *B* (*corr. rec.*) *b* 1 Messala *scripsi*, messolam *L*, messalam *rell.* uellis *B* 4 ne *Bb*

CXXXXVI.

DOMNI ENNODI.

Artis grammaticae librum de carmine fracto
Qui poscit, solidos certat habere pedes.
O utinam Musis contingant munere nostro
De te quandoque gaudia certa, puer!
Vitant loripedem, nisi fallor, pangere uersum
Vel quos in somnis respiciunt studia.

CXXXXVII.

DE HONORATO.

Vxor Flasconis cupis dotata Falerni,
Semper inexhausto pectus repleta Lyaeo,
Quae Bacchum madidis colui uenerata labellis,
Turgida ructato permulcens numina musto,
Concludor sicci bene conscia tegmine busti:
Est tamen ad superos coniunx mihi nobilis, euoe,
Pocula quem numquam possint transire beata.
Quem si fata uirum seruant, tibi uiuimus ambo.

CXXXXVIII.

EPITAPHIVM DOMNAE DALMATIAE.

Funus obit, uirgo quotiens in busta refertur.
Vnum iter est mortis criminis obsequium.
Dalmatiae meritis uicta est natura rebellis,
Degeneri caelum nobilitate tenet.
Hoc satis est mundum calcasse in corpore mundi,

CXXXXVI. DOMINI ENNODII *B* (*corr. rec.*) *b* 1 gramaticę *L* fracto *Bb*, facto *LMUV* 2 certa tauere *B*, certa cauere *B* (*s. l. m. rec.*) *b*, certat auere *coni. Barthius* 4 quando petit *coni. Schottus*, quondam aeque *coni. Barthius*, quandoque ab *fort.*, si quando *coni. Schenkl* 6 insomnes *coni. Schottus* CXXXXVII. 2 inexausto B^1 3 baccum *BLMUV* 6 euoe *scripsi*, euue *libri*, Eui *coni. Schenkl* 8 uiuemus *B* CXXXXVIII. EPITAFIVM *V*, EPITAF̄ *L*, EPYTAFIVM *B* DOMINAE *B* (*corr. rec.*) *b* 1 obet *B* 2 unde *U* 5 mundo *coni. Schottus*

De uitio sumptam cedere nil uitiis.
Stemmatis haec lucem transcendit sole pudoris,
Mens cum proposito consociata fuit.

CXXXXVIIII.

DE FONTE BAPTISTERII SANCTI STEPHANI ET AQVA QVAE PER COLVMNAS VENIT.

En sine nube pluit sub tectis imbre sereno
Et caeli facies pura ministrat aquas.
Proflua marmoribus decurrunt flumina sacris
Atque iterum rorem parturit ecce lapis.
Arida nam liquidos effundit pergula fontes,
Et rursus natis unda superna uenit.
Sancta per aetherios emanat limpha recessus,
Eustorgi uatis ducta ministerio.

CL.

[EXCVSATIO ENNODII DE LAVDIBVS.]

Qui miratur officii terminos in amicorum me laudibus egressum recolat quam imperiosa est semper affectio nec parens propositi legibus uis amoris. et profecto si facti mei rationem quaerat, religionem uocat quod mentibatur excessum.

Vt ualeant aquilae formatos prodere fetus,
Vitalis tenerum frangit tepor insitus ouum.

7 stimmatis *B*, stematis *LMUV* CXXXXVIIII. FONTES *B* APTESTIRII *Bb* STEFANI *B* QVĒ *L* 1 pluet *B* inbre *B* 4 morem *b* parturet *B* 7 linfa *B*, lympha *L* CL. EXCVSATIO—LAVDIBVS *MP et Sirm.*, *om.* *BLUTV*, ENNODIVS AVIENO *inscr.* *b* 1 terminus *B* 2 egressus sum *L* quem *B* inperiosa *B* 3 et] es *B* 4 uocet *fort.* quod] qui *U* mentibatur *B*, mentiebatur *rell.* DE NOBILIVM EDVCATIONE *uers. inscr. Schottus* 1 ut—*us.* *10* uisu *om.* *T* perdere *b* 2 uitales frangunt *b* tepor *B*, teporibus *PV*, temporibus *LMUb* insitus *om.* *MUb* obum *B*, annum *b*

Tunc pius artatam lacerat pater inpiger aedem,
Vt pariat rursus studio quos edidit aluo.
Mox generis testem Phoebum ciet arbiter idem,
Inuenit internam rimatus lumine lucem.
Non aliter celso pueros de stemmate cretos
Doctrinae radiis opponit cura parentis.
Quam bene flammarum constanter, respice, bella
Excipiunt teneri, uincentes fulgora uisu.

CLI.

[DE DVABVS DOMIBVS CONIVNCTIS.]

Vna domus duplici discreta iungitur aede
Partiturque suum quod bene nectit opus.
In geminis simplex radiat pia gloria tectis
Et de diuisis consociatur honos.
Ne procul aut ibidem sacros confunderet usus,
Constanti numerum sors dedit ampla loco.

5 foebum *B* ciit *B*[1] *ut uidetur* 7 celsos *V*[1] cretus *B*, certos *P*[2] (*in mg.*) *b* 8 componit *b* 9 constantes *fort.* 10 uincentes *b*, uincentis *BLMUV* uisus *b* CLI. *Inscr. om. BLPVb, add. Sirm.* 1 *uers. 1. 2 post 6 ponunt Pb et Sirm.* 2 partitorquae *B* 4 consotiatur *BL* honus *BLV*, onus *Pb*, *em. Sirm.* 5 ne[c] *V*, nec *Lb*.

EPITAPHIVM ENNODII.

Ennodius uates lucis rediturus in ortum,
Hoc posuit tumulo corporis exuuias,
Clarus prole quidem, generosior ipse propinquis,
Quos functus laudum iussit habere diem.
Reddidit hos caelo uiuacibus ille figuris,
Cum fecit famae uiuere conloquiis.
Quid mirum si morte caret post busta superstes,
Qui consanguineos restituit superis?
Quantus iste foret, mundi celebratur in ortu
Nec silet occidui cardinis oceanus:
Scismata coniunxit dudum discordia legi
Atque fidem Petri reddidit ecclesiis.
Pollens eloquio, doctrinae nobilis arte,
Restituit Christo innumeros populos.
Largus uel sapiens dispensatorque benignus,
Diuitias credens quas dedit esse suas.
Templa deo faciens hymnis decorauit et auro
Et paries functi dogmata nunc loquitur.
Depositus sub d. XVI. kal. augustas
Valerio V. C. consul.

Epitaphium Ennodii Ticini in baptisterio S. Michaelis exstans accurate publicauit Mommsen Corp. inscr. lat. V 2 nr. 6464; ante Mommsenum qui ediderunt Schottus ex Bernardo Sacco lib. VIII Ticinens. Histor. cap. I repetiuit, Sirmondus lapidem ipse uidit
1 VATIS, *em. Schottus. Sirm.* ORTV 2 EXVBIAS 4 functos *Sirm.* 5 REDDEDIT 6 colloquiis *Schottus* 7 SVPERSTIS, *em. Schottus et Sirm.* 9 QVANTOS, quantis *Sirm.*, quantus at (*uel* et) *fort.* CAELEBRATOR IN HORTV, celebratus in oris *Sirm.* 11 schismata *Schottus et Sirm.* 12 ADQVE REDDEDIT AECLESIIS 13 AELOQVIO DVCTRINAE 14 CRISTO 15 DISPENSATVRQ 16 YMNIS 20 cos. anno Christi DXVI *Schottus*

I. INDEX SCRIPTORUM*).

a) Loci scripturae sacrae.

*) *Numeri paginas lineasque*, C I *carminum priorem*, C II *alterum* *um significant.*

b) Auctores quos Ennodius citat uel imitatur.

I. INDEX SCRIPTORUM*).

a) Loci scripturae sacrae.

*) *Numeri paginas lineasque,* C I *carminum priorem,* C II *alterum brum significant.*

39*

II. INDEX NOMINVM ET RERVM.

III. INDEX VERBORVM ET LOCVTIONVM.

CORRIGENDA ET ADDENDA.

p. 3, 1 *cf.* Symmachi Epist. IV 20.
p. 4, 8 *cf.* Ausonii Epist. XVII (l. 46 ed. Bip.).
p. 10, 24 aestimo *pro* existimo.
p. 23, 21 *not.* fontibus *BLPTVb*
p. 27, 18 aestimator *pro* existimator.
p. 30, 9 *not.* genitrix *pro* genetrix.
p. 39, 23 Dauiticum *pro* Dauidicum.
p. 52, 25 *cf.* Symmachi Epist. VII 9 et Cic. ad Att. I 9.
p. 60, 5 et 61, 7 *cf.* Auson. Epist. XVII (ed. Bip. l. 20 et l. 4).
p. 64, 3 *cf.* Terent. Andr. 408.
p. 64, 13 *cf.* Symmachi Epist. I 1.
p. 64, 21 adsiduitas *pro* adsituitas.
p. 65, 7 adiectione *pro* abiectione.
p. 67, 1 *cf.* Verg. Ecl. III 79.
p. 67, 20 conmendationem *quod conieci codicem B exhibere Fr. Vogel affirmat.*
p. 78, 15 enim] eam *uel* etiam *coni. Schottus in appendice pag. postr.*
p. 81, 19 PROMOTO *pro* EVPREPIAE.
p. 83, 2 subolis *pro* sobolis.
p. 84, 14 *not.* releuare (releuare *pro* reuelare (reuelare.
p. 91, 9 subripere *pro* subrepere.
p. 92, 2 inmissione] inuisione *coni. Schottus in append.*
p. 98, 1 praeminentis *pro* praeeminentis.
p. 102, 7 dictatoris] dictationis *coni. Iuretus Misc. p. 47.*
p. 115, 9 censura *coni. Iuretus Misc. p. 48.*
p. 115, 26 *not.* 26 *add. ante* allegationem.
p. 121, 13 utrique carum *pro* utrimque earum; *nam illud in codicibus esse Vogel affirmat.*
p. 124, 5 inhumana *pro* in humana.
p. 124, 21 discurrit] decurrit *coni. Iuretus Misc. p. 15 et* 125, 1 dotes *omittit.*
p. 132, 9 *cf.* Cassiod. Var. II 29 et Claud. Carm. min. XXVI.
p. 143, 4 *not.* subrepat *et sq. dele.*
p. 165, 11. 175, 21. 179, 15. 185, 21. 186, 26. 223, 5 *not.* $\overset{1}{m}$ *pro* m.
p. 182, 11 *not. add.* proxim' *T.*
p. 193, 22 *add.* desciscere] discedere *coni. Iur. Misc. p. 96.*

p. 194, 13 non s. u. l. conquesta est *post* honoratum *l. 14 insere haec uerba in cod. exstant.*
p. 202, 12 *cf.* Ruricii Epist. II 1 et 9.
p. 221, 17 subripere *pro* subrepere.
p. 227, 2 oculis *pro* occulis.
p. 229, 9 *not.* debeam. *L et V exhibere Fr. Vogel confirmat.*
p. 250, 2 spiritalis *pro* spiritualis.
p. 273, 11 his *pro* illis.
p. 288, 12 Eccles. 3, 7 *pro* Eccles. 3, 8.
p. 303, 24 Helisei *pro* Helisaei.
p. 312, 5 superna *pro* supera.
p. 317, 9 *not.* et] ut *B dele.*
p. 318, 11 *not.* in *ARm pro* in ABRm; *nam B* ut *exhibet.*
p. 349, 10 Anthemio *pro* Athemio.
p. 351, 8 *not.* 8 qui *pro* qui.
p. 367, 19 *not.* est *non* es *B exhibere Vogel affirmat.*
p. 369, 11 *not.* necibi *pro* ne tibi *B exhibere Vogel affirmat.*
p. 369, 21 inemptis] *cf.* Verg. G. IV 133.
p. 373, 3 dilige *B exhibere Vogel affirmat.*
p. 380, 16 relinquens *pro* relingens.
p. 395, 12 deleniunt *pro* deliniunt.
p. 397, 23 eum *pro* cum.
p. 404, 14 currentes, puerum *pro* currentes puerum.
p. 406, 10 imperant *LV.*
p. 408, 25 *cf.* Terent. Eun. Prol. 1.
p. 472, 26 *cf.* Verg. Aen. III 45, 46. Claud. in Ruf. II 391.
p. 505, 21 *not. etiam ante* etate *in V spatium esse uacuum Fr. affirmat.*
C I 1, 34 Prop. V 4, 42 *pro* IIII 4, 43.
C I 2, 11 *cf.* Aen. XI 508, II 282, Ecl. V 34.
C I 3, 17 *cf.* Sedul. Carm. I 89.
C I 4, 31 uerno pretium emicantis *coni. Barth. Adu. p. 487.*
C I 4, 32 *cf.* Stat. Silu. III 4, 26.
C I 4, 34 noluit] renuit *coni. Barthius.*
C I 4, 50 otiis] uitiis *coni. Barthius.*
C I 4, 87 *cf.* Sedul. Carm. I 60.
C I 5, 6 Pegaseo *pro* Pagasaeo, *in not.* pegaseo *L M b.*
C I 5, 27 *cf.* Auson. Epigr. 4.
C I 6, p. 521, 26 *not.* fecundae *pro* facundae.
C II 4 et 7 *om. B.*
609 us. 9 *not.* quantus et. *hanc coniecturam Schottus occupaw epitaphio ante Carmina impresso.*